


6
9 N
34

ספר הדקדוק וחבל התיבות ש
שנמצאו בלשון הקדש


IOANNIS REVCHLI
NI PHORCENSIS PRIMI GRAECAE ET SACRAE HEbraicæ linguæ adeoq; meliorum literarum omnium in Germania autoris, in Gallijs uerò & Italia uindicis LEXICON Hebraicum, & in Hebræorum GRAMMATICEN commentarij, quibus ea quę requiri utiliterq; addi posse uidebantur, ex Eliæ longe utilissimis institutionibus accreuerunt. LEXICO quoq;, præter complures scripturæ locos, qui citantur, hebraicos factos, ingens accessit dictionum numerus. Ita Lucubrationes à Capnione felicissime ceptæ, non minus felicite[illegible] Opt. Max. ope Sebastiani [illegible] & [illegible] quibus ut alijs ab/solutæ sunt.



fr. J. Euang.ti piccinelli Genonensis or. min.

טובים השנים מן האחד אשר יש בהם שכר טוב בעמלם ׃

BASILEAE APVD HENRICVM PETRVM.







IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS LL. DOC. AD DIONYSIVM FRATREM SVVM GERMANVM, DE RVDIMENTIS HEBRAICIS LIBER PRIMVS.



ERSAEPE mihi cogitanti de communi sacrarum literarum iactura, Dionysi frater, quæ cum multitudine sophismatum annis superioribus, tum maxime nunc propter eloquentiæ studium & poëtarum amœnitatem non modo negligun tur, uerumetiam à quàm plurimis contemptui habentur, in mentem uenit tandem oportuni cuiusdam remedij, ne sancta bibliæ scriptura uel aliquando tota pereat, & simul animarum nostrarum progressus cum suaui cantu Sirenum, quas ne Vlysses quidem audiret, ad inferos abeat. Ad istum autem modum ei periculo succurrendum putaui. Primum omnium, cum sit in animis nostris (nescio unde) insitum multæ uarietatis desyderium, quo fit ut uersetur in ore illud adagium, uilescit quotidianum, erit necesse ueterem sanctarum literarum dignitatem in nouam faciem latinis hominibus hactenus incognitam reuerti: ut nimia familiaritate quotidianæ lectionis explosa, nouum & natiuum in diuina scriptura dicendi genus, quale os dei locutum est, nosmetipsi non sine quadam inauditi ac recentis nuper studij admiratione apprehendamus. Tunc enim tollitur omnium interpretationum commune fastidium, cum illa ipsa ueteris testamenti biblia in sua primordiali, hoc est, hebraica lingua, & legi à nostris & intelligi possit; haud secus neque alio more atque primaria eius institutio à summo rerum conditore inchoata desyderat. Quod plane fieri nequit, si non prius hebraicorum uocabulorum proprietatem & ueram conditionem sermonis, à quo fonte omnis theologia scaturiuit, auido conatu libenter assequamur. Cuius doctrina quamuis sit puerilis, tamen quia subtilior quædam cognitio quam ea literarum ratio alit, consuetudo hebraicæ loquelæ ac uetustissimorum librorum lectio crebra confirmat: ex ea præceptione oritur, non tantum non uenit contemnenda, uerum etiam tanquam omnium præstantissima, non aliter quàm liberi nostri infantes exosculanda, & totis brachijs amplexanda. Cum igitur hebraicæ bibliæ passim in Italia imprimantur, quas sibi quisque pauco ære mercari facile queat, neque tamen ex omni literatissimorum hominum numero in hunc usque diem inuentus sit unus uel item alter, qui pro sanctissima theologia linguam hebraicam grammaticorum more Christianis demonstraret, fortasse quod uel tantum laborem maiores nostri fugerunt, qui propè (mea sententia) est infinitus, uel suę dignitati putauere impar, quod sum mis diuinarum humanarumque rerum disciplinis relictis, quasi ludi magistri ad puerilia elementa se conuerterent: Ego miseratus tam sanctas literas, indolui

mea ætate ſtudioſos diutius hebraicæ linguæ ſcientia carere: quapropter illorum ingenio fauens, auſus ſum, licet ſupra modũ forſan temere, primus omnium, & tam graue pondus meis humeris imponere, & ſimul offerre me latratibus mordacium: utinam Iudaicis ſolum. Neq; à dignitate uiri docti reputaui alienum, ad elementaria conſortia declinare, Aurelij Opilij exemplo, qui non eſt dedignatus poſt philoſophiam primo, deinde artem rhetoricam, nouiſſime grãmatica ſectari. Nihil aliter de Ateio Prætextato philologo Suetonius Tranquillus teſtatur. Simile quoq; de Valerio Catone, qui dictus eſt Latina Syren. Fateor itaq; circa literarum rationem, puerorum eſſe ſtudia, & eſſe me etiam eò nunc prouectum, ut partim me philoſophum, partim iuriſconſultum arbitrentur: his de cauſis maxime, tum quod ex Capnione noſtro, quem ædidimus de uerbo mirifico, non nihil quod ueræ philoſophiæ accedat, ſibi perſuadeant poſſe exanclari: tum quòd iam annos complures ſuper fortiſſimis Sueuis confœderatos principes dignitatem triumuiratus, non ambitione ſed electione mera ſin[illegible]ſecutus, eumq; honorem uſq; in hunc diem ſeruare me ſentiant inconcuſſum atq; ſanctum: attamen nihil me huius elementariæ artis diſpudet: quoniam ab ineunte protinus adoleſcentia illudipſum ex uſu mihi fuit, eſtq; in more ſemper, contemplationibus magnis ludicras diſciplinas adiungere: ſemper diſcendo docere ſi non ſummos uiros, at infimateis. Poſtea enim quàm anno ætatis meæ duodeuigeſimo Priſciani Cæſarienſis literaria ſtudia in ſchola Pariſiorum aggreſſus ſum, biennio poſt apud Rauracos dictionarium collegi, quem appellaui Breuiloquum: eo tempore atq; eodẽ Baſileæ cis Rhenum in loco ſub Andronico Contoblaca, natione Græco, linguam græcam didici: quam elapſis inde quatuor annis inter Gallos primo apud Genabum, quas nunc Aurelianas uocant, ſeminaui: ubi tempore protracto & Iuri Ciuili dedi operam, & fui à doctoribus honore Papinianiſtarum decoratus: Anno ſcilicet Domini M. CCCC. LXXIX. Vide mi frater quanta circumſpectione uitam duxi. Nam uniuerſam ſtipem quam diſcendo impendi, docendo acquiſiui: ſimul enim & didici latinorum iura & docui Græcorum præcepta: de quibus tunc artem grammaticam Græce conſcripſi, cui titulus extabat μικρόπαιδεια, Micropædia: eam anno poſt Pictionibus Galliæ Aquitanis publice legi, atq; illic in Iure Ciuili Cathedram merui. Regreſſus inde in Sueuiam, uxore mihi ducta, ſumpſi Doctoris inſignia, populares cauſas apud tribunalia & iudices exercens. Cumq; me ſecum recepiſſet ad Sereniſſimum Imperatorem Fridericum tertium inclytus princeps Eberhardus Probus, is qui poſtea in ſplendidiſſimis Vangionum Comitijs à Max. Aemiliano Romanorum rege, uno imperij conſenſu Dux primus Vuirtenbergenſium auctoratus eſt, de cuius patricijs ego quoq; Conſul eram: Tum reperi ea in legatione Iudęum doctum ſimul atq; literatum, nomine Iacobum Iehiel Loans, imperiali munificentia & doctorẽ Medicinæ & Equitem auratũ. Is me ſupra quam dici queat, fideliter literas hebraicas primus edocuit. Pòſt uero legatus Rhomam ad Alexandrum ſextum, qui reliqui fuerant ea in lingua canones, eos à Ceſinatenſi Iudæo ſcilicet Abdia filio Iacobi Sphurno petiui, qui me quotidie toto legationis tempore perquam humaniter in hebraicis erudiuit, non ſine inſignis mercedis impendio. Quod iccirco germane frater ad te ſcribo, ut animaduertas, &

ſæpius

ſæpius cum tua mente reuoluas, quantis laboribus, temporibus & impenſis
hebraicæ linguæ ſola initia ſortitus ſim, quæ tibi nunc longe uberiora trado,
quàm acceperim. Dictionarium enim hebraicũ multo & acri ſtudio ſolus con
feci, & exercitamenta cætera quæ tibi & oculis & animo uidere licebit. Sanè
recordatus miſeros noſtra ætate Iudæorũ caſus, qui nõ tam ex Hiſpaniæ quàm
etiam Germaniæ noſtræ finibus pulſi, coguntur alias ſibi ſedes quærere atq; ad
Agarenos diuertere, quo futurũ eſt, ut tandem hebraica lingua cum ſacrarum
literarum magna pernicie, penes nos poſſet deſinere atq; euaneſcere: mecum
ipſe conſtitui, ad tradendum Chriſtianis hebraici ſermonis peritiam, hoc libro
prima fundamenta iacere, pro Clementis papæ quinti ſacra conſtitutione de
magiſtris lata. Quod cum ante me inter latinos nemo feciſſe appareat: ſpero
inde gratiam haud mediocrem & apud poſteros laudem abſq; inuidia non in-
termorituram conſequi. Tribus itaq; uoluminibus totum negotium adiuuan
te deo conficiam. Primum erit de literis, ſyllabis, & dictionibus uſq; ad ea uo-
cabula quæ à K incipiunt. Secundum de dictionibus inchoantibus ab L, uſq;
ad finem uocabularij. Tertium de arte grammatica & eius èxercitatione. In-
ſcriptio huius libri eſt, de rudimentis hebraicis, eò quod non iam doctis ſed ru
dibus ac erudiendis ea uolumina compoſuerim, deinceps altiora deo annuen-
te daturus, quæ ad arcanam Pythagorę diſciplinam & artem Cabaliſticam de-
ſeruiunt, à nemine prorſus intellecta niſi hebraice prædocto. Recte uero ſpera
uerim quoſlibet religionis chriſtianæ ſtudioſos, nõ tam libenter à Iudæis quàm
abs te ſacerdote, & à memetipſo, quanquam uxorio, iſta ſuſcipere Rudimen-
ta hebraica, quippe utriſq; Chriſtianis, & ex parentibus Chriſtianis Georgio
& Eliſſa Phorcenſis municipij ciuibus prognatis. Hortor ergo te mi Diony-
ſi, ut ad laudem & gloriam dei optimi maximi, atq; utilitatem ſacræ ſcripturæ,
ſimul etiam ad præparationem abſtruſiſſimarum artium, & antiquiſſimæ pri-
ſcorum philoſophię hunc librum pluribus idoneis induſtrijsq; hominibus im-
pertiaris, quatenus auxiliare nomen dei ſummi conſpicue agnoſcatur, diligen
ter ametur, & feruentiſſime laudetur: quod eſt benedictum in ſecula. Nunc in
calce præfationis hoc unum admonuiſſe te uelim, quod hic liber contrario la-
tinis more legẽdus eſt. Qui enim primus putatur quinternio, is ultimus extat.
Tranſuerſandus igitur liber eſt. & ſecundum ſingula eius folia à dextera legen
dus ad ſiniſtram. Eodem modo quæcunq; ſunt hebraicæ ſcripta, ſuum à
dextera ad ſiniſtram ſumunt tramitem. In ipſis autem folijs quæ-
cunq; latina ſcribuntur, ea more latinorum à ſiniſtra
leguntur ad dexteram. Hæc tu notabis
quam diligentiſſime. Nos iam
ad elementa ipſasq;
literas pergi-
mus.

RVDIMENTORVM HEBRAICORTM IOANNIS REVCHLIN, LIBER PRIMVS.



VAS & uiginti hebrẹorum literas esse, p quas scribimus omne q̃d hebraice loq̄mur, non solum Iudæorum dogmata, uerumetiã Christianorum pręcepta sunt testes: quod Syrorum quoq; lingua & Chaldæorũ, autore Hieronymo, approbat. Eorum elementorum hoc modo notantur figuræ nominaq;.

uau	he	daleth	gimel	beth	aleph
u	h lene	d	g	b	a
ו	ה	ד	ג	ב	א
lamed	caph	iod	teth	heth	zain
l	c	i	t	h forte	z
ל	כ	י	ט	ח	ז
zade	pe	ain	samech	nun	mem
z	p	a	s	n	m
צ	פ	ע	ס	נ	מ
		thau	sin	res	Kuph
		t	s	r	q
		ת	ש	ר	ק

Quod autẽ Socrates in Cratilo Platonis cum Hermogene loquitur: Quod elementorum nomina proferimus, ipsa uero elemẽta nequaquam, id perquam maxime in Hebraicis locum habet; uis enim literæ sola dictionibus inseritur, uox autẽ ipsius deforis subiũgitur: nam aliud nihil Beth, Vau, Mem, & Pe exprimunt, nisi labiorum gesticulationem. sicut Daleth, Teth, Lamed, Nun, Thau, linguę impulsum: et Zain, Samech, Sin, Res, Zade, dentium exibilantem crepitum. Similiter Gimel, Caph, Kuph. & Iod consonans, palati uuulæq; cõmotionem. Hæc illarum est uirtus literarum atq; potestas, non ut totæ secundum nomen ingrediantur dictionem, sed quod aptitudine sua præbeant applicationem uocis ad uocalia instrumẽta. Iam uerum esse conspicis, quod Stagirita philosophus in libri de cœlo uolumine tertio scripsit: elementum esse in quod alia corpora diuiduntur, cum insit uel potentia uel actu. Inde literas iuxta Prisciani sententiam elementorum uocabulo nuncupauerunt: quia coniunctæ literalem uocem quasi corpus aliquod componunt, & ingrediuntur quidem syllabas cunctę alphabeti literæ potentia tantum, uoces autem actu ipso atq; endelechia: sicut si essent literæ colores, & puncta lumen. Ne igitur à cõsueta latinis semita omnino aberrem, quo nostri facilius aliena discant, libuit elementa hebraica in duas parteis diuidere. Nam alia uocabimus literas, alia uoces. Literæ sunt alphabeti signa. Voces sunt addita pũcta. Nec mireris peregrina hæc & inaudita: oportet enĩ te in hebraicis aliter institui quam uel in græcis uel in latinis; quoniam ab

Quę literæ eiusdem prolationis.

A illis

illis diuersa est hebræorũ loquela. Atq; ex Ammonij Peripatetici sententia, in suo de interpretatione Aristotelis commento: Cum gens quælibet proprijs utatur uocibus, peculiares etiam literarũ notas asciscit, non naturales sed positas: quæ pro modo suæ linguæ constituti loco habeantur. Idq; cernitur ea in natiõe potissimum, quæ, ut Cicero uoluit in oratione Pro. L. Flacco, semper Romanis moribus fuit aduersa: quo fit, ut etiã contrario Romanis more scribere uideantur. Latini enim à sinistra scribunt ad dexteram: Iudæi uero à dextera ad sinistram. Et sicut Ægyptij dexterius se Gręcis scribere iactãt, Herodoto autore in libro, cui titulus est, Euterpe: ita Iudęi sese dextrorsum, Latinos autẽ sinistrorsum ducere calamum arbitrantur: quod putant lapidum & seminum iactu patere. Accedit etiam cõmodum, quod Beth, Caph, Lamed, Phe, & Kuph, hoc est, B, C, L, P, & Q, conuersis inter se figuris pingunt Latini atq; Iudæi, ut facile credas in hoc Rudimentorũ libro sępe alienis & insuetis pręceptiõibus opus fore.

De literis.

Vdiuisti elementorũ diuortia, bifariam separata. Primæ partes, literarum sunt. Vocum puncta, secũdas obtinent. De primis est priore loco dicendum. Literarum quædam sunt uocales, quędam cõsonantes. Vocales appellãt, quę hiatu solo ex intimis pulmonibus aptę sunt depromi, potissimum animi adminiculo fretę. Dicũtur autem uocales ad uocem exprimendam aptiores, nullo extraneo utentes instrumento, nisi tantũ spiritus uarietate; ut אחיעה Domiciliũ tamen possident He & Heth in pręcordijs, Ain in gutture, Aleph & Iod in oris concauo, Vau in rictu. Ex his binę prodeunt aspirationes: lenis ut he, fortis ut Heth: sicut apud Græcos dasia & psile. Oriuntur quoq; diphthongi quędã, Nã Aleph & Vau, similiter Ain & Vau faciunt o uel u: aleph & iod, significant i uel e. Vau in fine sine holem uel sureck significat digãma ęolicum, & facit diphthongum af uel ef: sicut apud Gręcos αυ & ευ. Similiter iod in fine non punctatũ, facit diphthongum, commiscẽdo uocẽ i cum pręcedente puncto: ut hæc infrà latius patebunt. Et sicut apud latinos i & u quandoq; sunt uocales quandoq; consonantes, ita uau & iod in hebręorum sermone. Consonantes sunt cum palati & labiorum ministerio utuntur. Vocales sunt cum solo exprimuntur oris hiatu. Quando autem consonantium numero habẽtur, tunc uel pro simplice assumuntur consonante uel pro duplice, omnino secundum doctrinam Prisciani Cæsariensis, grammaticę artis libro primo. Cõsonantes sunt literę quæ uocibus adiunctę, instrumentorum adminicula in pronunciando requirunt. Instrumenta sunt labia, lingua, dentes, & palatum. Consonãtium uero alię sunt biformes, alię uniformes. Biformes dicũtur, quæ sub una nomine duplices characteres possident, & sunt numero quinq;: Caph, Mem, Nun, Phe, Zade. Earum autem figuræ quas in alphabeti uersu positas cernimus, principales nominãt istæ כמנפצ quæ in principio dictionũ siue etiam in medio tantum locari debent, & nunquã in fine. Terminales autem figurę dicuntur istę: ךםןףץ quæ solum in fine dictionum

Hanc distinctionem Hebræi ignorant.

Raphe.

ctinum inueniuntur positę, uno tantum uersiculo excepto: Isaiæ nono. לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה Multiplicabit eius imperium: ubi Mem terminalis dictionē inchoat: quod mysterium altiorem requirit indaginē, quàm quę ad grāmaticum spectet. Reliquę sunt uniformes cūctę, qđ ubiq; locorū una & sola characteris specie scribātur. Est & alia 22. literarū particio. Ex eis enim 11. sunt substantiales tantum, & reliquę 11. simul etiam accidentales.

Literæ substantiales & ministeriales.

Substantiales sunt quę solum primitiua dictionū denotant, ut חֵט סֵפֶר גֶּגַע צֶדֶק Accidētales autē quę simul etiam grammaticas passiones atq; inflexiones deriuatiuorumq; formationes indicant, & secundum Rabi Mose Kimhi sunt istę אֶתְבְּנָה מֹשֶׁלִי בוֹ Sed Rabi Mose bē Gebirol sic eas colligit, אֲנִי שְׁלֹמֹה כֹּהֵב Accidētalium alię solēt capitibus dictionum præponi tantum, ut אֶלְבַּשׁ aliæ uero tam in principio quàm in fine reperiuntur, ut תָּבֵן הַיּוֹם Consonantium item aliquæ solent duplicem pronūciationis modum suscipere: possunt enim uel leniter uel fortiter pronunciari, & sunt sex ב בגד כפת Quando enim quadam mollicie ac leni spiritu proferuntur, tunc aut supra capita earum ponitur uirgula iacens quę nominatur raphe sic — aut certe si non superponatur nihilominus tamen superposita intelligitur. Sic Beth, loco u consonantis enunciatur. Caph, loco chi grçcę literę: quę apud nos ualet ch. Item pe, loco phi quę ualet, f, uel ph. Similiter thau, loco thita, quę latinis ualet th, efficit q; in pronunciando hebraicę linguam blesam. Si enim supra thau lineam raphe iacentem תֿ conspexeris, oportebit te in sibilando linguam inter superiores & inferiores dentes collocare, & sonitum emittere, qualem anseres solent, cum iracundia mouentur ad uindictam. Contra uero, enumeratę literę si puncto in uentre posito notentur, qui punctus dages nominatur, tunc fortius ac duriuscule, nec ultrà liquide pronunciantur. Solet enim punctus dages ita literas fortificare, ut sępe unica litera pro geminis habeatur. Duę uero sunt quę neq; dages neq; raphe suscipiunt, scilicet teth & kuph.

Raphe.

Dages.

Secus omnes Hebræi scribunt, nempe quod quatuor literæ gutturales & res litera non suscipiunt dages aut raphe.

Penultima autem sin, dupliciter quoque enunciatur. Si enim in sinistro latere suprap onatur ei punctus שׁ exprimet uocem sigma uel s acuto sibilo. Quod si idem punctus in latere dextro supraponatur שׁ tunc emittet sonitum aquæ uehementis, ex altis rupibus impetu labentis & spumantis: unde illud posthac breuitatis causa Sin dexterum uel spumosum siue spumans appellabo, ad significandum spumātis aquæ sonitum, quem & imitabimur, cum superiores & inferiores dentes directe cōnectimus, linguā à dentibus retrahēdo. Eum sonum Germani per sch, Itali per sci, Galli per x uel ch significare conantur. Unde literam sin Italia scribit scin, Gallia etiam Celtica xin uel chin, & Sueuia schin. Quoquo modo scripseris, intelligito pinguē spumosum & latilinguem sibilum sicut & quibusdam gentibus consuetudo est, literam s, ore rustico & spumāte proferre.

De uocibus.



Vnc ad secundā partem elementorum, quas esse uoces diximus, manum apponamus. Est autē uox secūdum Aristotelem in libro de anima secundo, aëris respirati ab anima in partibus uocalibus percussio ad arteriā. Ea fit apud latinos quinq;, apud Hebręos autem decem modis. Latini enim uocū notas cū cęteris literis insertas habent. Hebręi autem solūmodo habitu uocales literas in alphabeto, uoces autē actuales extra uersum alphabeti posuerunt. Quapropter aliud est apud eosdem uocalis, & aliud uox. Vocalis est litera quamprimū apta in uocem arterialem prodire, adhibitis domiciliorum suorum uarietatibus. Sed uoces sunt puncta literis cohęrētia, quæ rictum oris pro literarū diuersitate aperiunt. Vt autem uoces hebręorum clarius intelligas, procedam secundum uocales latinas, a, e, i, o, u, quarū singulę una dempta, bifariam diuiduntur, scilicet in uocem subtilem siue rectam, & uocem grossam siue obliquam: & sic erunt uoces decem ut experiemur. A rectū hac linea notatur – soletq; proferri more Italorū a, sicut in appello & affectus & paropside, diciturq; patha. A obliquum signatur hoc lineamento ⸗ fitq; clausiore oris rictu, & à superiore declinat sono paululū, ad o Germanis certe crebrū in loquēdo. Vnde quā illi syluā uocant Orcyniā. Aristoteles eam in meteorologicis scribit Arcyniā, & uerius tanquā ab Harce, id est pice cognominatā. Et qđ Grecis marmaros, à nobis marmor dicitur. Mediū est igitur per participationē inter a Italicū & o, id quod uocamus camez.

Hebrei uocāt has uoces, longas et breues.

Sequitur uocalis secūda latinorum e, cuius instar hebręi duo puncta tenent sic .. & uocant zere, proferturq; subtiliter ut e in epigrāmate, Eregione, Emāci pare, Enim, Ennula. Contra uero, grossum imitantes Sueuorū e, scribūt tribus punctis sic ∴ & nominat segol, declinat aūt in pronunciando ab e ad a, ut si cupias inter e & a Italicū aliquod per participationē inuenire mediū, quasi earū uocaliū cōmixtione, apte proferas Sægol, dum tamē ab e incipias & in a desinas uno hiatu: sic Sueui e pronunciant in error, ergo, extra, esse, tessera. Tertiā latinorū uocalē imitatur punctus unus subiectus sic . & uocatur Hirik: quę cum sit uox purę latinitatis more semper proferenda, non habet obliquiorē se: producitur autē cum iod superadditur. Accedit quarta uocalis o, simpliciter ore rotūdo enunciãda, cuius loco Hebręi unū punctum superponunt, & uocatur Holē: debetq; recte proferri atq; subtiliter, ut in addo, beneuolus, subdolus. E regione solet inueniri uox aliqua, quę ab o ad a declinet, sitq; media inter o & a, sed plus accedat sono ad o quàm camez suprà memoratū, ideoq; uocat Hatephcamez. Cōsueuit autē ab indistincte proferentibus, semper loco ipsius o pronūciari: ut Codorlaomer rex Elamitarū, & subscribitur lineamēto ipsius camez, prępositis duobus pūctis alternatiue inuicē cōstantibus, sic ⸗: Quinta Romanorū uocalis est u, ad quam uocem effingēdam solet uau accipi cum pūcto in uentre eius inclusoו uocaturq; Surek. Collateralis eius est collectio labiorū, & scribitur tribus pūctis scalariter seu gradualiter sibi inuicē subiūctis sic ⸫ & nominat kybuz.

habetq;

habetq́ eum ſonum quem apud Gallos u ſcilicet commixtione i uocalis. Eſt autem uox media inter u & i qualem olim Græci ſuę literę hypſilo dedere. Vnde ſolebant in uentre ipſius u notam uocalis i ponere ſic ů. quam poſtea eximentes ſubter, adnexuerunt ſic y ut in harpyia. Deſcripſimus Hebræorum uoces claras nouem numero, Reſtat alia uox hebes, obtuſa, & tã exilis, ut uel uix uel nunquam audiatur, & uocatur ſeua: ſcribiturq́ ad ſimilitudinem hateph ſuprà oſtenſi, duobus punctis alternatiue inuicem ſubiunctis ſic: Vnde ſolet quandoq́ et uocabulo hateph nuncupari: ut in hac dictiõe comprimo, ſeu amraphel: ſi per m labia claudas, non poteris ad ulteriorẽ ſyllabam procedere, niſi os rurſum aperueris, eaq́ uocula quę tũc apertione labiorum exoritur, quantulacunque & quantumuis ſit breuiuſcula, dicitur ſeua quaſi proferas commoprimo amaraphel. Eſt enim indiſcretus ſonus, qui propter ſui tenuitatẽ uix queat ſenſu apprehendi. Prępomitur autem hateph ſuprà memoratum, tribus uocibus, Patha, camez, & ſægol, & dicitur hateph patha, hateph camez, & hateph ſegol. id eſt, rapidum atq́ uelox, indicatq́ uocem correptam. Reponitur quandoque in he finali punctus, qui relationem pronominalẽ ſignificat, & uocatẽ Mappik, ſed nihil ad pronunciationem pertinet.

Epilogus de elementis.



Omplectamur itaque breuibus, quæ hucuſque docuimus, ut cito dicta percipiant animi dociles, teneantq́ fideles.

Alphabetum 22. literarum.

אבגדהוזחטיכלמנסעפצק
רשת

Vocales ſex אוהיעח Reliquæ ſunt conſonantes. Aſpiratio lenis ה Aſpiratio fortis ח Vocales ſimul & conſonantes, iod & uau. Conſonantes principales ſimul & mediaſtinę ſunt, במג פצ Conſonantes terminales tantum דסןתך Conſonantes ſubſtantiales חַט סֵפֶר גֶזַע צָרָק Conſonantes accidentales, אֶהְבָּנָה מֹשֶׁלִּיבוֹ · Conſonãtes aſpirandę uel roborandæ בְּגַד כְּפַת Sibilus Samech & Sin ſiniſtri, pronunciatur ut ſigma, ſeu s Romanorũ ſubtili & acuto ſono. Sibilus ſin dextri, fit dentibus directe coniunctis, & ab eis lingua retracta inſtar ſonitus impetuoſarum aquarum. Sibilus zade ſicut ts, ſcaber, durus & aſper. Sibilus zain ſicut ſd tenuis & blandus. Sibilus thau lingua inter ſuperiores & inferiores dentes inſerta & ore bleſo. Sibilus caph aſpirati hoc eſt, raphe ſuprapoſito, fit applicatione radicum linguę ad uuulam faucis, aſthma exprimendo ſicut Gręci ſolent in litera chi. Pronunciatio literę ain oritur in rumine gutturis, ſicut aleph in oris concauo. Puncta uocum ſunt decem. A patha ַ & camez ָ E zere ֵ & I hirik ִ ſubter. O holẽ ֹ ſupra, & hateph camez ֳ V ſurek וּ & kybuz ֻ Vox aũt exilis et obtuſa, ſeua ְ Puncta compoſita hateph patha ֲ hateph camez ֳ & hateph ſegol ֱ Dages in uentre literę fortis, in media dictione geminat literam. Raphe ֿ ſupra literam leni flatu aſpirãs. Punctus unus, quãdoq́ ponitẽ in he finali, & ſignificat relationẽ rei ad rem, uocaturq́ mappik.

Ex uocibus hę quinq; uocantur magnæ, camez, zere, uau surec, uau holem. & hirec præcedente iod. Vocantur magnæ, quod post eas non sequatur dages, faciuntq; mox sequens scheua moueri. Voces paruæ sunt. pathah, segol, Kibuz, hirec absq; iod et hatephcamez: & post illas habet dages locum, quiescitq; scheua. Item duplex est dages, leue & forte. Leue solum habet locum in his sex literis בגד כפת *quando scilicet ponuntur à principio dictionis absolute positæ, aut post scheua quiescens indicatq; literam non aspirate proferendam. Dages uero forte duplicat literam & habet locum post uoces magnas, idq; in omnibus literis exceptis quatuor gutturalibus atq; res litera, & raro est sine peculiari significatione.*

De Syllabis.



HAbes materiam literarum & formam pūctorum, quibus inter se applicatis componitur syllaba, de qua nūc à diffinitione incipientes differemus. Syllaba est applicatio literæ uel literarū ad uocum puncta. Nam si beth cum patha sociabitur fit ba, eodem modo quo apud latinos, si b & a iungantur. Similiter si post beth sequatur lamed cum patha sociatum, fit bla. Si uero ante lamed inueniatur beth cum patha iunctum, fit bal. Hic te mihi puerum præbeas & ferulæ assuescas uelim. Nam de singulis literis atq; punctis experiemur, monstrato ad oculum exemplo: quapropter arrige aures & intende oculos.

A Rectum.

אָ a, בָּ ba, גָּ ga, דָּ da, הָ ha, וָ ua, זָ za,
חָ hha, טָ ta, יָ ia, כָּ cha, לָ la, מָ ma,
נָ na, סָ sa, עָ a, פָּ pa, צָ za, קָ ka, רָ ra,
שָׁ sa, תָּ tha.

A Obliquum.

אַ a, בַּ ba, גַּ ga, דַּ da, הַ ha, וַ ua, זַ za,
חַ hha, טַ ta, יַ ia, כַּ cha, לַ la, מַ ma,
נַ na, סַ sa, עַ a, פַּ pha, צַ za, קַ ka, רַ ra,
שַׁ sa, תַּ tha.

E rectum.

אֵ e, בֵּ be, גֵּ ge, דֵּ de, הֵ he, וֵ ue, זֵ ze,
חֵ hhe, טֵ te, יֵ ie, כֵּ che, לֵ le, מֵ me,
נֵ ne, סֵ se, עֵ e, פֵּ phe, צֵ ze, קֵ ke רֵ re
שֵׁ se, תֵּ the.

E obliquum.

אֶ ę, בֶּ bę, גֶּ gę, דֶּ dę, הֶ hę, וֶ uę, זֶ zę,
חֶ hhæ, טֶ tę, יֶ iæ, כֶּ chæ, לֶ lę, מֶ mæ.
נֶ nę, סֶ sę, עֶ æ, פֶּ pę, צֶ zę, קֶ kę, רֶ rę,
שֶׁ sæ, תֶּ thę.

I.

אִ i, בִּ bi, גִּ gi, דִּ di, הִ hi, וִ ui, זִ zi
חִ hhi, טִ ti, יִ ij, כִּ chi, לִ li, מִ mi,
נִ ni, סִ si, עִ i, פִּ phi, צִ zi, קִ ki, רִ ri,
שִׁ schi, תִּ thi.

O rectum.

אֹ o, בֹּ bo, גֹּ go, דֹּ do, הֹ ho, וֹ uo, זֹ zo,
חֹ hho, טֹ to, יֹ io, כֹּ cho, לֹ lo, מֹ mo,
נֹ no, סֹ so, עֹ o, פֹּ po, צֹ zo, קֹ ko, רֹ ro,
שֹׁ scho, תֹּ tho.

O obliquum,

אֳ o, בָּ bo, גָּ go. דָּ do, הָ ho, וָ uo, זָ zo,
חָ hho, טָ to, יָ io, כָּ cho, לָ lo, מָ mo,
נָ no, סָ so, עֳ o, פָּ po, צָ zo, קָ Ko, רָ ro,
שָׁ scho, תָּ tho.

Y.

אֻ y, בֻּ by, גֻּ gy, דֻּ dy, הֻ hy, וֻ uy, זֻ zy,
חֻ hhy, טֻ ty, יֻ iy, כֻּ chy, לֻ ly, מֻ my,
נֻ ny, סֻ sy, עֻ y, פֻּ py, צֻ zy, קֻ Ky, רֻ ry,
שֻׁ schy, תֻּ thy.

De seua.

אַבְ ab, גַּדְ gad, חֵזְ hez, חֵטְ hhet, יֶךְ iech,
לֶמְ læm, נִסְ nis, עֹף iph, פֹּץ poz,
קֻרְ Kyr, שֻׁתְ schyth,

Ex quibus alphabetis & punctis syllabas confice: aleph patha a: beth patha ba: gimel patha ga: daleth camez do: he camez ho: uau zere ue: zain zere ze: heth sægol hæ: teth sægol tæ: iod sægol iæ: caph holem cho: lamed holem lo, mē holē mo: nun hatephcamez no: samech hatephcamez so: aleph et uau surec u: ain & uau surec u: ain Kybuz y:

pe

pe Kybuz py: zade Kybuz zy: Kuph Kybuz Ky: sin scheua sch: thau scheua th. Vt autem ad ulteriora facilior tibi pateat aditus, oportebit primo tentare uires, præparare os & calamum, iugiter instare ut post agnitionem elementorum & syllabarum scientiam, ad dictionum possis prolationem peruenire: id si et si te prius in multarum syllabarũ connexione diligenter exerceas, quomodo Demosthenem aiunt lapillis in os proiectis literam rho grecam, quam uitio linguæ diu proferre non poterat, studio indefesso ac immenso labore multum & sepe repetijsse: quatenus ex longo saltem usu nihil obstaret, quin rho ipsum eloqueretur, quod cum ita contigisset, fertur dixisse uerbis græcis εὕρηκα τὸ ρ μεμελετημένον. ut ostenderet quod labor improbus omnia uincit. Reuertamur igitur ad syllabas, & experiamur quid sibi cohærentes efficiant: ut si dicas aleph patha beth, iam exoritur אַב ab: beth patha gimel בַג bag: gimel patha daleth גַד gad: he patha sdain הַז hasd: quod iccirco sic noto, ut accurate memoria teneas quod in epilogo elementorum audieris duplex esse z: unum ualde lene quod uocatur zain: & ut ea lenitas prolationis mollicia que pateat, ego tibi pro zain ascripsi sdain, quale & Hieronymus prior me fecit: nam cum debuisset scribere librum עֶזְרָא Ezræ per zain, scripsit Esdræ, scilicet pro zain, sd. Aliud est z asperum & uocatur zade, quod pronunciatur sicut ts, ut צֶצֶם ezem quasi etsem, sic ez עֵץ quasi ets: memento igitur te habere duo z scilicet zain & zade: unũ lene, alterũ durum, duo s scilicet samech & sin, duo t thau & thet, & adhuc ambobus his

mollius est d, id est, daleth: quã literã daleth ea de causa multi etiam aliquantulũ sibilant, & quod nos iod ipsi ius dicunt. Itẽ kuph & caph atque ambobus his mollius gimel: duas aspirationes, he & heth, quarũ prima leniter efflat, secunda fortiter anhelat: duo a, scilicet aleph & ain, quorũ primum in ore, secundũ in gula. Horum omniũ sic sepe meminerim, ut ea ipse fidelius memoria teneas; multũ enim ualebit ad syllabas pronũciandas. Accedit ad hoc etiam noticia diphthongorũ, quarum expeditionẽ usque huc reseruauimus. Nam absque his nec syllabas nec dictiones recte leges. Est autẽ diphthongus duarũ uocũ sub unico puncto cõmixtarum monosyllabica eloquutio. *Diphthongus quid.* Diphthongorũ aliæ dicunt proprie, aliæ uero improprie. Diphthõgi proprie sunt sex, af, ef, if, ai, ei, oi, prima diphtõgus est af: ut thaf sic תָו Ezech. 9. Signa thau super frontes uirorũ. Similiter עֵשָׂו Esaf Gen. 25. Et uocatũ est nomen eius Esau. Secunda ef, ut kislef, id est, nouember sic בִסְלֵו Zach. 7. In quarta mẽsis noni qui est Casleu. Tertia if, ut zif, id est, aprilis, sic זִו 3. Re. 6. In anno qu arto, mẽse ziu. Et licet Romani pro ijs dicant au, ei, iu: Greci tamẽ in hoc imitant Hebreos, ut cũ dicũt ἀυτοκράτωρ pro autocrator, id est, imperator. ἐυαγγέλιον pro euangelion, id est, Euangeliũ. ἐυγένιος pro Eugenios, id est, barbatus: debet tamẽ hoc loco f leniter & non fortiter sonare, sicut digãma æolicũ quõdã: pro quo modo latini inuenerũt u cõsonantẽ, teste Prisciano in lib. 1. quod adhuc hodie nominari potest digãma æolicũ. Quarta diphthongus propria est ai, sicut apud Latinos: Virgilius, Aulai in medio libabant pocula bachi,

Ita quoq; hebraice hai sic חַי id est, uiuus. Psalm. 42. Sitiuit anima mea ad deum fortem uiuum uel ai per camez, ut יִשָׁי Iisai. Quinta diphthongus est ei, ut heil sic חַיִל id est, diuitiæ seu abundantia, Iob 20. Iuxta multitudinem adinuētionum suarum: quomodo etiam latini, Terentius in Andria: Hei metui à Chriside. Sexta diphthongus est oi, ut hoi sic הוֹי id est, uę. Ierem. 22. Væ frater & uæ soror. quod latini in e finiunt ut hoe. Oratius in odis. Heu hoe parce liber. Cęterū alię dicuntur diphthōgi impropriæ: quāuis enim duabus sub una syllaba uocalibus scribantur, tamen in ipsa prolatione non est plurium uocum cōmixtio, sed una tantum uox sonat. Sunt autē improprię diphthōgi numero tres. I ut אִי uel עִי O ut אוֹ uel עוֹ V ut אוּ uel עוּ Hęc itaq; de diphthongis paucula sufficiant rudibus.

Doctiores Hebræi non ponūt diphthongos, nisi quādo ultima est iod præcedente una harum quatuor uocum, camez, patha, holem & surec. Iod uero post zere aut segol in fine dictionis aut intra dictionem nunquā constituit diphthongum, ut חֵיל *hel non heil,* בָּנֶיךָ *benecha non benaecha.*

DE PROFERENDO VEL NON *proferendo*



IN conficiendis autem syllabis uocales quędam proferuntur, quædam uero non proferuntur. Nam quęcunque habent unum de punctis uocalibus illę proferuntur secundum uocem puncti sibi adnexi. Excipiuntur ambę aspirationes in fine syllabę, cum sub eis notaē seua. exemplum de he. 4. Regum 10. וָאֶהֶרְגֵהוּ id est, & interfeci eum. exemplum de beth. Isaię 53. וְנֶחְמְדֵהוּ id est, & desyderauimus eum. quia nō pronunciantur nisi sequatur uocalis altera. Quę autem nullum punctum habēt, tametsi scriptę sint, tamen non proferuntur, sed accipit ipsa syllaba uocem suam à pūcto in eadem syllaba literam uocalem pręcedente: excipitur iod finalis in tribus speciebus. prima quando per dięresim soluitur diphthongus ut אוֹי tunc dięresis facit dissyllabū oi. Secunda species quando pręcedit u surec ut תָּלוּי trissyllabū, id est, suspensus. Tertia species, Quādo iod pronominaliter adijcitur quatenus per se significet ut פָּנַי trissyllabū, id est, facies mea. Istis tribus speciebus uocalis iod finalis quamuis nō punctetur, tamē nihilominus profertur naturali suo sono scilicet I. in alijs autē manet regula: pro qua clarius explicanda, liceat exēplicausa primam biblię dictionem in manus sumere, quę est בְּרֵאשִׁית bresith: in qua dictione uides duas uocales literas scilicet aleph & iod. Quod si aleph è dictiōe tollas, nihilominus legeť bresith: quia sub res consonante punctus sedet qui zere uocatur. Ergo cum res & zere faciāt re, uidemus aleph ad uocem re non necessario accedere: eodem modo de iod litera uocali iudicandū est, quę si non esset scripta, non minus cōsonans sin & punctus hirik facerent si, cōiunctoq; thau fieret sith, & sic bresith, quod non solum in medio dictionum diligenter, uerum etiam in fine ualidius est consyderandū. Nam secūda dictio biblię בָּרָא bara, id est, creauit, constituit ex beth & camez, id est, ba. & res camez, id est, ra ubi aleph quiescit & silet tametsi scriptum. Est quādo duæ literę uocales in fine dictionis silent quantumuis scribantur ut הִיא hi, id est, hæc

hæc:nam he litera & punctus hirik faciunt hi,cętera silēt. Illud quoq; in primis notandum est, uocalem he aspirationis notam in fine dictionum nunquam pronunciari, tametsi scriptā:similiter heth. Officium enim illarum literarum in fine dictionum est puncto cuiq; spiritum postergare,accōmodareq; uel asperum, uel lenem quāuis in scribēdo he & heth differant. Nam he terminalis nunquam punctatur, sed heth terminalis quādoq; punctum subiectum habet,ut רוּחַ quòd pronuncatur Ruah & non ruha.

Imò he relatiuū punctatur:cum camez, ut, מַלְכֶּיהָ reges eius:item גָּבֹהַּ altus &c.

Dignum nota profecto, nec obliuioni dandū,quod dixi cum fuerit heth terminalis: nam si alia litera sequatur, ipsa quasi aliam simul syllabā, incipiens flatū suum priore ordine accōmodat:ut רוּחִי id est,ruhi,& רוּחוֹ id est.ruho. Sed quando ipsum sibi ipsi finalē syllabam efficit, tunc uox puncti subiecti præcedit flatū, et flatus fortis ipsam prolationem uocis consequitur.

Hebræi quinq; conditionibus absoluunt scheua quando est legendum,nempe à principio dictionis,post uocem magnam,ante literam gutturalem,sub litera dagessata,& sub litera quæ mox duplicatur. Itē quando bis ponitur consequenter in eadem dictione:ex empla sunt בְּרֵאשִׁית חַלְלוּ דַּבְּרוּ מַלְאַךְ ש שְׁמַעוּ יִשְׁמְרוּ *Capnion uero in hunc modum scribit de scheua.*

Cæterum nec id te lateat qualis usus in puncto seua cōsueuit obseruari. Solet eīm ea quādoq; pferri quādoq; nō. In cōsonātibus nanq; cōnexilibus alio ultra alpes alio citra more utunť. Sunt aūt cōnexiles binarię secundum Prisciani doctrinam in fine libri primi artis grāmaticæ, bd,gd,ct,pt,mn,sb,sc,sl,sm,sp,st, Et apud Hebręos sicut de s ita de z iudicandum est. Omnes quoq; mutę pręcedunt tres liquidas singulariter singulas, scilicet l,n,r,sed huic m solum præponi possunt,c,d,g,t. In fine uero dictiōis omnes liquidę inueniuntur ante s, sed tres tantum pręcedūt x,uel cs,scilicet l,n,r. Ternarię item capitales poterunt cohęrere, scr,str,spr:similiter,scl,stl,spl. Finales autem cum sunt liquida primū,deinde muta,tertio s. Illo accurate consyderato,animaduertendū est quod seua pūctus quoties consonantibus subscribitur connexilibus,apud Germanos solet quiescere atque silere: apud Italos uero & Hispanos paululū moueri ac mussitare,ceu si quoddam e ualde exile subaudias, quod experimur in suprapposito biblię initio ב בְּרֵאשִׁית ubi muta & liquida sunt unà connexiles, ideo seua sub beth à Germanis non profertur, dicunt enim bresith sicut latini breuis. Capiamus secūdi libri biblię initiū,& inuenitur secunda dictio שְׁמוֹת ubi connexiles sunt sm:ergo seua punctus quiescit & silet citra montes, id est,in Germania,mussat autem ultra mōtes. Dicunt enim Germani smoth, Itali & Hispani,semoth. Iam bice prima scilicet ualde correpta, similiter סְפָרַדִי id est,Hispanus,& צְפַנְיָה propheta. Sic obseruandum est in ternis cōnexibilibus si qua inueniantur: sola enim tertia pūctabitur uoce quam imitetur:duarū autem pręcedentiū quęlibet punctū seua subiūctum habet qui silet & quiescit, ut stran & strepan. In ahastran & ahastrepan Ester 8. & Ezre 3. atque 8. In aliis uero non connexilibus tam in primis quam in mediis syllabis seua non silet sed mussat,ut יְמִין lemin dextera,& דְּבָרִים debarim

debarim uerba, & לְשֹׁנוֹת leſchonoth. linguę. Similiter יְלַמְּדוּ docebũt, ubi m & d non ſunt connexiles. In fine autem tam ſyllabarum quam dictionũ ſiue plu res ſint cõſonantes ſeu una ſola, ſemper ſeua ſilet: ut בֵּלְטְשַׁאצַּר id eſt, baltſchazar, Dan. 4. Daniel cuius nomen Baltaſar, habet quippe tres ſyllabas, & prima deſinit in duas conſonantes, l, & t, quarum quęlibet ſcribitur per ſeua, attamen non legitur uox ſed uirtus ambarũ conſonantium deſeruit puncto patha quod ſub beth ſignatũ eſt, quapropter ita legitur balt. Exemplum regulę in fine dictionis ubi ſimiliter puncta ſeua ſilent: ut in nomine Artaxerxis Ezrę. 7. quod ſcribitur אַרְתַּחְשַׁסְתְּא & legit Artahſchaſt. Non abſimiliter putabis ſore iudicandũ de unica cõſonãte quæ uel ſyllabam finit uel dictionem: quia ſeua punctus ſub illa notatus non profertur ſed ſilet, ut לִבְנֶה nomẽ arboris quod pro fertur libne. Item כַּפְתֹּר ſic caftor, id eſt, ſcyphus. Itẽ יִשָּׂשכָר iſſaſchar quod nos legimus Iſachar. Hæc autem regula de medio dictionis duas habet exceptiões maxime quidem memorabiles, quas optimum eſt non ignorare. Prima exceptio. Cum in medio dictionis duæ conſequenter poſitę uidentur conſonantes, quarum prima in ſe continet punctũ dages ſubſcribiturq́ ſeua, eo caſu proferẽ cõſonans fortiter ac ſi eſſet gemina propter dages, ut ſupra patuit: & ſeua profertur ſuo more breuiter admodũ, ut ס סִיסְרָא quod legitur Siſſera triſſyllabũ. Iudicum 4.

Exemplaria biblica habent יִשָּׂשכָר

Propter uocem magnam iod hirec, fit ſeua mobile ſub Samech, nec eſt capax punctuli dages in hac forma.

Non autem ſic in עֶזְרָא id eſt, Ezra il lo ſcriba, nam diſſyllabum eſt, eo quod zain non continet punctum dages. Secunda exceptio eſt. Quando una eademq́ conſonans in medio dictionis geminatur, id eſt, conſequẽter bis ponitur, tunc ſi prima conſonans per ſeua notaẽ, regulariter ſeua pronunciaẽ, ut הַלְלוּיָה Halleluia, nam ſi ſeua non pronunciaretur, tunc contextũ halluia diceretur triſſyllabum, nunc uero tetraſyllabum eſt, id eſt, laudate deum. Hæc de ſeua conſonantium dicta ſint. Quando autem poſt cõſonantem ſub qua ſcribitur ſeua ſequitur uocalis, tunc ſeua ſemper pronunciatur. ut הַתְּאֵנָה theena ficus, & יִשְׁמְעוּ audient, triſſyllabum quæ ambo leguntur Gen. 3. מְעָרָה meara triſſyllabum ſpelũca eiuſdem 23. Item קְחוּ Sumite, eiuſdẽ 43. quod eſt diſſyllabum, & ſic de aliis ſimilibus. Illud quoq́ de camez etiã huc afferre perplacet, quod uſus nos hactenus magis quam ars docuit. Nam quoties duo ſeſe camez conſequũtur, poſterius ad pronunciationem ipſius o uocalis declinat, ſeu quod pluribus eſt in more, primum o rectum, ſecundum a obliquum ſonat: quod & in monoſyllabis ęque accidit, prę ſertim in lamed deſinentibus, & in iis dictionibus quarum antecedens litera per camez & ſeqnens per ſeua ſcribitur. Obſeruatur id etiam à quibuſdam in polyſyllabis dictiõibus cum ultima per camez ſcribitur & ſequitur dictio monoſyllaba, quę omnia continẽtur his exemplis.

Seua à principio ſemper & regulariter legendum.

חָכְמָה Hochma, כָּל Chol, אָדָם Adõ, אֶתְמָכְךָ בֹּא Ethmoch, Bo, quod ad ultimum interpretatur, ſuſcipiam eum. Iſaiæ 42. Ac uero in primis quiſq́ admo nendus

nendus est me non iam doctis scribere sed rudibus, quibus lacte opus sit non solido cibo. Quapropter de legendo tantum præcepta polliceor non de scribendo. In hoc enim rudimentorum libro sal tem hoc unum te docebo, ut scripta legas, non ut legenda scribas, nam sin aliter, ego certe multa conficerem ingenij & ratis indicia, quę tamē adnuente deo non omittam posteaquam te sensero ele mentarios limites egressum, altiora desyderare.

De doctrina Emperica.



Ost tot et tam uarias elemētorum & syllabarum regulas, opinor apprime quam utilissimum fore, imò ad artificium legendi ferme necessarium, electa quędam uocabula in medium afferre, quæ non sint auribus tuis omnino peregrina nec tamen non difficilia com prehēsione simul atq; prolatione, ut illis os & spiritum conformes. Solent enim quæ aliena penitus existūt, iuxta'q; huius linguę idioma de trito loquendi calle ab errant, sępe animum Neophyti terrore aut desperatione principio auertere, pręsertim in eo studio quod adhuc nostra lingua illustratum non est. Econtrario accidit, ut is qui operam & impendium ad initia quędam artis applicat, maxime quidem nolit circa uulgaria & omnino trita sudare propter laudem uirtutis adi piscendam, quę semper circa ardua uersatur. Vnde conueniens esse duxi pręclaram Mariæ uirginis prosapiam erudien dis proponere, quam sæpe in ecclesia licet indoctę pronunciatā festis exercere diebus audierunt, nec tamen sic uulgo decantatam, ut non totis oporteat uiribus ad syllabas colligendas intendere. Quare sensibus hæc imis res est non par ua reponas.

INCIPIT GENEALOGIA MARIAE VIR *ginis ex qua homo natus est Rex regum Iesus Deus Opt. Max.*

אָדָם Adam, שֵׁת Seth, אֱנוֹשׁ Enos, קֵינָן Cainan, מַהֲלַלְאֵל Mahalaleel, יֶרֶד Iared, חֲנוֹךְ Hanoch, מְתוּשֶׁלַח Methuselach, לֶמֶךְ Lamech, נֹחַ Noa, שֵׁם Sem, אַרְפַּכְשַׁד Arfachschad, ש שֶׁלַח Sala, עֵבֶר Euer, פֶּלֶג Pælæg, רְעוּ Reu, שְׂרוּג Serug, נָחוֹר Nahor, תֶּרַח Tharah, אַבְרָהָם Afrahā, יִצְחָק Izhak, יַעֲקֹב Iaacof, יְהוּדָה Iehuda, ב פֶּרֶץ Perez, חֶצְרוֹן Hezron, רָם Ram, עַמִּינָדָב Amminadab, נַחְשׁוֹן Nahschō, שַׂלְמָא Salma, בֹּעַז Boaz, עֹבֵד Obed, יִשַׁי Iischai, דָּוִד Dauid, שְׁלֹמֹה Schlomo, רְחַבְעָם Rehabeam, אֲבִיָּה Abija, אָסָא Asa, יְהוֹשָׁפָט Iehoschaphat, י יוֹרָם Ioram, אֲחַזְיָהוּ Ahaziahu, י יוֹתָם Iotham, אָחָז Ahaz, חִזְקִיָּהוּ Hiskijahu, מְנַשֶּׁה Mnasse, אָמוֹן Amon, יאשִׁיָּהוּ Ioschijahu, יְכָנְיָה Iechonia, שְׁאַלְתִּיאֵל Schealthiel, זְרֻבָּבֶל Zerubabel, רֵשָׁע Resa, יוֹחָנָן Iohanan, יְהוּדָה Iehuda, יוֹסֵף Ioseph, שִׁמְעִי Semai, ם מַתַּתְיָה Mathathia, מָאוֹת Maoth, נָגִיד Nagid, חֶסְלִי Hesli, נַחוּם Nahum, עָמוֹס Amos, מַתִּתְיָה Matthathi, יוֹסֵף Ioseph, יַעֲנֶה Iane, מַלְכִּי Malki, לֵוִי Leui, מַתָּת Mathath, יְהוֹיָקִים Iehoiakim, מִרְיָם Miriam.

אָדָם duas habet syllabas: aleph camez facit a obliquum, est igitur ea syllaba inter a & o uoce media proferenda: secun da syllaba daleth camez similiter da, & iuncto mem dam ea fit Adam, quia uero duo camez sese consequuntur posterius

rius ad uocem o declinat, ideo dicũt Adom: clauditur autem mem nec eſt ſimilis ei literę quę in uerſu alphabeti notať, quia ex quinq; terminalibus una eſt ſolũ in fine locanda. שֵׁת monaſyllabum nomen eſt, cuius prima cõſonans uocatur ſin dextrum, id eſt, ſchin ſpumoſum, ſecunda uero cõſonans eſt thau raphatũ, id eſt, thau bleſum & ſibilans, dic ergo ſic, ſchin zere ſche, iunge thau ſibilãs fit ſcheth. Hunc ſibilum exprimere nõ poſſum per ſcripturam noſtram niſi ſupraponendo iacentem lineam. אֱנוֹשׁ duas habet ſyllabas: prima aleph hatephſægol facit ę obliquum & breue propter hateph. Ea ſyllaba generat ronchum ęn correptum: ſecunda nun uau holem & fit no, iunge ſin dextrum & ſpumoſum ſic oritur noſch, compręhende ſingula, & fit Ænoſch. קֵינָן Duas habet ſyllabas: prima kuph zere facit ke, cui iungitur iod per diphthõgum quæ eſt quinta numero, & fit kæi, ſecũda nũ camez facit na obliquũ, cui addendo aliud nun, id eſt, n fit nan: comprehende ſingula & fit keinan. Habet autem nun finale aliam figuram quam antecedens, quia eſt una de quinq; terminalibus conſonãtibus ſupra notatis. מַהֲלַלְאֵל quinq; habet ſyllabas: prima mem patha facit ma rectũ: ſecũda he hatephpatha facit ha leniter correptum propter hateph: tertia lamed patha la: quarta lamed ſeua muſſat ſubitaneum e. Pronunciatur autem & non tacet, quia cum ſequitur uocalis pũctata ſemper pronunciatur ſeua, ut in ſuperiore capitulo patuit. Quinta aleph zere facit e rectum, cui ſubiungendo lamed, id eſt, l erit el: comprehende ſingula & fit Mahalaleel, יֶרֶד Duas habet ſyllabas: prima iod camez facit ia obliquum, eſt autem iod conſonans. Quamuis enim ſit litera uocalis ſcilicet aptitudine, tamen uſus hic eius eſt conſonãs, & regulariter ſemper iod in principio ſyllabę eſt conſonans actu, quod memẽto diſcipule. Secunda res ſægol facit rę groſſum ſiue obliquum, cui ſubiungendo daleth, id eſt, d erit ręd: comprehẽde ſingula & fit iarẹd. חֲנוֹךְ Duas habet ſyllabas: prima heth cum hatephpatha facit ha rectum & breue, rectum propter patha, breue propter hateph: & forti anhelo'q; flatu eſt pronunciãda, quia eſt daſia & aſpiratio fortis, quæ cum ad latinitatẽ trãsfertur debet à nobis per h ſcribi. Nã altera ſcilicet pſile aſpiratio apud latinos non ſcribitur ſed uocalis ſola quam aſpirat. Secũda nun uau holem facit no, cui ſubiuncto caph raphato, id eſt, ch erit noch: comprehẽde ſingula & fit Hanoch. Caph autem oblonga non habet figuram ei ſimilem quę in uerſu alphabeti ponitur, quia eſt una de quinq; terminalibus. Et nota quod ea in fine ſemper aſpiratur, pronunciatur'q; ſicut chi græca uel ch. מְתוּשֶׁלַח Quatuor habet ſyllabas: prima mem ſeua muſſat uocẽ ſubitaneam & exilem, ſiue tu e intelligas ſiue a, nihil curo dummodo ſit uix comprehenſibilis ſonus: quapropter quidã loquũtur me, quidam ma: & hic memorię tuę ponas uelim inſignẽ notã, ut poſt hac recorderis me hoc in loco tibi dixiſſe, quod propter inſtãtaneam & tam exiguã ſoni apprehenſionẽ, Seua à diuerſis diuerſimode pronunciať ſecundũ diuerſas uocalium uoces. Ego uero iuxta mores Iudæorum Alemaniæ ſemper ex ſeua ronchum, id eſt, ſonitũ narium concipio æn

pio *e*n breuissimũ & obtusum. Notato hæc, quia non omnibus in locis omnia præcipimus. Secũda syllaba thau uau surek facit thu sibilans propter raphe: tertia sin dextrum & sægol faciunt sch*e* obliquũ & spumãs: obliquũ propter segol, spumans propter punctũ ad dexterã ipsius sin consonantis suprapositũ, quem solent aliqui in ipsius literæ humeris ponere sic שׁ similiter de sinistro intellige: aliter autẽ de dages iudicandũ est, qui punctus omnino in uentre locatur. Quarta syllaba lamed patha facit la, cui si subiũcto heth forti aspirationi oritur lah anhelũ: cõprehende singula & fit Methuschælah. לֶמֶךְ duas habet syllabas: prima lamed camez facit la obliquum: secunda mem sægol facit mæ obliquũ, cui si iungatur caph finale raphatũ, id est, ch fit lamech. נֹחַ duas habet syllabas: prima nun holẽ fit no, secũda heth patha facit ah & non ha: cõprehende singula & fit Noah iuxta regulã in superiore cap. datam. שֵׁם monosyllabũ constituitur ex sin dextro cum zere quod facit sche, cui si iungatur mem, id est, m fit schem. אַרְפַּכְשַׁד tres habet syllabas: prima a patha facit a rectũ, cui si cõsonet res, id est, r, fit ar. Secunda pe raphatũ cum patha facit pha, cui si cõsonet caph raphatũ fit phach. Nam seua subscriptũ non legit*ur*, iuxta regulã in superiore cap. datam, q*uo*d in fine tam syllabarũ quã dictionum siue plures sint cõsonãtes seu una sola semp*er* seua silet. Habes igit*ur* arphach. Tertia sin dextrũ patha facit scha spumãs, cui si cõsonet daleth, id est, d, erit schad: cõprehende singula et fit Arphachschad, quod in nostra biblia Arfaxad legimus. שֶׁלַח duas habet syllabas: prima sin dextrum cum camez facit scha obliquũ & spumans: secunda lamed patha facit la rectũ, cui si adiungat*ur* heth fortis aspiratio erit lah anhelũ: cõprehende singula & fit schalah. עֵבֶר duas habet syllabas prima ain cũ zere facit e rectũ in ruma gutturis, quia ain est litera gutturalis: secunda beth raphatũ cum sægol facit digãma *e*olicũ et e obliquũ, id est, u*e*, cui si cõsonet res erit u*e*r: cõprehende singula & fit Euær. פֶּלֶג duas habet syllabas: prima pe segol p*e* obliquũ, & profertur p*e* & non phe seu fe: quia litera pe habet punctũ dages in uẽtre. Secũda lamed sægol facit l*e*, cui si cõsonet gimel erit læg: cõprehende singula & fit p*e*l*e*g. רְעוּ duas habet syllabas: prima res seua mussat re, breuissimo rõcho: secũda ain uau surek facit inpropriã diphthongũ u ut supra cap. quinto: quia uero quãdo post cõsonantẽ sub qua scribit*ur* seua sequit*ur* uocalis, tunc seua semper pronunciat*ur*, iccirco seua uocẽ licet exiguam habet: cõprehende singula & fit Reu, quod nostra biblia legit Ragau: consueuit nanq*ue* Hieronymus sæpe ante literã ain quæ est gutturalis g ponere, ut ostẽdat motũ gutturis siue ruminis debere uocalẽ ain præcedere. Sic fecit in Gomorra, Gen. 19. q*uo*d hebraice scribit*ur* עֲמֹרָה Et in Gomor mẽsura, Exodi 16. quod scribit*ur* עֹמֶר & sic de alijs. Optimũ factu facies discipule, si huius non obliuiscaris. שְׂרוּג duas habet syllabas: prima sin sinistrũ, id est, sibilus acutus cũ seua facit se subitaneũ. Nã seua nõ silet, sed pronunciat*ur* ex regula superioris capituli, quæ dicit sic: In alijs uero non cõnexibilibus tam in primis quã in medijs syllabis seua non silet sed mussat. Secunda res uau cum surek facit ru, cui si cõsonet gimel, id est, g erit rug: cõprehẽde singula & fit Serug. נָחוֹר duas syl-

as habet ſyllabas:prima nũ camez facit
na obliquũ:ſecũda heth & uau cũ holẽ,
qui punctus ſignať ſup occipitiũ ipſius
uau & facit ho cũ anhelo ſpiritu,cui ſi cõ
ſonet res,id eſt,r erit hor:cõprehẽde ſin
gula & fit Nahor. תָּרַח duas habet ſylla
bas:prima thau per dages, ergo nõ ſibi-
lat:ſic thau camez facit tha obliquũ: ſe-
cunda res patha facit ra,cui ſi ſubiungať
heth,id eſt,flatus fortis erit rah,compre
hẽde ſingula & fit tharah. אַבְרָהָם tres
ſyllabas habet: prima aleph patha facit
a rectum,cui ſi cõſonet beth raphatũ,id
eſt,digãma æolicũ fit ab,id eſt,af,& eius
ſeua nõ legiť, quia b r ſunt literę cõnexi-
les, uel uerius qa beth terminat ſyllabã.
Secunda res camez facit ra obliquũ: ter
tia he camez facit ha obliquũ cum mini
mo flatu,quia he eſt pſile,id eſt,aſpiratio
lenis,cui ſi cõſonet mẽ terminalis,id eſt,
m erit ham:cõnecte ſingula & fit Abra
ham ſeu Abrahã per digãma æolicum.
יִצְחָק duas habet ſyllabas:prima iod hi
rik facit ij, ubi prior eſt cõſonans & po-
ſterior uocalis: cui ſi conſonet zade fit
ijz. Secunda heth camez facit ha obli-
quũ & anhelũ,cui ſi conſonet kuph erit
hak: cõprehende ſingula & fit Iizhak.
יַעֲקֹב tres habet ſyllabas:prima iod cõ
ſonans cum patha facit ia rectũ:ſecunda
ain ſeua muſſat uocẽ in gutture; & facit
exiguũ e uel a nõ curo utrũ, tertia kuph
holẽ facit ko,cui ſi cõſonet beth rapha-
tũ,id eſt,digãma ęolicũ erit kof ſiue cob:
cõprehende ſingula & fit Iaacob uel Iae-
cof. יְהוּדָה tres habet ſyllabas:prima
iod ſeua facit ie,& pronunciať qa ſequiť
uocalis:ſecunda he uau ſurek facit hu le
niter: tertia daleth camez facit da obli-
quũ, cui ſi addať lenis aſpiratio erit dah
minime aſpiratũ:cõ[illegible]ehende ſingula &
fit Iehudah. פֶּרֶץ duas habet ſyllabas:pri
ma pe per dages cum ſęgol facit pę obli-
quũ:ſecunda res ſægol facit ræ obliquũ,
cui ſi cõſonet zade,id eſt,z erit ręz: cõ-
prehende & fit Pęrez. חֶצְרוֹן duas ha
bet ſyllabas: prima heth ſægol hæ obli-
quũ & anhelum, cui ſi cõſonet zade fit
hęz,& ſeua ſilet quia finit ſyllabã: ſecun
da res uau holẽ facit ro, cui ſi cõſonet nũ
finalis,id eſt,n erit ron:comprehende o-
mnia et fit Hezron. רָם monoſyllabũ:
res camez facit ra obliquũ,cui ſi conſo-
net mem terminalis,id eſt,m fit Ram.
עַמִּינָדָב quatuor habet ſyllabas: pri-
ma ain patha facit a rectum & gutturale:
quia uero ſequẽs mem in medio dictiõis
poſitũ in uentre ſuo cõtinet punctũ da-
ges, ideo tanquã litera gemina eſt pro-
nuncianda:quapropter tam priori ſylla-
bæ cõſonat quã poſteriori. In eo autem
quod primę ſyllabæ conſonat facit am.
Secunda mem hirik facit mi,cui ſubiun-
gitur iod uocalis quæ cum non punctať
etiam non pronunciať, iuxta regulã ſu-
periore capitulo datã circa eius principi-
um. Tertia nun camez facit na obliquũ:
quarta daleth camez facit da obliquum
declinando ad o,cui ſi conſonet beth ra-
phatum,id eſt,digãma ęolicũ erit daf ſi-
ue dab:cõprehende ſingula & fit Ammi
nadab,rectius Amminadaf. נַחְשׁוֹן tres
habet ſyllabas:prima nun patha facit na
rectũ: ſecunda heth ſeua muſſat uocẽ cũ
expreſſo anhelitu & facit a uel e obtu-
ſum:tertia ſin dexterum & uau cum ho-
lem faciunt ſcho, cui ſi conſonet nun fi-
nale,id eſt,n erit xon ſiue ſchon:compre
hẽde ſingula & fit Nahaſchõ ſeu Nahe-
ſchon. שַׂלְמָא duas habet ſyllabas:pri
ma ſin ſiniſtrũ patha facit ſa rectũ & acu
tũ,cui ſi cõſonet lamed, id eſt,l fit ſal, nã

seua non pronnuciatur propter finalitatis rationē. Secunda mē camez facit ma obliquum, cui adiungitur aleph & nō legitur quia non punctatur: cōprehende totum & fit Salma. בֹּעַז duas habet syllabas, prima beth cum dages & holē faciunt bo solidū & non aspiratū: secunda ain patha facit a rectum & gutturale, cui consonat zain tenuis sibilus & est az: cōprehende singula & fit Boaz. עֹבֵד duas habet syllabas: prima ain holē facit o gutturale: secūda beth raphatū cum zere facit ue rectum, cui cōsonat daleth & fit ued: collige & erit Oued uel Obed per digāma. יִשַׁי duas habet syllabas: prima iod consonans cum hirik facit ij, secunda sin dexterū camez facit scha obliquum, cui iungitur iod sine pūcto & facit diphthongū ai: cōprehende & fit Iisai. דָּוִד duas habet syllabas: prima daleth camez facit da obliquū: secūda uau consonans hirik facit ui, cui si consonet daleth finale, id est, d erit uid: cōprehende singula & fit Dauid. שְׁלֹמֹה duas habet syllabas: prima sin dexterū cum seua tacet spumando quia cum initio dictionis duę cōnexiles ponuntur, & sub prima scribitur seua, tunc citra mōtes seua nō legitur: ergo dic ita, sin dexterū cum mem holē facit shlo spumādo ut sit schlo, secūda mem holē facit mo, cui superadditur lenis aspiratio quę non pronunciatur: cōprehēde singula & fit schlomoh. רְחַבְעָם quatuor syllabas habet: prima res seua mussat uocē & non silet quia sequitur uocalis: fit ergo re subitaneū. Secunda heth patha facit ha rectū & anhelum: tertia beth digāma æolicū cum seua quod pronunciatur, quia sequitur uocalis quapropter mussat uocem & fit fe; quarta ain camez facit a obliquū gutturale, cui consonat mem finale, id est, m, & dicitur am: cōprehende singula & fit Rehafeam uel Rohoboā. אֲבִיָּה tres syllabas habet: prima aleph hatephpatha facit a breue & rectū: secunda beth digāma cū hirik facit ui, cui subiungitur iod partim uocalis quæ non pronunciatur, & iccirco ponitur in uentre iod dages quasi sit iod geminatū: tertia iod consonans cum camez facit ia obliquum, cui superadditur he aspiratio lenis, quę non pronunciatur quia non punctatur: collige totum & fit Auijah. אָסָא duas habet syllabas: prima aleph patha facit a rectū: secunda samech camez facit sa obliquū cū sibilo acuto, cui subiungit aleph quod nō pronunciat, quia nō punctat, & fit Asa. יְהוֹשָׁפָט quatuor habet syllabas: prima iod seua mussat uocē & profertur, quia sequit uocalis: secūda he holē uau facit ho: tertia sin dexterū camez facit sa obliquum et spumosum: quarta phe raphatū camez facit pha obliquū, cui consonat teth, id est, t & sic erit phat: cōprehēde singula & fit Iehoschaphat. יוֹרָם duas habet syllabas: prima iod cōsonans cum uau holē facit io: secūda res camez facit ra obliquū, cui cōsonat mē finalis, id est, m, sic erit ram: cōprehende & fit Ioram. אֲחַזְיָהוּ quatuor habet syllabas: prima aleph patha facit a rectū, & quia præponitur hateph ideo correptā syllabā intelligas: secunda heth patha facit ha rectū & anhelū, cui consonat zain tenuis sibilus & fit haz, & seua non legitur, quia finit syllabā: tertia iod camez facit ia obliquū: quarta he uau surek facit hu cum aspiratione leni: cōprehende singula & fit Ahaziahu. יוֹתָם duas

 habet

habet ſyllabas : prima iod uau holē facit io: ſecunda thau raphatum camez facit tha obliquum ſibilans, cui cōſonat mem finalis, id eſt, m, & erit tham: comprehēde ſingula & fit Iotham. אָחָז duas habet ſyllabas : prima aleph camez facit a obliquum: ſecunda heth camez facit ha obliquum & anhelum propter flatū fortem ipſius heth, cui cum zain conſonat ſibilus tenuis erit haz: comprehende ſingula & fit Ahaz. חִזְקִיָּהוּ quatuor habet ſyllabas: prima heth hirik facit hī anhelum, cui conſonat zain tenuis ſibilus ſub quo ſeua non profertur, quia finit ſyllabam, & ſic fit hiz: ſecunda Kuph hirik facit ki: tertia iod camez facit ia obliquum : & quia continet dages in uentre ideo quaſi geminata profert͛ : quarta he uau ſurek facit hu leni flatu: cōnecte ſingula & fit Hizkijahu. מְנַשֶּׁה duas habet ſyllabas ſecundum Citramontanos: prima mem nun patha facit mna : quia ſeua tacet & non legitur, eo quod conſonantes in principio dictionis ſunt connexiles iuxta regulam ſuperius datam. Secunda ſin dexterum cum ſægol facit ſſe obliquum & ſpumans ac geminandum propter dages in uentre, cui ſubiungitur he tenuis quæ non pronunciatur quia non punctatur : comprehende ſingula & fit Mnaſſe. אָמוֹן duas habet ſyllabas : prima aleph camez facit a obliquum : ſecunda mem uau holem facit mo, cui ſi conſonet nun, id eſt, n, erit mon : collige totum & fit Amon.
יֹאשִׁיָּהוּ quatuor habet ſyllabas : prima iod aleph holem facit io: ſecunda ſin dexterum hirik facit ſi ſpumans: quia uero iod continet dages, ideo quaſi geminata utrinq; ſeruit; tertia iod conſonans & camez faciūt ia obliquū: quarta he uau ſureK facit hu tenui flatu: cōprehēde & fit Ioſchijahu. יְכָנְיָה tres habet ſyllabas: prima iod ſeua facit e muſſans, id eſt, uocem ſubitaneam & obtuſam: pronunciatur autem, quia iod & caph non ſunt connexiles: ſecūda caph raphatum cum hateph camez facit cho cui cōſonat nū, & ſeua non legitur propter finē ſyllabæ: ſic fit chon. Tertia iod camez facit ia obliquū, cui ſubiungit͛ in fine he flatus lenis & inperceptibilis qui non legit͛: cōprehēde modo & fit Iechoniah, ille uinctus in Babylone, q cognominat͛ Iehoiachin filius Iehoiakim filij Ioſię. שְׁאַלְתִּיאֵל quatuor habet ſyllabas: prima ſin dexterum ſeua muſſat uocem ſpumantē, pronunciatur autē ſeua quia ſequitur uocalis: Secunda aleph patha facit a rectum, cui ſonat lamed cum ſeua quod non profertur & ſic fit al: tertia thau dages hirik fit thi durum ac ſolidum: quarta aleph zere facit e rectum cui conſonat lamed, id eſt, l, & erit el: comprehende & fit Schealthiel, pater ipſius Phadaia & auus ipſius Zorobabel. זְרֻבָּבֶל quatuor habet ſyllabas: prima zain ſeua facit uocē ſubitaneam tenui ſibilo, & profertur quia zain & res non ſunt connexiles : ſecunda res Kibuz facit ru: tertia beth dageſſatum & camez faciunt ba ſolidum & obliquum: quarta beth raphatum, hoc eſt, digāma æolicū & ſægol faciunt uæ, cui cū addit͛ lamed, id eſt, l erit uęl, cōprehende ſingula & fit zerubauęl, ille filius phadaia & nepos ipſius Salathiel. רֶשַׁע duas habet ſyllabas: prima res ſęgol facit rę obliquū: ſecūda ſin dexterū et camez faciūt ſcha obliquū et ſpumās, cui ſubiūgit͛ ain gutturalis, q̄ nō indicat aliud niſi

motum

motum gulę: aliter non profertur quia, non punctatur: comprehende & fit Reſa, qui cognominatur Meſolam. יוֹחָנָן tres ſyllabas habet: prima iod uau holē io: ſecunda heth camez ha obliquum et anhelum: tertia cum nun camez na obliquum, cui adde nun finale & erit non: comprehende ſingula & fit Iohanon. יְהוּדָה tres habet ſyllabas: prima iod ſeua muſſat uocem & profertur cum roncho breuiſſimo, nec ſilet, ſequitur enim uocalis: ſecunda he uau ſurek facit hu aſpiratione leni: tertia daleth camez facit da obliquum, cui additur he tam exilis flatus ut percipi nequeat, unde non pronunciatur quia non punctatur: collige totum & fit Iehuda, dictus Hircanus primus. יוֹסֵף duas ſyllabas habet: prima iod uau holem facit io: ſecunda ſamech zere facit ſe rectum, cui ſubiūgitur phe finale, id eſt, f & erit ſeph: nam caph & phe ſemper in fine aſpirantur, quamuis raphe eis non ſuperponatur, hoc ualde notato: comprehende ſingula & fit Ioſeph, qui dicitur primus.

Imò caph finale cum camez & ſcheua ſæpe iuxta uerba habet dages, ut אַרְאֶךָּ *oſtendam tibi, dageſſato caph finali.*

שַׁמְעִי duas habet ſyllabas: prima dexterum ſin & mem camez faciunt ſchma obliquum & ſpumans: nam ſeua ſub ſin non legitur, quia ſin & mem ſunt cōnexiles: ſecunda ain hirik facit i cui additur iod uocalis ut ſit diphthongus impropria: collige totum & fit ſchmai, quod Vltramontani dicunt Semai. מַתִּתְיָה tres habet ſyllabas: prima mem patha facit ma: quia uero ſequens thau dages in uentre continet, ideo quaſi geminata partim priori ſyllabę cōſonat et fit math; ſecunda thau ſolidum & patha faciunt tha, cui conſonat alterum thau raphatū & fit thath cum ſibilo finali: nam ſeua non pronunciatur eo quod finalis ſit ſequente conſonante: tertia iod camez facit ia obliquum, cui ſubiungitur he tenuis ſpiritus ſed non pronunciatur quia nō punctatur: comprehende ſingula & fit Matthathiah. מָאוֹת duas habet ſyllabas: prima mē camez facit ma obliquū: ſecunda aleph uau holem facit o diphthongum impropriam, cui ſi conſonet thau raphatum fit oth cum ſibilo finali: connecte & fit Maoth. נָגִיד duas habet ſyllabas: prima nun patha facit na rectum: ſecunda gimel hirik facit gi, & additur iod uocalis quæ eo non pronunciatur quod non punctatur, cui cōſonat daleth, id eſt, d & erit gid: collige & fit Nagid. חֶסְלִי duas habet ſyllabas: prima heth ſęgol facit hę obliquum & anhelū, cui conſonat ſamech, id eſt, s & fit hes: nam ſeua non pronūciatur quia finit ſyllabam ſequente conſonante: ſecunda lamed hirik facit li, cui additur iod uocalis quę non pronunciatur quia non punctatur: collige ſingula & fit Hesli. נָחוּם duas habet ſyllabas: prima nun camez facit na obliquum: ſecunda heth uau ſurek facit hu anhelum: iunge mem finale, id eſt, m & erit hum: collige totum & fit Nahum. עָמוֹס duas habet ſyllabas prima ain facit a obliquum & gutturale: ſecunda mem uau holem facit mo, cui conſonat ſamech, id eſt, s & ſic eſt mos: collige & fit Amos. מַתָּתִי tres habet ſyllabas: prima mē patha facit ma: quia uero thau recipit dages iccirco quaſi gemina partim priori conſonat ſyllabæ & fit mat; ſecūda thau camez facit tha ob-

obliquum: tertia thau hirik cum ſibilo raphe facit thi, cui ſubiungitur iod uocalis ſine puncto, & ideo non legitur: collige totum & fit Matthathi. יוֹסֵף duas habet ſyllabas: prima iod uau holē facit io: ſecūda ſamech zere facit ſe, cui cōſonat phe finale ſic erit ſeph: collige & fit Ioſeph, qui dicitur iunior & cognominatur Arſes. יַעֲנֶה tres habet ſyllabas: prima iod patha facit ia: ſecūda ain ſeua muſſat uocem a uel e incertam in gutture: tertia nun zere facit ne, cui ſubiungitur he aſpiratio tenuis quę non pronūciatur: cōprehēde ſingula & fit Iaaneh, qui dictus eſt Hircanus ſecūdus. מַלְכִּי duas habet ſyllabas: prima mem patha facit ma, cui cōſonat lamed, id eſt, l & ſic fit mal, quia ſeua finalitatis ratione nō legit: tertia caph hirik per dages facit ki cui additur iod uocalis ſcripta ſed non legitur quia non punctatur: cōprehende ſingula & fit Malki. לֵוִי duas habet ſyllabas: prima lamed zere facit le: ſecūda uau digāma æolicum & hirik faciūt ui, cui ſuperadditur iod ſed non legitur: cōprehende ſingula & fit Leui. מַתָּת duas habet ſyllabas: prima mem patha facit ma, & comunicato thau ꝓpter dages fit mat: ſecūda thau patha per dages fit tha ſolidū quidem, cui conſonat thau raphatū & ſibilans, & ſic erit thath: collige totum & fit Matthath. יְהוֹיָקִים quatuor ſyllabas habet: prima iod ſeua muſſat uocem uix ſenſibilē & non ſilet, quia ſequitur uocalis: ſecunda he uau holem facit ho: tertia iod camez facit ia obliquū: quarta kuph hirik facit ki, cui additur iod uocalis quę nō pronunciat quia non punctatur, ad hoc conſonat mē, id eſt, m & fit kim; cōprehende omnes ſyllabas & fit Iehoiakim nomē apud Syros idem & unū cum Eli & Eliakim ut ſcribit Philo Iudęus. Vnde Iehoiakim pater Marię uirginis cognominatur Eli. Tria enim ut dixi hæc nomina Ægyptiis & Syriis ſunt ſynonyma, Eli, Eliakim, & Iehoiakim. מִרְיָם duas habet ſyllabas: prima mem hirik facit mi, cui conſonat res, id eſt, r & fit mir: ſeua nanq; finalitatis ratione non pronunciatur: ſecunda iod camez facit ia obliquum, cui conſonat mem finale clauſum, id eſt, m, & ſic eſt iam, comprehende ſingula & fit Miriam, illibata uirgo, nata huc uſq; de ſanguine regali Dauid, quā nos uocamus Mariam theotocon. יְהֹשׁוּה duas habet ſyllabas: prima iod zere facit ie, cui aſcribit he lenis aſpiratio cū ſubnotatione ſeua, quę non legit, ut patet ſupra de proferēdo & nō ꝓferendo in principio: ſecūda dexterū ſin cū uau ſureK facit ſu ſpumās, cui rurſus aſcribitur he tenuis flatus & non legit, quia non punctatur: comprehende ſingula & fit Iheſuh, nomen illud pentagrammaton ſuper omnia excelſum, de quo aliqua in Capnione noſtro edidimus, plura poſthac fauente deo ſcripturi, cum ſermo hebraicus noſtris hominibus me docēte factus erit notior.

• *Ex primo capite euangelii ſecundū Matthæum pãtet nomen ſaluatoris noſtri non* יְהֹשׁוּה *ſcribendum ſed* יֵשׁוּעַ *quod ſaluare ſignificat.*

Habes Dionyſi frater, quæ de literis atq; ſyllabis ad tui doctrinam colligere potuimus, uberiora præcepta, in quibus ante omnia teipſum exerceas, ut quamprimum in legendo promptus fias.

Ioannes


IOANNES REVCHLIN PHORCENSIS LL. DOC. AD DIONYSIVM FRATREM SVVM GERMANVM.



ACTA quę sunt huc usq; de literis & syllabis hebraicis uidisti amātiss. frater, tibi ut spero dulcia, sed alijs forsitan melle & lacte nutritis, propter incultū dicēdi genus, amara, q secū si cogitēt omnē auditoribus orationē esse cōmodandā, nō mihi uitio dabūt ꝙ uernis uernacule loquar. Nam qui fieri potest, ut per insuetum loquendi morē & domi paratā, adq; lucernas elaboratā dictionē rudes facile doceantur, quibus tum esset opus ad praeceptoris eloquentiā plus animū aduertere quasi ad sphingis ęnigmata, quā ad eius illa ipsa praecepta? Longe rectius me iudice sensit Aristoteles, in disciplinis doctorem oportere per usitatissimā sermonis cōsuetudinē & nobis notiora queq; procedere. Dedita igitur opera soloeco sępe & barbaro sum usus ad quorundā uocabulorū proprietatē explicandā. Huc accedit tamen, quod & senecta, & barbarorū quotidiana cōuersatio nō solū linguā hebetat sed & stilum obtundit, pro illius Tyndarei aduersus Menelaū, quin potius Euripidis tragici sententia qui ait βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις. Solus ergo quom in hoc Diogenis dolio totos dies delitescā, nec mecū uiuat ullus hominū cui uerborū elegantia & eloquētię studium sit in precio: sed agricolae tantū & sacrificuli, aut si qui accedant, ut fit quotidie, qui me nō de murilegulis nec auro coronario, sed de cloacis, paludibus, tigno, itinere, alijsue popularibus iurgijs tam prętorijs quā ciuilibus cōsulunt, quibus de iure pro mea ꝓfessiōe respōdere debeā, nō Latinorū sed Sueuorū obseruato dicēdi usu, nihil ultrà mireris mi frater, me post uirentia prata iam scabros calles ambulare. Et haec erat una ex causis non parui momēti, ut putarē mea singula uiris politioribus literis prędictis explosa fore, quod cernerēt in eis nullū florem, nullā comitatē, sed omnia triuialia & urbana queq;. Quando aūt uetera memoria repeto, multum inuenio maiores nostros etiā barbarico dicēdi modo delectatos. Aristophanes nanq; gręcus in comoedia, quę inscribit acharnes, persice loquitur sic, Iactarmā exarxan apissono satra: quę barbaries saepe multis gaudio fuit & risum mouit. Apud Romanos uero quis unquā M. Catonē priscū contēpsit, qđ in suis scriptis de re rustica barbarice loquitur hoc modo: Haut haut haut ista pista sista, ardannabō damiabo damaustra? Quis poenulū Plauti ꝓpter linguā Punicā abiecit? Cōsolabor & ego me quoq; illorū exēplo, ut sperē inuenire quos admiratio ducat ad inauditi prius negocij lectionē. Hoc unū tamen esse futurū arbitror, ne desit Agamēnoni suus Tersites, Homero Zoilus, Nephelae Socrati, quod etiā contra me quoq; prodeant aliquādo phanatici quidā susurro-

nes, quos cum iam apprehẽderit studendi uetus ac loga segnicies, gloriosius sibi ducant multa reprehendere quàm pauca discere, sperantes hominum studiosorũ cõtẽptu atq; cõtumelijs fore illustres. Dicent enim non me potuisse in senilibus annis absq; preceptore, etiam qualicunq; conatu ad tantum hebraicæ lectionis fastigium ascendere, ut studia mea cæteris prosint: quibus statim Origenẽ obijciam, sanctumq; Hieronymum, & illum de Lyra Nicolaum: qui omnes appropinquante senio primum hebraicis studuisse probantur, quin potius nemo fermè omnium post apostolos, orthodoxam ecclesiam hebraicis literis illustrauit, qui non eas in ætate prouecta discere cœperit, preter insignem magistrum illum Paulum episcopum Burgensem Iudæorum olim doctissimum, cuius ad nos sera conuersio plurimis fuit hominibus saluti, & cui me post habitis reliquis herbã dare nihil pudet. Expergiscimini igitur adulescentes, & tu germane frater excute ab animo hebetudinem, tantorum uirorum imitatione. Nam si tam excellentes homines annosa in ætate intelligentes summę ac iocundissimę contemplatiõis nobilissimam sibi occasionẽ defuisse, tantum & tam uehemens studium sero tandem hebraicis impenderũt, quatenus labor eorum in nos usq; redundaret, cur non tuipse ac per te cęteri magnis ingenijs prediti adulescentes, sperantis ad talem perfectionem ex indefessa legendi fatigatione & quotidiano exercitio sine ullo doctore nihilominus posse peruenire? De preceptoribus autem meis (ne mihi oblatrantes insultent) hãc rationem affero: non me piguisse ullo tempore abs quolibet Iudæo semper aliquantula corradere quę ad doctrinam aliquam librorum hebraicorum cõducerent. Sicut enim non apud Ionas neq; ulla in Grecia, sed Basileæ primum ab Andronico contoblaca, deinde Parisijs à Georgio hermonymo Spartiate, post Romę ab Argyropylo Byzantio publice in uaticano Thucydidem legente Xisto 4. pont. ad extremum Florentiæ Mediolanijq; à Demetrio Chalcondyle, Græcorum linguam frustillatim & quasi micas de mensa domini cadentes accepi: cõnumerarem illis Hermolaum Barbarũ Innocencio 8. insignem & mei amantissimũ, nisi plus ex eo Romæ latinitatis quã grecitatis hausissem: ita hebraicam ego quoq; ac sanctam linguam non Hierosolymis neq; in publicis Iudeorum synagogis, sed à literatissimis Hebreis penes Cecios quidem Iacobo Iehiel Ioans, in Latio autem Abdia Cesinate atq; aliâs à singulis singula expiscatus sum. At grauius insurgent (credo) inuidi contra dictionarium nostrum, in quo multorum frequẽter interpretationes taxantur. Proh scelus exclamabunt, nihil indignius patrum memoria, nihil admissum crudelius, cum ille homo audacissimus tot & tam sanctos uiros diuino spiritu afflatos labefactare contendat. Hieronymi beatissimi scriptura Gelasio papa teste recepta est in ecclesia, uenerabilis pater Nicolaus de Lyra ordinarius expositor bibliæ, omnibus Christifidelibus uir integerrimus probatur. Iamiam exortus est aliquis fumulus, qui plurimis in locis illos imperite transtulisse notet. Quorum immi

imminentibus clamoribus hęc pauca re
spondeo: mihi licere quod eisdē illustris
simis luminibus licuit. Hierony. uir san/
ctus 70. carpit interpretes, nō semel bis
ter'ue, sed sępissime numero. Nunc illos
errasse dicit errore perspicuo, nunc dece
ptos ignorantia, tum discordare à ueri/
tate hebraica, tum falsatos similitudine
literarum, tum consulto aliqua cœlasse
aut omisisse, ne sacra panderēt mysteria,
quos tamen Ptolemęus Alexandrię rex
diuina credidit uirtute transtulisse; & ut
Iustinus philosophus atq; martyr in suo
de illis parænetico scribit ὡς θεοσεβεῖς ἀν-
δρὰς ἁγίους. Nicolaus item de Lyra di/
uum Hieronymum in translatione sua
ostendit reprehensibilem, cum alias mul
tis in locis, tum in psalmo secundum ec/
clesiæ nostræ supputationem 47. qui in
cipit Magnus dominus, ubi eius in fine
sic ait: Hieronymus tamen minus bene
uidetur dicere: qui a in omnibus biblijs
hebraicis quas uidi, almuth hic est una di
ctio & non duæ. Vide quomodo accu/
sat beatissimū uirum erroris atq; negli/
gentiæ. Ipsemet uero Nicolaus ut ęqua
lem mensuram pateretur, simile à reue/
rendo Burgensi episcopo frequentibus
cum notis, inuito etiam nescio quo fra/
tre Doringo, ferre coactus est. Sed quid
pluribus erit opus? Ille idem diuus Hie/
ronymus in translatione sua seipsum er/
rasse fatetur in commentarijs super Isai/
am capite undeuigesimo, ubi sic ait: Me
lius reor proprium errorem reprehēde/
re, quam dum erubesco imperitiā cōfite
ri, in errore persistere, in eo quod trāstu
li: Et erit terra Iuda Ægypto in festiuita/
tem. Possem alioquin plures proferre
uersiculos, & quod cuiusdam uocabuli si
gnificatum usq; hodie se ignorare non
uerecundiæ duxerit in Ieremia capite se
xto: & quod apostolum notauerit impe/
ritum artis grammaticæ in epistola ad
Hedibiam quæstione antepenultima; &
quod scripserit eundem apostolum psal
morum uersibus aliter esse usum quam
in hebræo habeantur, ut in commenta/
rijs suis super psalmo 15. Cur igitur in ijs
quæ ad interpretandi modum artem'q;
grammaticam & ad ueritatem idioma/
tis spectant, me quoq; non deceret in lu/
cē producere, quid cum doctissimis He/
bræorum sentirem, quippe ad quos etiā
eodem Hieron. teste confugiendum est
quoties in uetere testamento controuer
sia mouetur? Quanquā enim Hierony/
mum sanctum ueneror ut angelum, &
Lyram colo ut magistrum, tamen ado/
ro ueritatem ut deum. Ac nos plane nō
usquequaq; illum nostrum dictionarium
ab omni exceptione defendimus alie/
num. Primo, quia non singula comple
ctitur (neque enim numero compren/
dere refert, nec est ullum in omni homi
num uita quantumuis immensæ magni
tudinis uocabularium factum aut fictū,
quod omnes cuiusque linguæ dictiones
complecteretur.) Deinde quia in ex/
ponendis uocabulis crebro uariat, tam/
etsi hoc contingat pro unius cuiusque
interpretis sententia. Nihil enim uel
parum arbitrio nostro reliquimus, sed
cuiuslibet translatoris iudicium mon/
strauimus. Restat modo ut memine/
ris, in dictionario Hebraica me pri/
mitiua solum collegisse, nō autem Thal
mudica neq; Chaldaica. Psalmos deniq;
secundum



IOANNES REVCHLIN PHORCENSIS LL. DOC. DE ORATIONE & eius partibus.



ORatio est dictionum hebraicarũ distincta cõplexio, mentis sententiã proferens: cõplexio ea quandoq; in longũ protendit, quandoq; breuibus coartatur: quapropter distinctionibus opus est. Solent autẽ distinctiones secundũ perfectionẽ & imperfectionẽ sententiæ certis punctis denotari. Fit illud quatuor modis. Subdistinctione, distinctione, mẽbro, & termino: quod prius monstrabo latine sic. In primo æneidos canitur; Postquã prima quies epulis: ecce minuta sententiæ suspensio, quę nominatur subdistinctio, sequitur: Mẽsęq; remotę, absolutius id quidem, quare distinctio est. Adhuc pendet Ergo accedit etiã hoc: Crateras magnos statuunt. Iam debita pars sententię residet, ac membrum appellatur: postea: Et uita coronant: totius orationis terminus est, & inde nomen accipit. Simile apud Hebræos in usu frequẽti comperimus, qui subdistinctionẽ notant per punctum unicum supra dictionẽ primę suspensionis figuratũ, ita tamen ut nemo suspicetur holem esse. Nominatur autem רְבִיעַ Distinctio pariter duobus punctis subalternis supra secundæ suspensionis dictionem positis uocatur זָקֵף קָטֹן Membrum, semicirculo in morẽ iridis infra dictionẽ tertię suspensionis locato agnoscitur, diciturq; אֶתְנַחְתָּא Terminus uero per uirgulã rectam sub dictione post membrum positã indicat sententiã totius orationis perfectã: & uocatur פָּסֵק quod omne tibi hoc exemplo erit manifestius, primo Reg. 18. וַיֹּאמֶר דָּוִד אֶל שָׁאוּל מִי אָנֹכִי וּמִי חַיַּי מִשְׁפַּחַת אָבִי בְּיִשְׂרָאֵל כִּי אֶהְיֶה חָתָן לַמֶּלֶךְ

Multiplex sententiæ distinctio.

Latine sic: Et ait Dauid ad Saul: ecce Rebia, quis ego sum & quę est uita mea: ecce Zakef caton: cognatio patris mei in Israël: ecce Athnahta: ut fiam gener regis: ecce pasek. Hæc igitur in oratione lex prima esto, ut qui antehac tãtum legere noris, nunc etiam distincte legere queas. Altera erit in legendo cura, ne syllabas duriores leniter, ne'ue leniores duriter proferas, idq; obseruabis facilius si naturam literarum sex de quibus supra in hoc lib. fit mentio בְּגַד כְּפַת & earum conditionem diligenter intuearis. Quando nanq; aliqua dictio antecedit & in unam harum uocalium אַחֲרֵי terminata regit post se alteram dictonẽ, ab una superiorum sex consonantium incipientem, tunc regulariter iam dicta consonans raphatur, & leniter ea syllaba atque blande siue blese pronũciatur: exemplum de psal. primo עַל כֵּן ad sic, hoc est, ideo: ubi caph profertur duriuscule, sed mox in eodem psalmo לֹא כֵן id est, non sic, pronunciatur caph leniter, quia pręcedit aleph una de uocalibus supra notatis. Et psal. 2. תְּרֹעֵם בְּשֵׁבֶט בַּרְזֶל כִּכְלִי יוֹצֵר תְּנַפְּצֵם

Reges eos in uirga ferrea & tãquam uas figuli confringes eos: ubi omnia dagessantur, sed contra raphãtur psalmo 5. Omnes

כָּל חוֹסֵי בָךְ Omnes q sperant in te. Itē אַתָּה תְּבָרֵךְ צַדִּיק Tu benedices iusto. Item perdes qui loquuntur mēdacium. Et ita regulariter quando post uocales אֱהֱוִי sequuntur consonantes בְּגַד כְּפַת pronunciatur raphe: excipiuntur inde, post relationem literæ relatiuæ he finalis: item post membrum aut terminum sententiæ: item si sequens dictio continet in se unam de sex cōsonantibus geminatam, tunc prima dagessatur & secūda raphatur. Hęc omnia cum sint rudibus ualde difficilia, requirent olim singulare uolumen, cum post istos rudimētorum libros, & de punctis & de prosodia & de breuibus atq; longis deo uolente ad consummatos eruditione discipulos scribemus: sit satis modo rudibus, ut sciant legere quæ scripta sunt punctis notata & intelligere quoq;. Nam scribere suopte ingenio quæ ueniunt legenda & sine uocibus, hoc est, punctis annexis, hebraica legere, non puerorum sed uirorum est & quidem eruditissimorum. Habes de oratione quam pluralitas dictionū constituit, nūc ad eius partes stilū uertamus.

De partibus orationis.

Partes orationis sunt tres שֵׁם פֹּעַל מִלָּה id est, nomen, uerbum, & consignificatiuum. Nomen comprehendit pronomina & participia. Consignificatiuum quatuor hæc continet, aduerbium, coniunctionem, præpositionem, & interiectionem: de quibus apprime commodum putamus quam breuissime disserere, ne incipientes nimijs onerentur pręceptis. Singulorum enim accidentium quæ in qualibet orationis parte tam græcorum quam Latinorum tractauit exquisita doctrina, tu ne ullam in hoc libro quæsieris rationem, sed eorum tantum quæ ad hebraicæ linguæ cognitionē sunt admodum necessaria. Omnis nanq;, ut ait Sulpitius, puerorū difficultas in declinatione, genere, præteritis, supinis, & constructione consistit: quæ si hoc uolumine clara tibi fecero, non nihil fecisse uidebor.

De nomine & eius generibus.



Omnia nomina hebraica siue sint propria seu appellatiua, substantiua, adiectiua, uerbalia, denominatiua, abstracta, concreta, simplicia uel composita, aut cuicuimodi cætera, masculini generis inueniuntur uel fœminini, uel utriusq;. Nam duplicem eis sexum Hebræi attribuunt secūdum naturam, uocantq; זָכָר וּנְקֵבָה Gen. 5. Masculum & fœminam creauit eos. Cognoscuntur autē genera nominum singularis numeri nō semper sed frequēter aut ex litera terminali, aut ex appositione nominum adiectiuorum, aut ex appositōe uerborum, quibus secundum Hebręos etiam genera accidunt, aut inflexione numerali. Fœminina sæpe in aleph uel he uel thau desinūt: adiectiua tamen fœminina non in aleph sed in he uel thau finiunt, quæ si addantur nominibus aliarum terminationū, ostendunt eorū genus ut Gen. 3. הָאִשָּׁה הִיא נָתְנָה לִּי Mulier ipsa dedit mihi. Nam si loquendum esset in genere masculino, sic diceretᵉ, הָאִישׁ הוּא נָתַן לִי Vir ipse dedit mihi. Vide quid operetur he litera terminalis in supposito & apposito: maxime uero declinatio de numero singulari in numerum pluralē indicabit

Nomen cuius plurale in ים masculini generis est: Cuius autem plurale in ות id feminini

tabit tibi genus. Omne enim nomen cuius plurale terminatur in im arbitramur eſſe generis maſculini: et omne nomẽ cuius plurale terminať in oth iudicamus eſſe generis fœmin. exemplũ primi דָּבָר res uel uerbũ, cognoſcitur eſſe generis maſculini, quia in numero plurali habet דְּבָרִים Deuter. 1. אֵלֶּה הַדְּבָרִים Hæc ſunt uerba. Errauit igitur Alexander de uilla dei plurimosq́ȝ ſecum errare fecit in prima parte, cum præciperet ſic: Dicito neutra: Plurali numero Cherubim Seraphimq́ȝ beata: etiã ſi pro mem finali nun proferas ut ſolent aliqui. Sicut enim Priſcianus grammaticus de Punica lingua ſcribit, quod non habeat neutrũ genus, ita ego affirmare auſim, quod nullũ nomen hebraicũ ſit neutri generis. Sequiť exemplũ ſecundi צָבָא id eſt, exercitus, eſtq́ȝ generis fœminini, qď inde cognoſciť, quia habet oth in numero plurali: ut צְבָאוֹת quod nos ſabaoth legere conſueuimus. Iſaiæ 6. קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהוָה צְבָאוֹת Sãctus ſanctus ſanctus dominus deus zebaoth. Iſtæ ſunt duæ inflexiones ex quibus genera cognoſcimus: ſed fallit quandoq́ȝ nos regula. Nõ enim ſemper et uſquequaq́ȝ uerũ eſt, cuius pluralis in im deſinit ipſum eſſe generis maſculini: nam יוֹנִים terminať pluraliter in im: Cantic. 1. עֵינַיִךְ יוֹנִים Oculi tui columbarum, & tamẽ eius ſingulare eſt generis fœminini: ut Gen. 8. וַיְשַׁלַּח אֶת הַיּוֹנָה וְלֹא יָסְפָה שׁוּב אֵלָיו Emiſit columbã quæ nõ eſt reuerſa: ubi uerbũ appoſitũ eſt generis fœminini. Similiter terminatio uocabuli יוֹנָה indicat fœmininũ genus: & ſic multa alia reperies pluraliter in im terminata, quorũ ſingulares nominatiui excipiuntur à regula; ut ſunt

hęc quę ſequũtur: שָׁנָה annus, שָׁנִים anni, חִטָּה triticũ, חִטִּים tritica שְׂעֹרָה hordeũ, שְׂעֹרִים hordea, לְבֵנָה later, לְבֵנִים lateres, סְאָה mẽſura, סְאִים menſuræ, פִּנָּה angularis, פִּנִּים angulares, מִלָּה dictio, מִלִּים dictiões, שִׁבֹּלֶת ſpica, שִׁבֳּלִים ſpicæ, אֲלֻמָּה manipulus, אֲלֻמִּים manipuli, אֵימָה terror, אֵימִים terrores, אֵלָה arbor, אֵלִים arbores, נְמָלָה formica, נְמָלִים formicę, דְּבוֹרָה apis, דְּבוֹרִים apes, יַעֲנָה ſtruthio, יְעֵנִים ſtruthiones, דְּבֵלָה carica, דְּבֵלִים caricæ, כֻּסֶּמֶת ſpelta, כֻּסְּמִים ſpeltæ, אִשָּׁה fœmina, נָשִׁים fœminę, עֵז capra, עִזִּים capræ. Forſitan alia tuipſe legẽdo bibliã inuenies ab hoc canone excipienda: ſed fallit etiam quandoq́ȝ ſecunda regula. Non enim neceſſario ſingula nomina quę pluralẽ numerũ in oth finiunt fœminini ſunt generis: reperiũtur nanq́ȝ maſculina quæ pluralia terminãt in oth, & ideo excipiuntur à regula: ut מָטָר id eſt, pluuia, generis eſt maſculini: Exo. 9. וּמָטָר לֹא נִתַּךְ Nec ultra ſtillauit pluuia: ubi uerbum appoſitũ generis eſt maſculini, ſicut poſt hac docebimus, & tamen pluraliter legitur מְטָרוֹת Iob 37. וְגֶשֶׁם מְטָרוֹת Et hyemis pluuijs. Vis aliud exemplum נְקֹד id eſt, punctus, & eſt generis maſculini, ſic enim utuntur Hebræi ut rabi Ioſeph Catõ in libro qui dicitur hortus nucum uolumine tertio de punctis, ubi ponitur נְקֹד שְׁלִישִׁי pũctus tertius: nam adiectiuum illic eſt generis maſculini, & tamen Canticorũ 1. legimus נְקֻדּוֹת murenulas aureas faciemus tibi uermiculatas argento: uerius ſic: עִם נְקֻדּוֹת הַכָּסֶף Cum punctis argenti, Hoc modo excipiuntur.

אָב אָבוֹת מִזְבֵּחַ מִזְבְּחוֹת מִשְׁכָּן מִ

 מִשְׁכְּנוֹת

Nullum nomen Hebraicum neutrum.

Annus Triticum, later, menſura, Angularis, dictio, Spica, manipulus, Terror, Arbor, formica, Apis, Struthio, carica, Spelta, femina, Capra

Maſculina quae valent terminari in ות, oth.

מִשְׁבָּנוֹת שָׂרָה שָׂרוֹת בְּכוֹר בְּכוֹרוֹת מִ מָקוֹם מְקוֹמוֹת & cætera his similia. Diximus supra quod genera cognoscātur etiam ex appositiōe adiectiuorū aut uerborum, ut cum masculina masculinis & fœminina fœmininis iungunt: sed etiam hoc te in quibusdam frustrabitur. Inueniuntur enim tam uerba quā adiectiua relatiua seu demonstratiua fœminini generis nominibus masculinis addita. Nam גַּן id est, hortus, est generis masculini. Canticorū 4. גַּן נָעוּל Hortus conclusus: nihilominus tamē additur ei adiectiuum seu relatiuum fœminini generis. Genesis 2. Tulit ergo deus hominē & posuit eum in paradysum uoluptatis ut operaretur & custodiret illā, לְשָׁמְרָהּ ubi ponitur ה aspiratio in fine relatiua cum puncto mappik, quæ significat genus fœmininum. Legitur quoque de uiris qui erant filij Rimmon in fœminino genere, 2. Regum 4. sic: Et illę ueniebāt intra domum, ponitur enim וְהֵנָּה quod significat & illæ in genere fœminino & numero plurali: quamuis indocti quidā impressores posuerint in quibusdam libris impressis וְהִנֵּה id est, & ecce, per ignorantiam uolentes solœcum uitare, cum nesciant priscos talibus figuris data opera esse usos. Legant Dionysium Halicarnassea de Thucydidis idiomate ubi reperient ea quæ eis iam uiderētur incongrua, plane suo tempore fuisse ornatissima: sic & ueteribus latinis fuit in more. Inde Terentius eunuchum suam dixit non suum. Et Salustius præter rerū capitalium condemnatis, nō cōdemnatos: & sic de alijs. Quod autē fœminina docuimus à finalibus literis cognosci, regulariter uerum est tam in nominibus quam in uerbis: exemplum de he: ut ב בְּתוּלָה uirgo: Genesis 24. & פָּעֲלָה fecit scilicet fœmina in præterito & non uir, ut infra de uerbis patebit. Exemplū de thau, ut עֲקֶרֶת mulier sterilis: Psal. 103. Sterilem in domo. Sic פּוֹעֶלֶת id est, facit, scilicet fœmina in pręsenti. Exemplum de aleph, ut צָמָא Sitis. Iudicum 15. וְעַתָּה אָמוּת בַּצָּמָא En siti moriar. Omnes autem hę formę patiuntur fallentiam. De he, ut מֹשֶׁה id est, Moyses. De thau, ut קֹהֶלֶת id est, Ecclesiastes. De aleph, ut עֶזְרָא id est, Esdras, & sic de similibus, quę omnia sunt generis masculini & aduersantur regulę. Cognoscuntur etiam genera quando mouentur nomina de genere in genus: ut גֶּבֶר uir uel dominus, גְּבִירָה uel etiam גְּבֶרֶת matrona uel domina. Et licet significata quorundam nominum moueantur de masculino in fœmininum, tamē nomina ipsa non mouētur plerunque: ut quamuis dicamus אָדוֹן id est, dominus nō ideo dicimus אֲדוֹנָה quod tamē latine dominā possemus interpretari. Similimodo cum nos latini habeamus famulū & famulā, Hebræi pro famulo ac seruo dicūt עֶבֶד & famula seu ancilla dicunt שִׁפְחָה quare non semper analogia sequēda est: & hoc in primis memorabilimēte reponas, recorderisque me tibi diligēter pręcepisse, ne absque sacrarū literarū autoritate expressa, in quibuscunque orationibus hebraice dictādis analogiā pro tua inuentione imiteris, nisi in actiuis & passiuis uerbis aut aliquali perfunctoria cōstructiōe: aliter em̄ facile cōtra linguæ proprietatē peccabis & errata tua patebūt uniuersis. Postremo utriusque generis inueniuntur nomina uidelicet tam masculini quam

kini quam fœminini, ſunt autem ea maxime quę genera ſpecierum ſiue animalium ſpecies ſignificant: ſicut auis, uolucris, camelus, & omne coruini generis, et cętera bipeda aut quadrupeda, quorũ multa leguntͨ Leuitici 11. Miluũ ac uulturem iuxta genus ſuum, & omne coruini generis in ſimilitudinem ſuam. Similiter Deuter. 14. Camelum, leporem, chœrogylium, quia ruminant & non diuidunt ungulam immũda erunt uobis: & in eodem: כָּל צִפּוֹר טְהוֹרָה תֹּאכֵלוּ Omnem uolucrem mundam comedite: ubi uolucris habet formam generis maſculini & adiectiuum munda eſt generis fœminini. Cęterum reperitur ea dictio in Thalmud etiam in forma & terminatione generis fœminini per thau finale צִפֹּרֶת ſic de alijs ſpeciebus animaliũ: ut Gen. 32. גְּמַלִּים מֵינִיקוֹת Camelos fœtas cum pullis ſuis triginta. Item יָד id eſt, manus reperitur maſculine, Exodi 17. וִידֵי מֹשֶׁה כְּבֵדִים Manus enim Moyſi erãt graues. Fœminine uero Ezechielis 2. וְהִנֵּה יָד שְׁלוּחָה אֵלָי Et ecce manus miſſa ad me. Sic כּוֹס id eſt, calix. In maſculino pſal. 75. כּוֹס בְּיַד יְהוָה Calix in manu domini: & in fœminino pſalmo 23. כּוֹסִי רְוָיָה Calix meus inebrians: & alia plura quę de noſtro dictionario cognoſcere poteris ſi diligenter aduertas animũ, & lecta memorię cõmendes.

De declinatione.



Omnis Iudaicorũ nominũ inflectio per ſolos numeros fit singularẽ & pluralem, non autẽ per caſus. Nullũ igiͭ obliquũ uideris, niſi quem uel articulus demonſtrat, uel ex uirtute ſermonis oratio lecta requirit. Et quamuis de articulis plene tractabimus infrà de pronomine, tamen quantũ ad oſtendendã declinationẽ neceſſe fuerit, eos hic ſolũ obiter enumeramus. Sunt autẽ iſti uidelicet הַ לְ אֶת מִ Nominatiuo articulus nõ eſt opus. Sequũtur genitiuus datiuus accuſatiuus & ablatiuus. Nam uocatiuus imitatur nominatiuũ. Hęc tam in ſingulari quam in plurali numero locum habent. Declinantͨ ergo ſingula nomina per inflexionẽ terminationis à numero ſingulari ad numerũ pluralẽ cuiuſcũq; ſint generis. Ex quo intelligis duas tantum Hebręis eſſe declinationes. Prima eſt ſecundum formã maſculinorũ, quę à nominatiuo ſingulari flectiͭ in nominatiuũ pluralem ſimpliciter addendo im: ut דָּבָר דְּבָרִים Secunda declinatio eſt ſecundũ formã fœmininorũ, quę à nominatiuo ſingulari in he uel thau cũ patha uel camez deſinente, uel alias undecunq; fœminini generis, flectiͭ in nominatiuum pluralem, ſolum mutando he uel thau in oth. ut חַיָּה חַיּוֹת De prima declinatiõe prius eſt docendũ, quod cõpendioſius fieri nequit quam per exempla.

In numero ſingulari.

Nominatiuo אִישׁ uir: Iob primo:
אִישׁ הָיָה בְאֶרֶץ uir erat in terra.
Genitiuo הָאִישׁ uiri. Ruth ſecundo:
וַתֹּאמֶר שֵׁם הָאִישׁ & dixit nomen uiri.
Datiuo לְאִישׁ uiro. Eſter ſexto:
כָּכָה יֵעָשֶׂה לְאִישׁ ſic fiet uiro.
Accuſatiuo אֶת אִישׁ uirũ. 4. Reg. 7.
אֶת אִישׁ הָאֱלֹהִים uirum dei.
Ablatiuo מֵאִישׁ à uiro. Pſal 18.
מֵאִישׁ חָמָס à uiro iniquo.

In numero plurali.

אִישִׁים uiri, uel אֲנָשִׁים uiri, הָאִישִׁים uirorũ, לְאִישִׁים uiris, אֶת אִישִׁים uiros, מֵאִישִׁים à uiris.

Aliud.

דָּבָר uerbum, הַדָּבָר uerbi, לְדָבָר uerbo, אֶת הַדָּבָר uerbum, מִדָּבָר à uerbo. Et plur. דְּבָרִים uerba, הַדְּבָרִים uerborum, לִדְבָרִים uerbis, אֶת דְּבָרִים uerba, מִדְּבָרִים à uerbis.

Huius itaq; declinationis primæ cõmunis est regula, ut cuiuscunq; terminationis nomen masculinum numeri singularis tibi propositum fuerit, simpliciter ei cata paragogen addas iod & mem quod per hirek sonabit im. Quod si regat post se casum, aut ei cohereat pronomen subiunctiuū, quod dicimus affixū, deponit mem finale: exemplum Deuteron. 1. אֵלֶּה הַדְּבָרִים id est, hęc sunt uerba, iam hoc uocabulum nihil regit: sed Psal. 33. בִּדְבַר יְהוָה id est, uerbo domini: hæc uox uerbum, regit post se genitiuum scilicet domini, ut infrà de regimine ac constructione dicemus. Nunc quod ad hāc declinationē pertinet nosse oportet, quod aliqua nomina polysyllaba in l uel n per camez desinentia, fortificāt liquidas suas per punctum dages, ut גָּמָל גְּמַלִּים id est, camelus cameli: sic קָטָן קְטַנִּים id est, paruus parui: & ita mutant camez in patha. At uero quorū terminatio in e rectū sonat, nihil ea mutant tam in plurali quam in regimine seu etiam in affixis: ut זְאֵב lupus: Gen. 49. & pluraliter Ezechielis 22. זְאֵבִים lupi. Pari modo in regimine genitiui & affixorum. Similiter quorum terminatio in o uel u sonat, nihil mutant tam in plurali quam in regimine seu etiam in affixis: ut אָרוֹם אֲרֻמִּים גִּבּוֹר גִּבֹּרִים

Vt autem quid dicam de regimine & affixis intelligas, consyderare debes utriusque numeri duplicem statum, unus est absolutus, alter status regiminis. Capiamus numerum singularem nominis דָּבָר præ oculis. Cum igitur eiusce modi nomina sunt in statu absoluto, tūc in numero singulari scribuntur & proferuntur per utrunque uel saltem finale camez: sicut זָקֵן עָנָן חָכָם id est, senex, nubes, sapiens, & cætera quæ in dictionario nostro reperies. Sin autem in eodem numero singulari status nominis inuenitur in regimine, hoc est, quod regat post se aliud nomen, tunc mutat camez primum in seua, & camez secundum in patha: ut Ieremiæ secundo. דְּבַר יְהוָה uerbum domini: sed ante subiunctiua manet camez. Quorum uero terminatio in i finit: ut קָצִיר id est, messis, ea primum camez in seua mutant & remanet hirek: ut Genesis tricesimo. קְצִיר חִטִּים id est, messis tritici. Accede modo ad numerum pluralem, & in eodem pariter inuenies duplicem statum. Nam si nomen remanet in statu absoluto, tunc simpliciter ad nominatiuum singularem additur im in plurali, ita tamen ut prima per seua pronuncietur: excipiuntur heteroclita de quibus postea fit mentio: sic dicimus:

דָּבָר דְּבָרִים זָכָר זְכָרִים שְׁאָר שְׁאָרִים א
אַבִּיר אַבִּירִים אוֹיֵב אוֹיְבִים אֵבוּס א
אֵבוּסִים עִבְרִי עִבְרִיִּים

Sin autem nomen plurale reperitur in statu regiminis genitiuorum, tunc deponit mem finale & primam syllabam profert per hirek, & mutat ultimū hirek in zere, id est, i in e terminationem, ut iam supra ostendimus, excipitur חַכְמֵי quod seruat patha cum similibus. Sed si construat cū pronominibus subiūctiuis & affixis, de qbus te posthac docebimus

docebimus, tunc mutat hirek ultimum in zere solum in secundis & tertijs personis pluralis numeri, remanente hirek primæ syllabæ in suo sono. Iambica uero mutant camez in zere, de his latius infrà deo adnuente dicemus. Solum hęc breuia meminimus tanquam ad primã declinationem ualde necessaria, ut scias declinare secundum omnes formas. Repeto igitur exempli causa sæpe dictum nomen: דבר uerbum, דבר יהוה uerbum domini, דברי uerbum meũ, דברך uerbum tuum, דברו uerbũ suum, דברים uerba: דברי הימים uerba dierum, דברי uerba mea, דבריך uerba tua. דבריו uerba eius, דבריהם eorum uerba. דבריכם uerba uestra, דבריהן earum uerba, דבריכן uerba uestra.

Habes iam exemplar mutationum primæ declinationis in forma masculina: cuius tibi heteroclita quędam subnectere placuit, ut quid regulare sit, quidue à regula excipiatur cognoscas.

Heteroclita sunt, quę non simpliciter ad nominatiuum singularẽ hanc terminationem im subiungunt, sed cum quodã addito uel adempto: ut יד id est, manus. Si enim inflectatur regulariter, tũc simpliciter addendo im fiet ידים dissyllabum: quod sic non dicitur, sed potius ידים trissyllabum. Cum ergo superaddatur patha quæ alteram facit syllabam, merito dicimus eam dictionem esse heteroclitam, sic de pluribus alijs quorum aliqua hic adnotauimus.

עין עינים oculus, אף אפים uultus naris, רגל רגלים pes, דרך דרכים uia, כף כפים uola, plãta, חלץ חלצים lumbus: דלת דלתים ianua, און אזנים auris, כרע כרעים crus, ככר ככרים talentum, כנף כנפים ala, צד צדדים latus, שד שדים mamma, צל צללים umbra, שוק שוקים crus,

Quæ autem uariant, adimunt uel addũt in plurali talia sunt:

פה פי os oris, צבי צבאים dama, גדי גדיים hœdus, ערום ערומים callidus, לאום לאמים populus, ארום ארמים rubicũdus, הוא iste, הם isti, היא ista, הן istæ, בית בתים domus.

De secunda declinatione quæ fit in forma fœmininorũ hanc tibi normam præscribimus: Quod omnia nomina fœminina suo nominatiuo singulari simpliciter addunt oth: ut זכרון זכרונות historia, historiarum. צבא צבאות exercitus exercituum. Si tamen aliqua illorũ in he uel thau desinerent, mutabunt easdem literas terminales in oth ut אמרה אמרות sermo sermones. Psal. 12. Eloquia domini eloquia casta. Item de thau להבת id est, flãma: et pluraliter להבות flammæ. Psal. 105. Ignem comburẽtem in terra ipsorum, id est, ignem flammarũ. Sicut aũt apud Græcos atq; Latinos nomina declinantur ἰσοσυλλαβῶς uel περιττοσυλλαβῶς hoc est, sine excrescẽtia uel cum excrescentia, ita declinatio ista fœminina in quibusdam non excrescit, & in quibusdam excrescit. Quę uero excrescunt duplici modo sunt: nam aut simpliciter excrescunt, id est, una syllaba singulare uincunt, aut dupliciter excrescunt, id est, duabus syllabis exuperant: exemplum non excrescentium.

In numero singulari.

Nominatiuo צדקה Iusticia. Isaiæ 59. צדקה מרחוק תעמד iusticia à longe stabat.
Genitiuo הצדקה iusticię Amos 6. פרי צדקה Fructum iusticiæ.

Datiuo לִצְדָקָה iuſticiæ. Iohelis 2. הַמּוֹרֶה לִצְדָקָה Doctorem iuſticiæ.
Accuſatiuo אֶת צְדָקָה iuſticiā. Pſal. 106. עֹשֵׂי צְדָקָה Factores iuſticię.
Ablatiuo מִצְּדָקָה à iuſticia. Iſaiæ 46. הָרְחוֹקִים מִצְּדָקָה Elongantes à iuſticia.

In numero plurali.

צְדָקוֹת iuſticiæ, הַצְּדָקוֹת iuſticiarum, לִצְדָקוֹת iuſticijs, אֶת צְדָקוֹת iuſticias, מִצְּדָקוֹת à iuſticijs.

Cæterum id perbellum eſt ut recorderis caſus non ſemper ab articulis cognoſci, ſed ſæpius ſentētia oratiōis, quia non in omnium nominum caſibus facile articulos inuenies, ut hic uidiſti in genitiuo & accuſatiuo. Sequitur exemplū excreſcentium una ſyllaba ſingulariter. אָחוֹת ſoror, הָאָחוֹת ſororis, לְאָחוֹת ſorori, אֶת אָחוֹת ſororem, מֵאָחוֹת à ſorore: Et pluraliter אֲחָיוֹת ſorores, ה הָאֲחָיוֹת ſororum, לַאֲחָיוֹת ſororibus, אֶת אֲחָיוֹת ſorores, מֵאֲחָיוֹת à ſororibus.

Solent autem ſæpe illa fœminina in plurali pronunciationem uocum mutare, ſecundum quod ponūtur in ſtatu abſoluto uel in ſtatu regiminis. Si enim non regant poſt ſe caſus, tunc frequēter in penultima per camez proferuntur & in prima per ſeua: ut סְעָרוֹת turbines, כְּבָשׂוֹת agnæ, שְׂמָלוֹת ueſtes, שְׁפָחוֹת ancillæ, כְּלָיוֹת renes, נְעָרוֹת iuuēculę.

In ſtatu uero regiminis quando poſt ſe genitiuum regūt, abbreuiant camez tranſmutando uel in ſeua uel in hateph patha, & primā ſyllabam per hirek pronunciant: ut Geneſis 21. כִּבְשׂוֹת הַצֹּאן agnas gregis: Similiter etiam Deuteronomij 32. עִם חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה Cum adipe renunculorum tritici :- Et Eſter quarto, נַעֲרוֹת אֶסְתֵּר Puellæ Eſter, quod ipſum in prima ſeruat punctum patha. Reperitur quandoque nomen duabus ſyllabis excreſcere: ut אוֹת quando literam ſignificat, non autem quando ſignum denotat, nam pro ſigno una ſyllaba excreſcit: ut ſingulariter Geneſis quarto, וַיָּשֶׂם יְהוָֹה לְקַיִן אוֹת Poſuit dominus ſignum in Cain: & pluraliter Pſalmo 135. שָׁלַח אוֹתוֹת וּמֹפְתִים Et miſit ſigna & prodigia: ſed pro litera duabus ſyllabis excreſcit, ut אוֹתִיּוֹת unde dicitur colendiſſimū illud nomen tetragrammaton שֵׁם אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת id eſt, nomen quatuor literarum. Ab hac forma excipiuntur heteroclita: quæ quamuis in he uel thau deſinant in nominatiuo ſingulari, tamen literam finalem non mutant in oth ſed in im: de quibus ſuprà ſcripſimus cum de generibus nominum tractaremus. Reputātur etiam heteroclita, quę plus una ſyllaba excreſcunt, ut ſupra citatum uocabulum & ei ſimilia. Adhuc quadrat quod heteroclita ſunt quæ contra figuram præſcriptam ſibi pluralem numerum uſurpant. Cum enim ad nominatiuum ſingularem deberent coniungere oth, talia quæ dicimus heteroclita uel omnino nihil cum nominatiuo in literis habent commune, ut אִשָּׁה נָשִׁים mulier mulieres. Similiter בַּת בָּנוֹת filia filiæ: uel ſi communicant in literis cum nominatiuo ſingulari, tamen non ſimpliciter addunt oth ſed aliqua tranſmutāt: exemplum, פַּרְכָּה פַּרְפֶּרֶת פַּרְכִיּוֹת ב פַּרְפְּרִיּוֹת Et hoc modo ſunt omnia nomina abſtracta quæ in ות deſinunt, quia uau mutāt in iod præcedente uoce kibuz trium punctorum ſubalternantium, & literam terminalem mutant in

oth

oth: ut גבהות elatio, ילדות partus, אלמנות uiduitas, מלכות regimen, חיות uitalitas, סכלות ſtulticia, ש שפלות humilitas, שחרות nigredo, אילות fortitudo, כסילות ſtulticia, כלימות confuſio, קוממיות forti-tudo, חכלילות coloratio, אשפות ſtercus.

Vbi ultimum ſcribitur per holem, & duo antepenultima nomina duplicātur. Eiuſcemodi nomina ſingularis numeri cupientia pluralem habere numerum, mutant uau in iod præcedente uoce kibuz & interponunt alterum uau: ut מ מלכות מלכיות id eſt, regimen regimina, uel dominatio dominationes: ſic אילות איליות &c. Et quia in terminationes nominum incidimus, placet hoc addere, quod nomina in æth terminata quę à nominibus in he finientibus deriuantur, & alia quę etiam non deriuantur, ſolent ſecundum formam primitiuorum uerorum uel apparentium pluralē numerum conſtituere: exemplum

עטרת corona, עקרת ſterilis, quorum primitiua ſunt עטרה עקרה declinantur in plurali numero ע עטרות עקרות & in ſtatu regiminis genitiui עטרות עקרות & cum pronominibus ſubiunctiuis, ut עטרותיך עקרותיך id eſt, coronæ tuę & ſteriles tuę. Sunt & alia fœminina quæ terminantur in ith, ut גפרית ſulfur, אחרית extremitas, שארית reliquię, ראשית principium, תחתית infimum, חמישית quinta, יהודית Iudęa.

Quę declinantur hoc modo: ecce inter iod & thau finales, inſerunt uau cum holem, ut pluraliter גפריות אחריות ראשיות uel שאריות חמישיתים

תחתיות חמישיות Et ea ſunt nomina rectiſclinia atq; regularia ſicut etiam quędam quę in on terminantur, ut זכרון hiſtoria, יתרון abundantia, חסרון defectus, עליון ſummitas, אביון inopia, ראשון prioritas, רמון malogranatū, חלון feneſtra, חרבון ſiccitas, ארמון palatium.

Quæ ſimpliciter addentia plurali numero fœmininorum terminationē oth, declinantur, ut Eſter ſexto. זכרונות hiſtorias & annales. Vnum hoc nomen ארמון mutat holem in ſeua & facit א ארמנות Amos primo. Et deuorabit domos Ben Adad. Quædam ſunt quæ terminantur in an & addunt oth in plurali: ut

קרבן ſtimulus, שלחן menſa דרבן donarium, דרבנות שלחנות קרבנות

Caue autem quia ſunt multa in an terminantia maſculina quæ pluralem non in oth ſed im finiūt, ut בנין בנינים Huius autem declinationis ſola in he deſinentia, cum ſunt in ſtatu regiminis ſeu affixorum, mutāt he in thau: שושנה in ſtatu abſoluto. Canticorum ſecundo, כשושנה בין החוחים Sicut lilium inter ſpinas. In ſtatu regiminis, ut paulo ſuperius in eodem loco, שושנת העמקים id eſt, lilium conuallium, hæc tamen promiſcue uſurpat conſuetudo.

De numeris.

Diximus de genere & declinatione nominum, & quæ aliquando à communi regularum tramite ſecedunt, in quorum collegio reperiūtur etiam numeralia nomina, iccirco de illis nunc pauca tractabimus. Numeri cardinales maſculini generis hi ſunt: אחד unus, שנים duo, שלשה tres, ארבעה quatuor,

חמשה quinq;, ששה sex, שבעה septem, שמנה octo, תשעה nouem, עשרה decem, אחד עשר undecim, ש שנים עשר duodecim, שלשה עשר tredecim, ארבעה עשר quatuordecim, חמשה עשר quindecim, ששה עשר sedecim, שבעה עשר decem & septem, שמנה עשר decem & octo, ע תשעה עשר decem & nouem.

Vides numerum decem & similes masculini generis in statu absoluto habere he aspirationem finalem: ut Gen. 18. והנה שלשה אנשים Apparuerunt ei tres uiri: sed quando aliis numeris coniunguntur tunc carent he litera, sicut in exemplis demonstratur. Si autẽ idem numerus ponitur in statu regiminis, ita quod post se regat casum, tũ che litera finalis mutatur in thau: exemplũ Exodi 34. עשרת הדברים decem uerba, quasi diceret, decem scilicet uerborum: sicut in aliis desinentibus in he: ut Iosue 17. Et tertia pars urbis Naphet, Sequũtur numeri cardinales fœminini generis. אחת una. שתים duæ, ש שלש tres, ארבע quatuor, חמש quinque, שש sex, שבע septem, שמנה octo, תשע nouem עשר decem, אחת עשרה undecim, שתים עשרה duodecim, שלש עשרה tredecim, ע ארבע עשרה quatuordecim, חמש עשרה quindecim, שש עשרה sedecim, ש שבע עשרה decem & septem, שמנה עשרה decem & octo, תשע עשרה decem & nouem.

Nota quod dictio עשתי numeris iũcta signat unus uel una. Item hæc nomina in masculino desinunt in he & in fœminino carent he, præter fœmininum octo. Item omnes cardinales à uiginti ad centum & ultrà sunt generis utriusq;. עשרים uiginti, אחד ועשרים uiginti & unus, אחת ועשרים uiginti & una. שלשים triginta, אחד ושלשים triginta & unus, uel עשתי ושלשים triginta & unus: ארבעים quadraginta, חמשים quinquaginta, ש ששים sexaginta, שבעים septuaginta, שמנים octoginta, תשעים nonaginta, מאה מאות Ambo uocabula significãt centum, & ambo iunguntur tam masculino quam fœminino generi. De primo Leuitici 26. ומאה מכם רבבה Et centum de uobis decem millia: & 3. Regum 7. ויבן את בית יער הלבנון מאה אמה Ædificauitq; domum saltus libani centum cubitorum: sed in statu regiminis sicut alia nomina in he terminata mutat he in thau, ut Genesis 21. ואברהם בן מאת שנה Abrahã cum esset centum annorum, uel pro eo ponitur מאות ut Iudicum 3. Percussit de Philistim sescentos uiros uomere: Et Ezechielis 45. Quingentos per quingentos. Multam autem noticiam numerandi hebraice idem tibi præstabit propheta Ezechiel à cap. 40. usq; ad finem libri. מאתים idest, ducenti, שלש מאות trecenti, ארבע מאות quadringenti ח חמש מאות quingenti.

אלף אלפים Mille, duomilia, & in statu regiminis אלפי & רבבה decem milia, רבבות centum milia. Vide de hoc Nehemiæ 7. in fine: & quandoq; deponit unum beth & loco eius alterum patitur dages, & dicitur רבו uel רבוא & plurificatur numerus רבותים significatq; ducenta milia: uide Danielis 7. de eiuscemodi numeris: Milia milium ministrabant ei & decies centena milia assistebant

flebant ei. Consueuerunt autem Iudæi סְפִירוֹת id est, numerationes, quas nos siphras ad imitationem illorum uel cifras uocamus, per notas alphabeti signare: quos Græci sunt sequuti, maxime uero uetustissimi Græcorũ, ut in numero librorum Homeri patet. Iuniores ut cum Hebræis conuenirent loco senarij addiderunt episimon, & aliud loco nonaginta per quę signa supputatoribus latinis ansam præbuerunt ad imitandas numerorum notulas quas appellant cifras. Sunt autem Iudęorum computationes per literas alphabeti hoc modo

א 1, ב 2, ג 3, ד 4, ה 5, ו 6, ז 7, ח 8, ט 9, י 10, כ 20, ל 30, מ 40, נ 50, ס 60, ע 70, פ 80, צ 90, ק 100, ר 200, ש 300, ת 400. Cum autem literæ alphabeti non nisi ad quadringenta protẽdantur, oportebit post quadringenta numeros ex duabus literis cõponere uel quandoq; tribus sic, תֹק 500, תֹר 600, תֹרֹק 700, תֹתֹ 800, תֹתֹק 900, 'א 1000, 'בא 2000, 'גא 3000, 'קא 101, 'קב 102, 'קג 103, 'קד 104, 'קה 105, 'קי 110, 'קיא 111, 'קיב 112, 'קיג 113, 'קיד 114, 'קטו 115, uel 'קיה 115.

Et sciendum quod ualde cauent ne diuinum nomen יה quotidianis numerationibus inferatur, quod signare posset quindecim, sed eius numeri loco ponunt טו id est, nouem & sex, quod etiam ualet quindecim. Cæteras combinationes numerales tuipse consydera.

Numeri ordinales generis masculini primæ declinationis hi sunt:

ראשון primus, שֵׁנִי secundus, שְׁלִישִׁי tertius, רְבִיעִי quartus, חֲמִישִׁי quintus, שִׁשִּׁי sextus, שְׁבִיעִי septimus, שְׁמִינִי תְשִׁיעִי עֲשִׂירִי &c.

Numeri ordinales generis fœminini secũdæ declinationis sunt hi:

ראשׁוֹנָה prima, שֵׁנִית secũda, שְׁלִישִׁית tertia, רְבִיעִית quarta, חֲמִישִׁית quinta, שִׁשִּׁית sexta, שְׁבִיעִית septima, שְׁמִינִית octaua, תְשִׁיעִית nona, עֲשִׂירִית decima.

Declinantur autem sicut gentilia nomina scilicet masculina in i terminata, ut עִבְרִי Hebręus: & fœminina in ith, ut יְהוּדִית Iudæa, de quibus suprà.

Nam masculina declinantur per duo iod in plurali, ut שְׁנִיִּים שְׁלִישִׁים ר רְבִיעִיִּים & sicut gentilia fœminina in ith, quandoque desinunt in ia, ut Ruth secundo. רוּת הַמּוֹאֲבִיָּה id est, Ruth Moabithis, ita dicitur עֲשִׂירִית uel עֲשִׂירִיָּה & per consequens pluraliter עֲשִׂירִיּוֹת

De nominibus plur. tantum.



Post regularem nominum declinationem & heteroclita quædam ostendimus indeclinabilia, ut sunt numeri ordinales à tribus usq; ad decem: numeri enim denarij non sunt pluralia illorum: sequuntur nunc alia defectiua quę singularem numerum non habent.

מַיִם שָׁמַיִם צָהֳרַיִם רַחִים Et in statu regiminis מֵי רְחֵי שְׁמֵי Et duplicatum מֵימֵי quæ in dictionario nostro quærere potes. Non enim omnium rursus in isto libro repetitio habenda est: tantum hoc plus cęteris memorię mandabis, quod nomina plurale suum in aim terminãtia mutãt in statu regiminis aim in e, ut hic uides. Nominũ autem exorbitantium quędam patiuntur abundantiam & quędã defectum. Abundãt uero quędam in punctis & quędam in literis.

Nam

Nam quæ declinando abundant in pacha, enumerauimus aliqua superius cũ de heteroclitis tractaremus. Nunc tibi pauca collegimus quæ declinãdo abundant in dages. Si enim uellẽ hoc nomen קַל regulariter declinare, satis esset adiungere simpliciter terminationẽ pluralem im, sed ita non est loquendi consuetudo: quid ergo? Addatur literæ lamed punctus dages qui fortificet primam syllabam, & dicatur קַלִּים sic fit plerumq; etiam in secunda declinatione fœminini generis, ut גַּג גַּגּוֹת Isaiæ 22. Quia ascẽdisti & tu omnis in tecta, dagessantur itaque ista.

a Ratio horum est, quod descendunt à radice duplicante secundam radicalem, aut carent alia radicali litera.

בַּת בַּר דַּל דַּג דַּק זַג זַל זַג חַג חַי טַּה
כַּת מַט מַס עַם עַז פַּג קַב רַב רַק רַג
תַּל Alia quoq; monosyllaba per patha designata incipientia à צ ג ס exceptis צַם צַר צַד סַג כַּךְ גַּשׁ Cuncta alia recipiunt dages & terminationes suas. Quędam etiam monosyllaba quorum uox est zere, declinantur in numero plurali per dages, mutato zere in hirek, ut
סֵן לֵב חֵג חֵץ עֵז גֵּט גֵּו אֵשׁ אֵם קֵץ תֵּל
עֵת חֵן שֵׁן פֵּס

b Et hæc quoq; propter unam abiectam radicalem literam dagessant relictam similem in plurali & affixorum susceptione.

Omnia hæc in statu regiminis & subiunctiuorum & in plurali numero proferunt primam per hirek, & literam secũdam fortificant per dages. Similiter recipiunt dages hæc אִי עִי צִי Quamuis autem ea nomina monosyllaba quorũ uox est holem soleant in plurali holem mutare in camez, ut יוֹם יָמִים רֹאשׁ רָאשִׁים שׁוֹר שְׁוָרִים tamen ista recipiunt dages תֹּרִים תּוֹת רוֹב לוֹג תּוֹל רוֹק חֹק עֹז קֹר הֹם עֹל כֹּל Maxime in statu regiminis, & præsertim quando affixis construũtur tunc etiam holem mutant in kybuz: psalmo 82. כֻּלְּכֶם Omnes uos: & Genesis 27. עֻלּוֹ iugum eius, sic Deuteronomij 5. חֻקִּים Cerimonias &c. Sunt & alia nomina quæ patiuntur abundantiam siue defectum non in punctis solum ut superiora, sed in literis. Idq; fit aut in primis aut in medijs aut in ultimis, secundum sex illas Gręcorum figuras, prothesin, aphæresin, epẽthesin, syncopen, paragogen & apocopen. Dico autem deficere quando non possident omnes eas literas quas primitiua tenẽt. Exemplum tibi præbeo ut oculis cernas מַתָּן מַצָּב מַפָּח תּוֹלֶדֶת Matthan, id est, donum siue datum, deriuatur à primitiuo uerbo נָתַן id est, dedit seu donauit, ut in dictionario inuenies: uides ergo quod מַתָּן in suo principio non habet nun literam, nam si haberet nun, diceretur מַנְתָּן iam uero quia caret nun in principio iccirco pronunciatur matthan, & thau signat per dages ut ostendat prioris literæ defectum. Prouerbiorum 18. מַתָּן אָדָם יַרְחִיב לוֹ Donum hominis dilatat uiam eius. Similiter מַצָּב id est, statio, uenit à uerbo primitiuo נָצַב id est, stetit: ut in dictionario, & quia non legitur manzab sed mazab, ideo recte dicitur quod istud nomen sit unum ex ijs quæ patiuntur defectum in principio, & ponitur in zade punctus dages ad denotandum talem defectum: secundo Regum uicesimo tertio.

וּמַצַּב פְּלִשְׁתִּים אָז בֵּית לָחֶם Porro statio Philistinorum tunc erat in Bethlehem.

hem. Macca מַכָּה quoq; pari laborat aphæresi: significat enim percussionem uel plagam: eius primitiuum est נָכָה quod quære in dictionario ubi uidebis quātum descēdant inde deriuata. Sume alterius literæ nomen defectiuū תּוֹלְדָה id est, generatio: cuius primitiuum est י יָלַד id est, genuit, ut in dictionario. Iod itaq; in hoc loco deficit, & sic de multis alijs, quæ legendo bibliam hebraicam tuipse inuenies. Facillime enim dictio abijcit principalem literam, quando sumit appensilem. In fine dictionis patiuntur uocabula defectum, ut in numeralibus ordinalibus, de quibus suprà. Cum enim regulariter deberem dicere שְׁנִיִּי quod ex suo plurali probatur, dico שֵׁנִי similiter pro שְׁלִשִׁיִּי consueuit legi atq; scribi שְׁלִישִׁי & sic de alijs, ubi iod finale cata apocopen deficit sicut in nominibus gētilibus masculini generis: ut עִבְרִי id est, Hebræus, quod nomen pronunciari deberet per duo iod in fine, ut pluraIe indicat. Nam Exodi tertio ponitur עִבְרִיִּים & primum iod notatur per dages ad significandum geminationem: ubi legit. אֱלֹהֵי הָעִבְרִיִּים נִקְרָה עָלֵינוּ Deus hebræorum uocauit nos, quāuis illud idem uocabulū postea legatur per defectum, ut Exodi 9. כֹּה אָמַר יְהוָה הָעִבְרִים Hæc dicit dominus deus Hebræorum: & noli curare quod aliqui libri impressi non habent duo iod, non est enim ignorantia scriptoris, sed negligentia impressoris. Nihil autem mea sententia plus deficit in fine quā uau, quia punctus holem subscriptus solet eum defectum supplere: ut Leuitici 26. הֲקִמֹתִי מִצְוֹתָי quamuis aliæ quoq; multæ literæ crebro inueniātur deesse, ut לְבָב id est, cor. Iosue quinto. וַיִּמַּס לְבָבָם Dissolutum est cor eorum, & Psal. 73. לְבָרֵי לֵבָב ijs qui recto sunt corde. Quod sæpe reperitur לֵב ut Deuteronomij quarto, ubi nos legimus: Qui ardebat usq; ad cœlum: hebraica ueritas habet sic. עַד לֵב הַשָּׁמַיִם usq; ad cor cœlorum. Similiter deficit res litera in הַר id est, mōs, cuius integrum est הָרָר sicut hæc & alia his similia uidere poteris in dictionario nostro. Patiūtur etiam nomina defectū in medijs: ut צִיץ quod scribi debet in medio per iod: Exodi 28. וְעָשִׂיתָ צִּיץ זָהָב טָהוֹר Facies & laminam de auro purissimo. Sed considera quod deficit iod in numero plurali. 3. Regum 6. Et affixit צִצִים laminas clauis aureis, ubi hirek supplet locum iod. בַּיִת & pluraliter בָּתִּים ubi similiter deest iod & non suppletur, nisi dicamus quod dages ipsius thau indicet defectum. Simile uidebis in dictionario in uerbo גָּמַל & in uerbo נָשָׂא De uau in media dictione pari iudicio idem sentiendum est, cuius locum sæpe supplet holem uel kybuz.

De Heemanthicis.


Heus tu Dionysi germane mi, defectiuorum quorūdam formas uidisti, nūc audias q̄modo aliqua nomina patiuntur abundantiam aut in primis aut in medijs aut in ultimis. Dico autem omne id abundare, quod in primitiuo non continetur: eiuscemodi sunt omnes literæ accidentales, quarum supra memineris me tibi fecisse mentionem: præcipue uero in capite uocabulorum præponuntur literæ in hac dictiōe scilicet הֶאֱמַנְתִּי comprehēsę: cum quibus

bus crebræ deriuationes nominum tam uerbalium quam denominatiuorum recte fabricantur. Exemplum de he: ut ה הוֹשֵׁעַ Oſeas propheta, qui nominatur à ſaluando ſecundum Hieronymum, eiuſdem capite primo: cuius primitiuum ſcribit initio per iod, ergo he erit appenſilis. Exemplum de aleph אַכְזִיב dicūt cōmentatores Hebræorum quod fuerit ciuitas Iudææ, ut teſtatur rabi Dauid Kimhi in cōmentarijs ſuper Mich. quāuis translatio noſtra exponat aliter Michex 1. Domos mendacij, & 70. domos uanas: eius primitiuū legitur ſine aleph. כְּזִיב Geneſis 38. ubi neſcio quid noſtra translatio ſomniauit dicens: Quo nato parere ultrà ceſſauit, ſuper quo rabi Salomon ſcripſit, quod ſit proprium nomen urbis, ut ſtet lectio de uerbo ad uerbum ſic: Et fuit in Cheſib (ſcilicet illa urbe) quando peperit eum. De mem ut מ מִלְחָמָה bellum uel pugna: primitiuum eius eſt לָחַם pugnauit, ſic מַלְאָךְ nuncius ſiue angelus: primitiuum eius eſt ל לָאַךְ nunciauit, & ſic de multis alijs. De nun נִשְׁבָּר contritum: Pſalmo 51. לֵב נִשְׁבָּר Cor contritum, eius primitiuum eſt שָׁבַר De thau ut תַּלְמוּד doctrinale, cuius primitiuum eſt לָמַד id eſt, docuit. De iod ut יַעֲקֹב Iacob, cuius primitiuum eſt עָקֵב calcaneus ſeu planta, uel עָקַב ſupplantauit, & ſic de alijs quam plurimis quæ potes ex dictionario noſtro clarius deprehendere. In medijs eſt quando additur iod uel uau, ut כָּפוּת recuruus: Pſal. 145. זֹקֵף כְּפוּפִים Et erigit omnes eliſos, nam eius primitiuum eſt כָּפַת Similiter in iod, ut עַל uel אֶל id eſt, ſuper uel ad: & in compoſitiōe aſciſcunt iod עֲלֵיהֶם אֲלֵיהֶם In fine abūdāt uariæ literæ, ut iod in חוֹלִי Pſalmo 114. A facie domini mota eſt terra: ubi ſcripſit rabi Salomon quod iod abundat ſicut in dictione הַמַּגְבִּיהִי Pſalmo 113. Qui in altis habitat: & ita in ſequēte uocabulo הַמַּשְׁפִּילִי & in pluribus alijs quæ in eodē pſalmo reperies. Sic aleph in nomine centum milia רִבּוֹא nam & ſine aleph idem ſignificat. Multa ſimilia legendo bibliam inuenies: ſufficiat horum tibi ſola commemoratio ad incunabula rudimentorum.

De tranſpoſitione literarum.



Cæterum poſtquam in materiam exorbitantiæ incidimus, nō prætermittā etiā de hoc te facere certiorē, quod ſæpe tranſpoſitis tam literis quā ſyllabis idem ſignificatur: ut כֶּבֶשׂ כֶּשֶׂב Similiter גֹּמֶא אֲגַם שְׂחִיס סָחִישׁ שַׂלְמָה ש שִׂמְלָה גַּעַר רָגַע Sūt alia nomina quæ una uoce diuerſis generibus diuerſa ſignificant: ut קֹהֶלֶת in fœminino idem eſt quod concio: et in maſculino eſt eccleſiaſtes ſeu concionator. Sic & כְּנֶסֶת quādo ſignificat conuentionē populi uel cōcilium legitur maſculine: quādo autē ſignat coaceruationē ſeu collectionē, tūc legitur fœminine. Quid de eo quod res una nominatur diuerſis nominibus diuerſorum generum: ut ueſtis & ueſtimētum, ſic hebraice שִׂמְלָה בֶּגֶד Quoniā autem defectiua pauca tetigimus, illud nequaquam omiſerimus, hebraicā linguam in comparatiuo & ſuperlatiuo ita deficere, ut eos uno uocabulo exprimere non ualeant: comparatiuū ſic parant: nomini adiectiuo coniungunt aduerbiū יוֹתֵר quod ſignificat plus uel magis: ut ſi dicere cuperem, Ioānes eſt iuſtior pro-

ximo

ximo suo: accipito adiectiuũ iustus צַדִּיק
& subiunge ei aduerbium יוֹתֵר qđ post
se regit ablatiuũ articulatũ sic loquendo
יוֹחָנָן צַדִּיק יוֹתֵר מֵרֵעֵהוּ Ioannes iu-
stus plus suo proximo Vbi deest uer-
bum substantiuum scilicet est: & hoc ha
bet linguæ hebraicæ proprietas in fre-
quenti usu, quod uerbũ substantiuũ defi-
cit, sicut etiam apud nos genus. unde lati
num subaudi est. Caue ne obliuiscaris: ti
bi etiam in præceptis dedisse uolo ut per
petuo memineris, & habeas in ore hunc
uersum Alexandri. Verbum multoties
substantiuũ petis extra. Nam conuenit
plurimũ in isto idiomate. Superlatiuus
cõstruitur duobus modis, primo ad no-
men adiectiuũ addit' ualde uel nimis scili
cet מְאֹד Si uolo dicere plurimus, ita
loquor: רַב מְאֹד ut Iosue 11. Multus
nimis, sic optimus טוֹב מְאֹד Gen. 1.
Et hoc approbat Hieronymus cum Nu
meri 12. עָנָו מְאֹד recte transtulit mi-
tissimus. Sicq; regit post se pariter ablati
uum articulatũ ut iã citato in loco. Secũ
do ubi sancta scriptura idem nomẽ adie
ctiuum geminat ibi uult notare excellẽ
tiã superlatiui: ut Ierem. 24. הַטֹּבוֹת
טֹבוֹת מְאֹד וְהָרָעוֹת רָעוֹת מְאֹד Bo
nas, bonas ualde: & malas, malas ualde:
quasi diceret, optimissimas, si nobis ut
Græcis à superlatiuo aliũ superlatiuũ for
mare liceret. Geminatio autem nomi-
nis substantiui significat per singula sin-
gularia seu singula specierum seu unum
quenque: ut מַטֶּה מַטֶּה Numeri
decimo septimo. Virgas singulas, & Le
uitici decimo septimo, אִישׁ אִישׁ ubi
translatio nostra traduxit homo, rectius
sic, unusquisq;. Nam paulo inferius uer-
tit homo quilibet. Geminatio quippe

uerborum significat uehementiam a-
ctus, ut patet legẽti bibliam hebraicam.
Cæterum quædam non sunt geminata
sed composita, ut כִּכְסַךְ כַּאֲסָאת quo-
rum simplicia sunt כְּאָת & כַּךְ Quo
niam uero participium apud Hebræos
ut suprà diximus in nomine quasi nulla
pars orationis separata includitur, quid
enim est participium nisi nomen uerba-
le: damus tibi de participio hanc regu-
lam: quod omnia quæ de nomine tradũ
tur pari modo de participio tradita intel
ligantur. Posses tu quidem eam partem
orationis sub uerbo comprehendere se-
cundum sententiam Cæsariensis gram-
matici. Quid enim est participium (in-
quit Priscianus in libro quintodecimo)
nisi uerbum casuale: unde cum illuc ue-
nerimus, de eo etiam quæ necessaria e-
rũt si suppetat memoria docebimus. In-
terea tibi satis erit participium secũdum
genera & declinationes non aliter tracta
ri quam nomina. Restat nunc ut de pro-
nomine quam partem oratiõis una sub
ipso nomine comprehendi uoluimus,
pauca breuiter interponere non recu-
semus.

De Pronominibus.



Vnt itaq; pronominũ quæ-
dam demonstratiua & quæ
dam relatiua. Nec te in stu-
porem ducat nostra huius
primæ diuisionis traditio. Non enim
semper Latinos imitari possumus sicut
neque Latini Græcos. Cum igitur de
hac materia neq; ipsos Hebræos inuenio
tractauisse, oportebit nihilominus rudi-
bus ostẽdere modum quo possint eiusce
modi dictiones constructionesq; in ser-
mone iudaico intelligere. Nunc ad rem
D redeo

redeo. Demōstratiuorū alia sunt demōstratiua & articuli simul, ut quæ casus tātum uocabulorū demonstrant: alia demonstratiua solum: ut quę ipsam rerum personam ostendunt. De prioribus priore loco scribendum est. Articuli quos & suprà partim cōmemoraui Hebręis sunt quinq;. ח ש ל את מ Quidam putauerunt etiam articulos esse præpositiuos ב כ ו sed eædem literę dicūtur potius prępositiones, ut infra patebit.

Hoc tamen scitu dignū est, quod ex iam ostensis literis duę ב כ simul pariter cū istis primis quatuor superioribus articulis ח ש ל מ hanc habēt consuetudinē, scilicet ut consonantē se consequentē fortificent per punctum dages. Solent autē Hebręi eas literas quæ talia faciunt unà memorię cōmendarè duobus istis uocabulis חַשְׁבָל בָּם id est, intellectus in eis: exēpli gratia הַדָּבָר שֶׁדָּבָר בַּדָּבָר לַדָּבָר כַּדָּבָר מִדָּבָר Iam primum articulū aggredimur, scilicet ה & scias quod nominatiuo solius appellatiui nominis apponi solet non autē proprij: & in hoc sequor magistrum Paulū episcopū Burgensem in additione psalmi 8. iuxta cuius sententiam dico, quod hic articulus præponit licenter omnibus casibus. Nominatiuo Gen. 1. הָאָרֶץ הָיְתָה id est, terra fuit. Genitiuo, ut in eodem מִקְוֵה הַמַּיִם id est, cōgregationes aquarū. Datiuo, Genesis 2. על הָאָדָם id est, ipsi Adæ, Accusatiuo eiusdē primo, In principio creauit deus cœlū & terram: ubi את הַשָּׁמַיִם ponitur & את הָאָרֶץ Vocatiuo, Deuteron. 32. הַאֲזִינוּ הַשָּׁמַיִם id est, audite cœli. Ablatiuo, ut Gen. 2. בְּיוֹם הַשְּׁבִיעִי id est, In die septimo. Crebrius autē hoc articulo ad explicandum

ōnibus prepo itur Casibus.

genitiuū utimur, quia nominatiuus articulo sæpe caret. Secundus articulus est שׁ Cantic. 1. הַגִּידָה לִּי שֶׁאָהֲבָה נַפְשִׁי

Indica mihi dilectionis anima mea, id est, robur & nerui mei amoris: trāslatio nostra sic legit: Indica mihi quem diligit anima mea. Sed quandoq; est articulus, quandoq; pronomen relatiuum significans qui quę quod, ut infra. Tertius articulus est lamed, & seruit datiuo: Ecclesiastis 3. נָתַן אֱלֹהִים לִבְנֵי הָאָדָם

Dedit deus filijs hominum. Quia uero etiam apud Latinos datiuus sæpe significat locum ad quem uel in quem aliquid destinatur: Virgilius in æneide: Volat hasta tago per tempus utrunque: quod Priscianus in libro decimooctauo exponit, tago, pro ad uel in tagum: Iccirco etiam quandoque significat ad: ut cum legimus Psalmo 54. יָשִׁיב הָרַע לְשׁוֹרְרָי Auerte mala inimicis meis: ubi ante uocabulum inimicis ponitur articulus lamed, & rectius legeretur sic: Verte mala ad inimicos meos: quia sequitur, & in ueritate tua disperde illos, Hebræi eo utuntur in superscriptionibus, titulis, epithaphijs & supputatione annorum mundi, loco genitiui: ut מִזְמוֹר לְדָוִד Psalmus ipsi Dauid.

Quartus articulus est את satis ut mihi uidetur declaratus in dictionario nostro. Quintus articulus est mem litera, & ablatiuo coniungitur, tantum ualens quantum a uel ab: quanquam autem uideatur præpositio esse, tamen utimur eo articuli loco, sicut & בְּ quod quandoque est præpositio in loco: ut Genesis tertio.

מִתְהַלֵּךְ בַּגָּן Deambulantis in paradyso: quandoque demonstrat tan

tummodo

tũmodo septimũ casum & nihil aliud: ut Exodi 13. כִּי בְּיַד חֲזָקָה הוֹצִיאֲךָ In manu enim forti eduxit te: pro quo rectius diceret: Manu enim forti eduxit te. De quo casu aduersantur inter se Seruius et Priscianus: quicquid sit, rectius dixeris baculo percussi te, quam, in baculo percussi te. Scribitur autem illud mem quandoque per zere: ut Ecclesiastis 3. מֵרֹאשׁ id est, à capite: quod nos legimus, ab initio usque ad finem: aliquando autẽ scribitur per hirek & tunc uidetur esse deriuatum à מִן quod idem significat, essetque sic apocope: quere in dictionario. Post articulos qui demonstrant casus nominũ, ostẽdam tibi pronomina quæ demõstrant personas rerum. Sequuntur ergo demonstratiua primæ personæ numeri singularis utriusque generis hoc modo.

אֲנִי Ego, שֶׁלִּי mei, לִי mihi, אוֹתִי me, מִמֶּנִּי à me. Inuenitur autem sæpe in scriptura אָנֹכִי id est, ego, scilicet quasi per epenthesin pro אֲנִי & pluraliter אֲנַחְנוּ nos, שֶׁלָּנוּ nostrum, לָנוּ nobis. אוֹתָנוּ nos, מִמֶּנּוּ à nobis. Secundæ personę, generis masculini, numeri singularis. אַתָּה tu, שֶׁלְּךָ tui, לְךָ tibi, אוֹתְךָ te, מִמְּךָ à te. Et pluraliter אַתֶּם uos, שֶׁלָּכֶם uestrum, לָכֶם uobis, אֶתְכֶם uos, מִכֶּם à uobis, uel מִכֶּם à uobis.

Secundę personę, generis fœminini, numeri singularis. אַתְּ tu, שֶׁלָּךְ tui, לָךְ tibi, אוֹתָךְ te, מִמֵּךְ à te, Et pluraliter אַתֵּן uos, שֶׁלָּכֶן uestrum, לָכֶן uobis, אֶתְכֶן uos, מִכֶּן à uobis. Tertię personę generis masc. numeri singularis. הוּא iste, שֶׁלּוֹ istius, לוֹ isti, אוֹתוֹ istũ, מִמֶּנּוּ ab isto. Et pluraliter הֵמָּה isti, uel הֵם isti, שֶׁלָּהֶם istorum, לָהֶם illis, אוֹתָם istos, מֵהֶם ab illis, uel מֵ

מֵהֵמָּה ab istis. Tertię personę generis fœminini numeri singularis: היא illa uel ista, שֶׁלָּהּ illius, לָהּ illi, אוֹתָהּ illam, מִמֶּנָּה ab illa. Et pluraliter הֵנָּה illę, uel הֵן istę, שֶׁלָּהֶן illarum, לָהֶן istis, uel לָהֵנָּה illis, אֶתְהֶן uel אוֹתָן istas, מֵהֶן ab istis, uel מֵהֵנָּה ab illis.

Accipiuntur autem tertiæ personæ pronomina loco ille, ipse, iste, hic, is, in quantum demonstrant. Absolutis igitur demõstratiuis, tempus instat quo ad relatiua procedamus. Sunt itaque illa in multiplici differentia. Nam relatiuorum quędam sunt simul & relatiua & demonstratiua, ut apud nos ille, is, quædã aũt relatiua tantum. De primis sunt quę sequuntur, quę & assumunt articulos prępositiuos, & seruant eorũ regulas: ut

Masculini generis.

זֶה is, זֶה ille, אֵל ij, אֵלֶּה illi, הַזֶּה is ille, הַהוּא idem, הָאֵל הָאֵלֶּה ijdem, הַהוּא is ille, הָהֵם ij illi.

Fœminini generis.

זֹאת ea illa, אֵלֶּה eę illę, הַזֹּאת ea illa, הַהִיא eadem, הָאֵלֶּה הָאֵלּוּ eędem, הַהִיא ea illa, הָהֵן eę illę, עֶצֶם met.

Quę uero sunt relatiua tantũ, sic diuidunt. Nam quędã sunt separata quędã affixa. Separata autẽ appello, quoniã nõ faciunt unã dictionẽ cum eo cui subiungunt: ut Psal. 1. הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ Vir qui non abijt. Affixa autẽ uoco, quia unam dictionẽ faciunt cum eo cui subiungunt, à quo si auellerẽtur nihil eiusmodi significarent: ut in eodem Psal. 1. חֶפְצוֹ Volũtas eius: ubi uau significat eius: & si ab illa dictione separaret iam ultrà non significaret eius uel illius: uau enim per se solitarie positũ, quid significet habes in dictionario: sic de alijs

 quæ

ש Articuli relatiui loco fungi[tur].

quę uidebis modo. Sunt igitur separata ש אֲשֶׁר & significāt qui quę uel q̄d, relatiua, etiā si cōiunctio sit: et sæpe (ut suprà dictū est) articuli relatiui loco fungit̃ שֶׁ sicut apud Gręcos ὁ in oratione dominica πατὴρ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς Hebraice sic אָבִינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם Et iungitur utriq; numero tam singulari quā plurali. Cantic. 4. שֶׁכֻּלָּם מַתְאִימוֹת Omnes gemellis fœtibus: & eiusdem 5. שֶׁרֹאשִׁי נִמְלָא טָל Caput meū repletū est rore. Item præponitur & postponit̃ articulis. Cātic. 1. כַּרְמִי שֶׁלִּי לֹא נָטָרְתִּי Vineam meā non custodiui: ubi pręponit̃ datiuo: Similiter eiusdē 3. הִנֵּה מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה En lectulū Salomonis, postponitur in eodem. אֲבַקְשָׁה אֵת שֶׁאָהֲבָה נַפְשִׁי Queram quem diligit anima mea. Sicut autē apud Græcos ὁ & ὅτι & apud latinos quod ęquiparātur in significatione, ita ש aliquando significat q̄d, quia, quoniā, cum, quādo, quo: Cant. 5. כִּמְעַט שֶׁעָבַרְתִּי מֵהֶם Paululū cum pertrāsissem: eiusdē 1. שֶׁאֲנִי שְׁחַרְחֹרֶת Quod fusca sim: & ibidē. שֶׁשְּׁזָפַתְנִי הַשָּׁמֶשׁ Quia decolorauit me sol: & ualde cōuenit cum אֲשֶׁר ut Cantic. 4. כְּעֵדֶר הַקְּצוּבוֹת שֶׁעָלוּ מִן הָרַחְצָה Sicut greges tonsarū quę ascenderūt de lauacro. Iungit̃ etiam consignificatiuis alijs ante & post: eiusdē 5. שֶׁכָּכָה הִשְׁבַּעְתָּנִי Quia sic adiurasti nos, & eiusdem 3. עַד שֶׁתֶּחְפָּץ Donec ipsa uelit. pro usq; quo: & recipit cata prothesin בּ כּ ל sed & אֲשֶׁר eodē modo una cū eisdē tribus literis subiūgit̃ omnibus etiā articulis quorū nō opus est exēplis, quia in sacra scriptura hoc tritū & uulgare est.

De affixorum subiunctione.

NVnc ad affixa trāseamus: quę quāuis sint relatiua, tamen quandam quasi possessionem uidentur significare. Referūt enī eius memoriā de quo paulo ante loquuti sumus: et nihilominus indicāt ad eundē de quo loquuti sumus aliquid ptinere: ut cū loqtur dn̄s deus ad populū Leuit. 18. אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם וּשְׁמַרְתֶּם אֶת חֻקֹּתַי Ego dn̄s deus uester, custodite leges meas. Tu recordare cuius meas: certe leges eius qui loquutus est ego dn̄s. Sic Psal. 2. יְהוָה אָמַר אֵלַי בְּנִי אַתָּה Dn̄s dixit ad me filius meus es tu: id est, filius illius q hoc ad te dixit. Si enī simpliciter qs scribat in pariete, Audite uerba mea: uel sic, Hęc terra erit tua: uel q̄d suū fuit amisit, quasi pro non scripto habet̃: qa nemo intelligit de quo scribatur, eo quod desit psona cuius memoriā hęc pnomina meus tuus suus referant. Ne igit̃ plura mēbra partitionū facerē quā oporteret, cōprehendi ea quę latini possessiua nominãt sub relatiuis & affixa nominaui. Vtq; in exēplo tibi consueto maneamus, sume דָּבָר prę oculis, meminerisq; Iudęos aduersa nobis uia, primo tertiā personā, secūdo secundā, & tertio primā, enumerare, tam in pnominibus quā in uerbis. דְּבָרוֹ uerbū eius: ecce quomodo uau affixum subiunctiuū tertiā personā de qua loqmur significat, scilicet suū, eius, illius, ipsius. Et in hoc genere loquēdi cōtingit quādoq; ipsum uau mutari in he. Ezech. 12. Et omnes q circa eū sunt præsidiū eius et agmina eius, ubi pro עֶזְרוֹ positū inuenit̃ עֶזְרֹה id est, auxiliū & pręsidiū eius. In tali etiā locutione solet ipsi uau preponi he, & idem significari. Iob 25. Et super quem non surget lumen illius: ubi pro אוֹרוֹ lumen illius ponitur אוֹרֵהוּ

דְּבָרְךָ Verbum tuum: uide quod caph finale cum camez ſignificat ſecundam perſonam ad quam loquimur, & cōmuniter quando in fine orationis eſt ponendū, tūc ſcribit ſægol in penultima דְּבָרֶךָ

In curſu orationis ſcribitur ſeua, in pauſa ſægol.

Attamen id aliquando non obſeruatur: ut Pſalmo 119 טוֹב עָשִׂיתָ עִם עַבְדְּךָ Bonitatē feciſti cum ſeruo tuo. Solet quandoq; poſt caph in fine apponi he aſpiratio. Exodi 13. Et erit quaſi ſignum in manu tua, ubi ponitur יָדְכָה

דְּבָרִי Verbū meum. Cōſydera quod iod finale ſignificat primā perſonam illam ſcilicet quæ loquitur: & ſolet quandoq; ipſi iod finali pręponi nun litera: ut 2. Regum 22. Incurvaſti reſiſtētes mihi ſubtus me, ubi ponitur תַּחְתֵּנִי quod in Pſalmo 18. legitur תַּחְתָּי ſine nun. Expediuimus affixa generis maſculini ſingularis numeri: accedant modo affixa generis maſculini pluralis numeri.

דְּבָרָם Verbum eorum: ubi mem finale ſignificat plures de quibus loquimur, licet uerbum ſit unum atq; ſingulare de quo loquimur.

Vbi camez præcedit ſubditur mem nudum, alias הֶם

Solet etiam quandoq; ante mem finale pręcedere he aſpiratio & eodem modo ſignificare: ut Ierem. 12. פִּיהֶם Prope es tu ori eorum: ſed & omiſſa aſpiratione inuenimus ſæpius finaliter poſt mē ſequi uau: Exemplum de eodem uocabulo oris: Pſalmo 59. חַטַּאת פִּימוֹ דְּבַר שְׂפָתֵימוֹ Delictum oris eorum ſermonem labiorum ipſorum: & Pſal. 17. Os eorum locutum eſt ſuperbiam, ubi ponitur פִּימוֹ

דְּבַרְכֶם Verbū ueſtrū: hoc enim modo caph & mem dictionibus ſubnexa ſecundas perſonas ad quas loquimur pluralis uidelicet numeri & maſculini generis ſignificat. Patitur aūt כֶם etiam articulos ut אֶתְכֶם Cantic. 8. הִשְׁבַּעְתִּי אֶתְכֶם בְּנוֹת יְרוּשָׁלָםִ Adiuro uos filiæ Ieruſalem.

דְּבָרֵנוּ Verbum noſtrum: ubi nu ſignificat primas perſonas maſculini generis pluralis numeri quę loquunt, licet res ſit una quā loquūtur. Hactenus pronomina ſubiunctiua quæ appellātur affixa maſculina tam ſingularis quam pluralis numeri percepiſti, audi nunc generis fœminini quę ſint: iterumq; à ſingulari numero more ſuperiore incipiam.

דְּבָרָהּ Verbum eius, ſcilicet mulieris: et ſcribit he finale per mappik relatiuū, ſignificatq; tertiam perſonam ſingularis numeri fœminini generis: cuius etiam meminimus ſuprà in elementari noſtra inſtitutione. דְּבָרֵךְ Verbum tuum, ô fœmina. Inuenitur autem in eodem ſignificato cata paragogen in fine ipſi caph ſubiuncta iod litera: Pſalmo 103. עֲוֺנֵכִי Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis. De prima perſona hanc tibi regulam trado: quod eadem uoce & paribus punctis pronūciatur tam in maſculino quam in fœminino genere, tam in ſingulari quam in plurali: quare non eſt hic ampliore de eis tractatu opus. Poſt affixa maſculina pluralis numeri iure optimo ueniūt affixa fœminina eiuſdem numeri, & ſunt hęc: דְּבָרָן Verbum earum: cernis quod nū finale ſignificat genus fœmininū, & hic in materia affixorū tertiam perſonam de qua loquimur. Cōſueuit aliquando he ipſum nun finale ſequi & tamen nihil aliter ſignificare: ut

Exodi 35. לִבָּן אֹתָנָה & omnes mulieres quibus eleuatum est cor earum in sapientia, filauerũt pilos caprarum, quod in nostra trãslatione asterisco addẽdum esset. דִּבְרְכֶן Verbum uestrũ, ô mulieres: & cõtingit quoq; hic quod aliquãdo he subiũgitur ipsi nun, ut Ezech. 23. וְלֹא תַעֲשֶׂינָה בְּזִמַּתְכֶנָה Ne faciant secundum scelus uestrũ. Exempla tibi ostendi quibus cognoscas quomodo nominibus singularis numeri & generis masculini, affixa utriusq; numeri subiungantur, sequuntur exempla quomodo eiusdem generis nominibus sed pluralis numeri, addãtur affixa utriusq; numeri. דְּבָרָיו Verba eius: diphthõgus in fine, uel potius digamma ęolicũ. Ecce iterum uau finale ut supra denotat tertiã personam singularis numeri masculini generis, quia uero regit̃ pręcedenti nomine, scilicet uerba, quod est pluralis numeri, iccirco secundũ regulã superius positam ablatũ est mẽ finale & mãsit iod nõ punctatũ quod non impedit diphthongũ sicut neq; in eu impediret, quod à nobis suprà in elemẽtari institutiõe cap. 5. explanatũ est. Sępe autẽ in hac forma deficit iod & loco eius ponunt̃ he & uau in pari significatione: ut Nahũ secundo מָגֵן גִּבֹּרֵיהוּ quod legitur clypeus fortiũ eius, pro גִּבֹּרָיו דְּבָרֶיךָ uerba tua. Constructionem & eius ualorẽ ex anterioribus intelliges, & notabis penultimam per sægol.

Nota omnia affixa herent ad hanc formam plur. דְּבָרַי *preter* חֶם חֶן כֶם כֶן *que exigunt plur. constructuam* דִּבְרֵי

דְּבָרַי uerba mea, tam in masculino quã in fœminino quo ad affixa: sed quantũ ad nomẽ ipsum ptinet, alia ratio erit.

Nunc ad peuralẽ numerũ accingimur דִּבְרֵיהֶם uerba eorũ. Solet autẽ post mem finale quandoq; sequi aspiratio he: Ezech. 40. In thalamis & in frõtibus eorũ: ubi ponitur אֵלֵיהֶמָה loco eius quod regulariter dici deberet אֵלֵיהֶם

דִּבְרֵיכֶם uerba uestra, ut in anterioribus cernere potuisti. דְּבָרֵינוּ Verba nostra: cui etiã cõsonat fœmininũ. In fœminino autẽ genere affixorum quando ipsa sunt singularia & antecedẽs est plurale, sic concipe tibi exemplum דְּבָרֶיהָ Verba eius, scilicet mulieris: & inuenies iod quandoq; mutatum in nun, ut Gen. 2. תַּחְתֶּנָּה pro תַּחְתֶּיהָ Et repleuit carnem pro ea. דְּבָרַיִךְ Verba tua, & quandoq; assumit iod in fine & pronunciatur hirik sicut multipliciter legitur Psal. 103. & 116. ubi pro עֵינַיִךְ מְנוּחָיְכִי עָלָיִךְ חַיָּיִךְ scribitur atque legitur עֵינֵכִי מְנוּחָיְכִי עָלָיְכִי חַיָּיְכִי & sic de aliis. Sequitur fœmininum affixum & antecedẽs masculinum, utraq; pluralia דִּבְרֵיהֶן Verba earum. Contingit etiam quod he finalis succedit ipsi nun, ut Ezech. 1. Corpora earum, גְּוִיֹּתֵהֶנָּה דִּבְרֵיכֶן Verba uestra, ô fœminæ. Et similiter recipit aliquando aspirationem post nun finale sicut suprà. Absoluimus hoc nomen דָּבָר cum omnibus suis affixis utriusque generis, cum tamen ipsummet sit generis tantum masculini. Sume tibi nunc aliud nomen quod sit generis fœminini, & uideamus quomodo ei affixa cohæreant. Recordare igitur ante omnia in præcedentibus me tibi multiuariam multisq; modis pręcepisse omnem dictionem fœmininam in he finale desinentem, in statu regiminis & affixorum he finale mu-

tare

tare in thau. Sicut igitur hactenus nomi ne דָּבָר usi sumus quod est masculini generis, ita deinceps uocabulo תּוֹרָה id est, lex exempli gratia utemur: ubi uides cum se ad regimē uel affixa destinat quo nam modo he in thau transmutet.

תּוֹרָתוֹ lex eius, תּוֹרָתְךָ lex tua, תּוֹרָתִי lex mea, תּוֹרָתָם lex eorum, תּוֹרַתְכֶם lex uestra, תּוֹרָתֵנוּ lex nostra, תּוֹרוֹתָיו leges eius, תּוֹרוֹתֶיךָ leges tuę, תּוֹרוֹתַי leges meæ, תּוֹרוֹתֵיהֶם leges eorum, תּוֹרוֹתֵיכֶם leges uestræ, תּוֹרוֹתֵינוּ leges nostræ, תּוֹרוֹתֶיהָ leges eius, תּוֹרוֹתַיִךְ leges tuæ, תּוֹרוֹתַי leges meę, תּוֹרוֹתֵיהֶן leges earum, תּוֹרוֹתֵיכֶן leges uestræ.

Quomodo eruendum thema.

EX his omnibus per nos hacte nus expositis facilius scies id, quod in lingua hebraica maxime dicitur artis esse, ac inge nij singularis laudatissimum indicium, cum omnis dictio aut primitiua sit aut deriuatiua, exuere nomen deriuatiuum singulis uestibus ad nuditatem quous que appareat primitiuum: latine prius tecum agam. Exempli gratia si hoc no men pluralis numeri, hę inhonorificabi litudines, uelis ad primitiuum statum re digere, quid facies: decorticabis illud o mnibus tunicis quousque absolutum ap pendicijs appareat primitiuum, sic: Reijce primo articulum hę: secūdo com positionem primam qua ligatur cum præpositione in: tertio compositionem qua ligatur cum ifica, à facio: quarto ter minationem uerbalem aptitudinis quæ est bilis: quinto terminationem abstracti onis quæ est tudo; sexto casualem inflexionem genitiui, quæ est din: septimo numeralem terminationem es. Separa tis igitur hę, in, ifica, bili, tudin, es, quid remanet: certe nudum illud quod nomi namus honor: ecce primitiuum. Nunc pariter operare in hebraicis. Ad cuius faciliorem aditum scire te iubeo, quod apud Hebræos secundum communem & uulgarium morem plerunque omnia primitiua tres habent literas, quibus su um cuique corpus constituitur. Quanquā autem inueniantur dictiones etiam pri mitiuæ quæ uel duabus uel quatuor aut forte quinque literis scribantur, tamē pro pter earum paucitatem non abrogabūt hoc meum decretum. Vix enim regula datur ulla sine exceptione. Si ergo me mineris in prioribus capite secundo tibi me præcepisse totum alphabetum, id est, unum omnium literarum uersum in duas æquales partes esse diuisum, quarum in ordine primo מַט סֵפֶר גֵּעַ צֶרֶק sunt literæ de substantia dictionis, quæ reijci nequeunt, & in ordine secundo sunt literæ אֶתְכַּנֵּה מִשְׁלֵי בו quæ aliquando sunt accidentales & reijci pos sunt, aliquando autem substantiales quę reijci non possunt: erit prima consydera tio tua in quolibet deriuatiuo, sit ne ali qua primi ordinis litera in eo, & illam reponito mihi saluam: secunda consy deratio tua erit, ut recorderis acciden talium capitalium אֶלְבַּשׁ quæ ueni ent in principio dictionum, reijciendæ si fuerint accidentaliter separabiles. si militer תָּבֵן חַיִּים quæ uenient in fine dictionum reijciendæ si fuerint ac cidentales. Adhuc tertiam consyde rationem habebis in uerbo הֶאֱמַנְתִּי quod continet literas per quas fiunt no mina

mina uerbalia & denominatiua, de quibus paulo superius in hoc libro mentionem fecimus, cum de abundantia literarum scriberemus. Istis omnibus cōplexis sic accidētales abijce: primo compositionem, secūdo articulum, tertio appensilē deriuationis, quarto genus, quinto declinationem, sexto epēthesin & paragogen. Fac periculū & sume aliquod nomen: si uis, esto prima dictio biblię in principio בְּרֵאשִׁית quæ habet sex literas, de quibus tantum tres sunt quæ corpus primitiui constituunt: primo beth quod ualet in præpositionem consignificatiuam, est reijciēdum, ex regula de articulis in quinto posita: res autem litera substātialis est, & ideo reijci non potest, ut paulo superius patuit, iod & thau faciunt terminationē generis fœminini numeri ordinalis quorū masculina in iod desinunt, ut suprà de nominibus ordinalibus secundę declinationis: quare terminatio ית reijcienda est. Quia uero ad literam substantialem quæ ante omnia mansit salua, egebimus adhuc duabus literis ut ternarius primitiui compleatur, relinquemus aleph & sin usquequaq; intacta, & supererit ראש primitiuum huius uocabuli bresith, quod in nostro dictionario secundum ordinem alphabeti quære diligenter & inuenies significatū eius. Rursus elige tibi aliam dictionem: uis unam de Psal. 1. וּבְתוֹרָתוֹ id est, & in lege eius, primo uau, id est, &, est consignificatiua particula, ergo reijcienda: secundo beth, id est, in, pari modo: tertio thau, primum facit nomen uerbale quia legere deberemus, & in institutiōe eius, pro eo quod dicimus & in lege eius: quia uero sic erit litera hæemanthi, iccirco reijcienda est. Quarto thau secūdum pro he commutatum est, propter statum regiminis, ut supra docuimus: quinto uau finale est affixum ergo reijciendum. Res uero litera una de substantialibus est, & ergo mansiua. Quod si optámus nobis reseruare tres literas, nihil superest amplius quam uau, res, he. Constat autem ex dictionario de uau litera, quoties possit fieri principium dictionis, & quod omnino hic esse nō possit. Quid ergo? memineris iam quod ipsius thau & he facilis & symbolicus est transitus: pone ergo הֹרה (quatenus holem suppleat uau) primitiuum eius, cuius significatum tunc quære in dictionario. Similiter age in cęteris, & uehementer exerce industriam tuam: hoc enim tibi proderit ad intelligentiam pene uniuersorum hebraicę biblię nominum. Nec te reiterati laboris tædeat, si primo frustra quodlibet nomen discerpseris, nec primitiuū multicoloribus uestitū rectè denudaueris. Sic enim te continua inquisitione in dictionario nostro fatigabis, quousq; tādem cum insigni triumpho uictor euades. Sed iam ad secundam partem orationis transeamus.

Secernuntur hebraica uerba in octo ordines. Primus habet uerba perfecta, quæ scilicet nullā amittunt radicalem literam ob quancunq; inflexionem. Secundus habet uerba defectiua: hoc est, quæ primam radicalē habent nun, quæ in imperat. infinit. futuro & hiphil plerunq; abijcitur & loco eius dagessatur secunda radicalis. Tertius complectitur uerba quiescentia in prima radicali iod, & ea sæpe faciunt iod quiescere in uoce magna. Quartus habet uerba quiescentia in media radicali uau, in quibus scilicet loco uau sub prima radicali ponitur uox magna, idq; in præterito et in participio. Quintus ordo habet uerba quiescentia in tertia radicali he uel aleph. Quæ in he desinunt, mutant certis modis he in iod. Sextus ordo habet uerba descendentia ex duplicantibus secundam radicalem, abijciuntq;

unam

unam radicalem & loco illius altera dagessatur. Septimus habet uerba quiescentia in prima iod uel aleph & quiescentia in tertia he, aut deficiētia in prima nun & quiescentia in tertia he. Octauus habet uerba quæ quatuor aut quinq; constant radicalibus literis.

De Verbo.

Hebraicorum uerborū, alia sunt perfecta & alia imperfecta. Perfecta dicunt quæ tres cōtinent substātiales literas, ut פָּעַל Imperfecta sunt, quę aut aliqua substantialiū carent aut abundāt. Quæ uero abūdant appellamus grauia, aut à numero literarum quadrata, ut ר רוֹמֵם Quæ autē carent, uocant defectiua. Imperfectorū item, quædam sunt compositorū, quædā simplicia. Composita sunt quorū partes uerba fuerunt, ut בִּלְבֵּל כִּבְכֵּך Simpliciū deniq; alia sunt defectiua literarum, ut אָךְ אֵט Alia defectiua uocum, ut יַשִׁיא יַיְרָא Accidentia uerborum sunt plurima, tam à Græcis quam à latinis artificiose tractata, quorū magnam partē hoc in libro rudimentorū ex nulla desidia omittimus, tantum necessaria sermoni hebraico cōplexi, erudiendis init[i]a subministrantes. Verbo itaq; accidunt personę tres, quas more Hebræorum enumerabimus. Sūt autē hæ: Tertia, de qua loquimur. Secūda, ad quam loquimur: & prima, quę loquitur. Numeri contra usum Græcorū duo tantum. Singularis & pluralis. Genera naturalia duo, masculinum & fœmininum. Tempora tria: Præsens, præteritum, & futurum. Modi sunt tres. Indicatiuus, Imperatiuus, & Infinitiuus. Significationes sunt, quas Gręci διαθέσεις id est, dispositiones nomināt tres. Actio, passio, medietas. Ex his oriuntur duo status uerborum, Absolutus & trāsitiuus. Absolutus ut sto, sedeo. Transitiuus diuiditur in tria. Primo enim inuenitur uerbū quod de sui natura esset transitiuū, sed oratione nostra stare cogitur. Virgilius 4. æneidos: dixerat, ille Iouis monitis immota tenebat lumina, id est, Dido erat loquens: ultrà non transit, quasi hoc innueret interloquendum ille non mouebatur. Sic in Ægloga tertia. Alternis dicetis, amant alterna camœnæ: id est, esto te cantantes. nec longius progreditur. Secūdo datur aliquod uerbū quod transfert actionem suam in alterum tantum, & ibi sistit, ut Virgilius in 4. æneidos: Dixitq; nouissima uerba. Tertio se offert quandoq; uerbum, quod non solū transit in alterum uerum etiam illud alterum cogit operationem suam ultra transferre in tertium, ut si dicerem: Scriptifico te literas. Detur mihi uenia etiā ex Lucretij autoritate, ut ipse ait, propter egestatem linguę & rerum nouitatem. Ecce quomodo facio scribere transiret in te, & tamen in te non quiesceret sed ultra transiret in aliquod tertium, scilicet in literas scribendas: & hoc uocatur transitiuum tertij. Vnde poteris discere tria officia uerbi trāsitiui, ꝙ tibi maxime ꝓderit in cōiugatiōibus & earum significatis.

De coniugationibus.



Oniugatiōes uerborū sunt quatuor, prima פָּעַל secūda פִּעֵל tertia הִפְעִיל quarta הִתְפַּעֵל De prima cōiugatiōe generaliter primo dicemus. Habet aūt ea tres terminationes, scilict a. e, o, semp remanēte camez in prima syllaba, ut שָׁכַן מָלֵא יָכֹל Quas si uelis memoriæ commendare, poteris plane hoc uno uersu qui legit Exo. quadragesimo: ולא

וְלֹא יָכֹל מֹשֶׁה לָבֹא אֶל אֹהֶל מוֹעֵד כִּי שָׁכַן עָלָיו הֶעָנָן וּכְבוֹד יְהוָה מָלֵא אֶת הַמִּשְׁכָּן Nec poterat Moses ingredi tectum fœderis nube operiente omnia, & maiestate domini coruscante quę cuncta impleuerat: ubi hebraice insunt scripta hæc tria exempla. Nominatur sane coniugatio ista leuis, quia nullo luxu augetur, nulla literarum copia gaudet, nihil accipit extraneum primitiuo, sed tantum eas coniungi patitur literas, quę necessario ad cognoscendum personas genera & numeros adducuntur: quæ sunt fundamenta coniugationis, & ideo illa nos utemur in præsenti opere pro fundamento omnium uerborū hoc modo.

Preteriti temporis generis masculini.

פָּעַל Fecit, פָּעַלְתָּ fecisti, פָּעַלְתִּי feci, פָּעֲלוּ fecerunt, פְּעַלְתֶּם fecistis, פָּעַלְנוּ fecimus.

Generis fœminini.

פָּעֲלָה fecit, פָּעַלְתְּ fecisti, פְּעַלְתֶּן fecistis.

Regula. In omni coniugatione preteriti temporis prima persona & tertia utriusq; numeri sunt generis cōmunis, ut hic cernis: quia apponuntur tam uiro quam mulieri. Altera: In distinctione, membro, uel termino, patha huius coniugationis mutatur in camez: Gen. 21. וַיהוָה פָּקַד אֶת שָׂרָה כַּאֲשֶׁר אָמָר Visitauit autem dominus Saram sicut promiserat: sic Psalmo primo. וּבְדֶרֶךְ חַטָּאִים לֹא עָמָד וּבְמוֹשַׁב לֵצִים לֹא יָשָׁב Et in cathedra pestilētię non sedit. Similiter quando uerbum est in statu regiminis seu perpetuæ constructionis & habet accentum in penultima uel etiam quandoq; in ultima tunc iterū mutat patha in camez. Exemplum primi Genesis 1. וְלַחֹשֶׁךְ קָרָא לָיְלָה Et tenebras appellauit noctem. Exemplum secundi. 3. Regum decimoseptimo. Nō enim plueret, Hebraice sic, Non fuit pluuia: ubi hoc uerbum הָיָה fuit est pręsentis coniugationis & tamen scribitur per duo camez: sed & hoc ipsum uerbū substantiuum alias quoque consueuit exorbitare.

Hæc negligenda sunt, quia omnia uerba quinti ordinis desinunt in camez.

Tertia regula. Terminatio prima huius coniugationis seruat patha secundę personæ ac deinceps in secunda syllaba, & accentus cadit in eandē & signat thau dagessatum puncto camez. Idq; non solum in primitiuis suis, uerū etiam in coniugationibus sequentibus à se deriuatis. Excipiuntur aliqua per iod aucta, quę patha in hirek transmutāt, quorum pauca exempli gratia hic pono.

עָשָׂה עָשִׂיתָ בָּנִיתָ קָנִיתָ רָאִיתָ אָפִיתָ רָ חָצִיתָ

Omnia uerba quinti ordinis mutant he in iod, in prima & secunda persona præteriti.

Tamen iod quandoq; deficit ut 3. Regū octauo. הַבַּיִת אֲשֶׁר בָּנִתִי לִשְׁמֶךָ Domū quam ædificaui nomini tuo. Vbi massora seu scholion super uerbo ędificaui adnotatur scilicet, In alijs libris cum iod, hæc in defectiuis infra tractanda essent. Accentum autem non semper seruant in penultima sed quandoq; in ultima, præsertim quando eis præponitur uau. Sed iam oblitus promissi ausus sum te solidiore cibo pascere quam ab incunabilis ferre possis. Quare ad rudimenta redeamus. Secunda terminatio mutat zere in patha, חָפֵץ Voluit, cupiuit, placuit. Genesis 34. Amabat enim puellam

pausa mutatur
(?)sa in camez,
cū est in statu re-
minis. et hec accent(?)
in penult.ª et q(?)
ult.ª

Nota,

tã ualde: hebraice sic. חָפֵץ בְּבַת יַעֲקֹב

Complacẽtiam habuit in filia Iacob. Coniugatur in secunda persona חָפַצְתָּ Psalmo 51. הֵן אֱמֶת חָפַצְתָּ Ecce enim ueritatem dilexisti. Tertia terminatio seruat holem, ut Deuteron. 28.

אֲשֶׁר יָגֹרְתָּ id est, quas timuisti. Et etiam transfert accentum de penultima in ultimam quãdo ei uerbo pręponitur uau.

Tertia persona pluralis numeri seruat camez in prima & patha in penultima, prӕterquam in distinctione, mẽbro & termino, ubi mutat patha in camez. Patit etiã in multis casibus alijs ἀλλοτητε ut in figuris con structionis. Numeri 20. וַיָּבֹא מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן וַיִּפְּלוּ Ingressusq́ est Moses & Aaron & corruerũt, & sic de alijs, & accipit paragogen nun.

Secunda persona pluralis numeri notat primam puncto seua & mediam per patha & ultimã, hoc est, ipsum thau per sęgol: inuenitur tamen hirek quandoq; loco patha & aliquando sęgol uel zere, sed non est regulare: Semper autem & indistincte accentus in ultima, siue uau pręponatur seu non pręponatur.

Presentis temporis generis masculini.

פּוֹעֵל facio, פּוֹעֲלִים faciunt. Et assimilantur nominibus eorumq́ regulas sequuntur.

Presentis temporis generis fœminini.

פּוֹעֶלֶת facit mulier, uel פּוֹעֲלָה facit mulier.

Non tamen semper penultima sic per sęgol scribitur, sed quandoq; in termino per camez ut Ecclesiastis primo.

וְהָאָרֶץ לְעוֹלָם עֹמָדֶת Terra autẽ in ęternum stat: & pluraliter פּוֹעֲלוֹת faciunt mulieres: & per omnia imitatur nomina secundę declinationis. Et habet hęc forma tres literas fundamentales. Nam uau tantum loco holem interijcit. Sępe enim sacra scriptura utitur hac forma sine uau: ut Ezechielis 22.

אִישׁ גֹּדֵר גָּדֵר Virum qui interponeret sepem. Sequitur forma uerbi cuius actio iam perficitur in pręsenti, per camez & surek.

Generis Masculini.

פָּעוּל fit, פְּעוּלִים fiunt.

Generis Fœminini.

פְּעוּלָה fit, פְּעוּלוֹת fiunt.

Sic Zacharię 3. וִיהוֹשֻׁעַ הָיָה לָבוּשׁ בְּגָדִים צוֹאִים Et Iesus erat indutus uestibus sordidis. Quod uerbum si secundum proprietatem linguę hebraicę exponeretur, deberet dici: Iesus erat iam fiens indui, uestibus. Sed latinitas respuit hunc morem: ęstimatur uero quasi adiectiuum. Transeo ad tempus futurum indicatiui modi quod personas conuertit propter quoddam memoriale nomẽ quod in se continet quatuor literas, & dicitur אֵיתָן Aleph pręponitur primę personę numeri singularis, iod tertię, thau secundę, nun primę numeri pluralis. Et rursus iod & thau reliquis. Coniugatur autem sic: In masculino genere, & numero singulari.

אֶפְעַל faciam, uel אֶפְעוֹל faciam, יִפְעַל faciet, uel יִפְעוֹל faciet, תִּפְעַל facies, uel תִּפְעוֹל facies, uel תִּפְעַל Generis fœminini, תִּפְעֲלִי תִּפְעַל uel תִּפְעֲלִי

In numero plurali generis masculini.

נִפְעַל faciemus, uel נִפְעוֹל faciemus, יִפְעֲלוּ facient, uel יִפְעֲלוּ facient, יִפְעֲלוּ facient: תִּפְעֲלוּ facietis, uel תִּפְעֲלוּ Et pluraliter generis fœminini תִּפְעַלְנָה facietis facient, תִּפְעַלְנָה facietis facient,

In hoc

In hoc modo futuri temporis istud uelim discas, primam personam utriusq; numeri communem esse tam uiris quã mulieribus. Est itaq; omnis prima persona utriusq; generis. Secundo considerabis in hac forma coniugandi idem esse uerbum secundæ personæ masculinorũ & tertiæ personę fœmininorũ. Quasi diceret legislator aliquis ad uirum, omne quod tibi iubeo audire, audiat mulier. Et quod tu uir facies, faciet mulier. Tertio mandabis memoriæ in hac tota huius futuri temporis coniugatione, solum aleph prępositiuum scribi per sægol, cætera per hirek. Quarto nota, quod licet penultima substantialis scribẽda esset regulariter per patha, quia tamen inuenio multa uerba loco patha habere camez uel propter facilem transitum in symbolicis loco camez habere holem, icciro geminaui tibi uerba, & ea partim cum patha & partim cũ holem ascripsi. Quinto non te fugiat, quod in genere fœminino & numero plurali secunda persona & tertia eodem uerbo enunciantur: ut si dicant uiri ad mulieres, facietis & facient. Vltimo nota quod secunda & tertia pluralis masculina suscipit in fine quandoq; nun, ut יפקדון תפקדון Absoluto iam modo indicatiuo cum suis tẽporibus, generibus, atq; numeris, conuertamus calamum ad secundum qui dicitur Imperatiuus. Est autem in quintuplici differẽtia: aut enim prima scribitur per patha & secunda per holem, aut prima per camez & secunda per holem, aut prima per seua & secũda per holem, aut prima per seua & secũda per patha, aut prima per seua & secunda per camez, ut,

פעל fac, פעול fac, פעול fac, uel פעל fac, פעל fac.

Exemplum primi. Ieremiæ 7.

עמוד בשער Sta in porta. Exemplum secundi. Exodi 20. זכור את יום השבת לקדשו Memento ut diem sabbati sanctifices. Exemplum tertij. Psalmo 132. זכר יהוה לדוד Memento domine Dauid. Exemplum quarti. Deuteronomij 4. שאל על ימי הקדם

Interroga de diebus antiquis. Exemplum quinti. Threnorũ 3. זכר עניי

Recordare paupertatis meæ. Coniugatur autem sic.

Generis masculini.

פעל fac, aut פעול fac. פעלו facite.

Generis fœminini.

פעלי fac, פעלנה facite, aut פעולנה facite.

Verbum gerundiuum quo fit Infinitiuus.

Multiplex est eius uarietas: aut enim ultima holem & prima camez uel seua, aut prima seua & ultima patha uel camez. Gerundium est si quando, ei præponitur una de literis בכלם במעול in faciendo, כמעל iuxta faciendum, למעול ad faciendum, מפעל à faciendo.

Quæ quidem literæ singulæ singulis istis terminationibus præponi possunt. Gerundia uero sunt, quando absoluuntur ab eisdem: ut Threnorum 3.

זכור תזכור Memoria memor ero: uerius sic: Recordando recordaberis. Quia uero gerũdia dicũtur participialia uerba, icciro sæpe exponuntur participialiter, ut Psal. 118. יסר יסרני יה

Castigans castigauit me dominus: quod uerti potuit, castigando. Et pro infinitiuis sæpe capiuntur, ut Micheæ 6.

עשות

עֲשׂוֹת מִשְׁפָּט וְלֶכֶת עִם אֱלֹהֶיךָ Facere iudiciũ & ambulare cum deo tuo. sed frequentius ad usum infinitiui praeponitur ei lamed supra notatum in Bachlam quamuis aliæ quoq; literæ etiam infinitiuum notent atq; supinum: ut Eccles. 1. לֹא תִשְׂבַּע עַיִן לִרְאוֹת וְלֹא תִמָּלֵא אֹזֶן מִשְּׁמֹעַ Non saturatur oculus uisu nec auris auditu impletur: id est, non saturatur oculus uidere nec auris audire. Et de eadem dictione ambulare, quam supra sine lamed allegaui, ponitur exemplum in eodem capitulo, Ecclesiast. 1. p lamed sic אֶל מְקוֹם שֶׁהַנְּחָלִים הֹלְכִים שָׁם הֵם שָׁבִים לָלָכֶת Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur ut iterum fluant: rectius, reuertuntur fluendo. Et ita hebraica locutio promiscue utitur gerundijs participialibus, infinitiuis atq; supinis. Venio nunc ad passiuũ in quo consyderandum tibi est, uerbum neutrum siue absolutum passiuam de se coniugationẽ non formare, precipue in hac coniugatione uerborũ leuium. Terminatur autẽ uel in patha uel in camez uel in holem, & regulatur secundũ formam actiuã unde deriuatur: & si non sit in termino seruat patha in fine. Et si uerbum incipiat ab una de uocalibus אחהע tũc præposita litera num dilatat os & per sægol notatur uel quandoq; per patha, eo quod primitiua uocalis corripitur, & uel per seua uel per hateph subsignatur. quod si eadem uocalis omnino obmutescat, tunc potest primę syllabę nun inueniri per holem punctatũ. Multa autem occurrunt quę tibi uidebũtur anomala, sed ea non regulantur secundum hanc coniugationẽ quę dicitur leuis, sed secũdum dagessatas uel alias coniugationes ordinantur. Cum uero ad hũc sis paruulus, disce ut paruulus. In reliquis eiusdẽ inflexionibus, ut in futuro, imperatiuo, & in gerundijs, quando he uel aleph repellũt nun passiuę significationis, dagessatur prima ut ostẽdatur defectus literæ nun. Hactenus de generali forma coniugandi quod ferre potes diximus, nunc specialiter ad singulas quasq; coniugationes ordine pergemus.

פָּקַד Verbum perfectũ, tertię personę, numeri singularis, generis masculini prętериti tẽporis, indicatiui modi, significationis actiuę, transitiuũ primũ, coniugationis primę, quod coniugabitur sic. פָּקַד uisitauit, פָּקַדְתָּ uisitasti, פָּקַדְתִּי uisitaui, פָּקְדוּ uisitauerunt, פְּקַדְתֶּם uisitastis, פָּקַדְנוּ uisitauimus, פָּקְדָה uisitauit mulier, פָּקַדְתְּ uisitasti, פְּקַדְתֶּן uisitastis.

Presentis temporis.

פּוֹקֵד uisitat, פּוֹקְדִים uisitant, פּוֹקְדָה uisitat mulier, פּוֹקְדוֹת uisitant.

Regulatur autem hæc forma uerborum secundum nomina quę mouentur de genere in genus, & ergo pluralis numerus masculini generis in statu regiminis deponit mem: similiter singulare fœmininum mutat he in thau: ut פּוֹקֶדֶת Inuenitur & quandoque ultima per hirek. Nec id omittẽdum est, quod uerba incipientia ab una harum literarum אחהע solent sæpe primam per holem & secundam per patha enunciare.

פָּקוּד fiens uisitatus, פְּקוּדִים fientes uisitati, פְּקוּדָה fiens uisitata, פְּקוּדוֹת fientes uisitatę. Sed qualiter in istis personę dinoscuntur? Certe ex additiõe pronominũ ego, tu, iste, nos, uos, illi, quodlibet secundum genus suum.

E indicati,

Indicatiuus futuri temporis.

איתן אפקור uiſitabo, יפקור uiſitabit, תפקור uiſitabis, נפקור uiſitabimus, יפקרו uiſitabunt, תפקרו uiſitabitis, תפקור uiſitabit mulier, תפקרי uiſitabis mulier. תפקורנה uiſitabitis, mulieres & uiſitabunt.

Imperatiuus

פקור uiſita, פקרו uiſitate, פקרי uiſita mulier, פקורנה uiſitate.

Terminantur autem ultima quãdoq; in patha, & cata paragogen additur etiam he, tunc prima ſonat camez uel ſegol & ultima camez: & ſi prima ſic ſeruaret ſeua tamẽ media recipiet camez: quod ſi ei uerbo cuius eſt uox ultima patha, ſubiungatur pariter he, tunc prima pronunciatur per hirek. De ſecunda autẽ perſona plurali maſculini generis hoc ſcias uelim, quod ſi media fuerit una de אחהע tunc prima profertur per patha, & media per hateph.

Munſt. *Litera gutturalis hatephatha punctat ſe & præcedentem literam.*

De plurali autẽ fœminino ſcias quod he finale quandoq; deponit & aliquãdo mutat holem in patha, quando ſingulare maſculinum habet patha.

Infinitiuus.

פקר uiſitare, פקר uiſitare, פקור uiſitare.

Gerundium. בכלם

בפקור in uiſitando, כפקור iuxta uiſitãdum, לפקור ad uiſitandum, מפקור à uiſitando.

Paſſiuum

נפקר Verbum perfectum tertię perſonę numeri ſingularis, generis maſculini, pręteriti tẽporis, indicatiui modi, ſignificationis paſſiuę, coniugationis primæ, quod coniugatur ſic.

נפקר uiſitatus eſt uel fuit, נפקרת uiſitatus es uel fuiſti, נפקרתי ſum uel fui, נפקרו uiſitati ſunt, נפקרתם eſtis uel fuiſtis, נפקרנו ſumus uel fuimus, נפקרה uiſitata eſt uel fuit, נפקרת es uel fuiſti, נפקרתן eſtis uel fuiſtis.

Tertia perſona pluralis numeri tenet quandoq; camez in penultima ut Pſalmo 37. לעולם נשמרו In ęternũ conſeruabuntur. Similiter tertia etiam perſona ſingularis numeri fœminini generis inuenitur habere camez in penultima & accentum in eadem, ut Pſalmo 34. אחת מהנה לא נשברה Vnum ex his non conteretur.

Præſentis temporis.

נפקר uiſitatus eſt, נפקרים uiſitati ſunt. נפקרת uiſitata eſt, נפקרות uiſitatę ſunt.

Scribiturq; ſingularis numerus maſculini generis in ultima per camez niſi fuerit in ſtatu regiminis. Et ſingularis numeri fœminini generis ultima et penultima per camez quando litera he loco thau finit dictionem. Et tunc accentus cadit in ultimam: ut Pſal. 51. רוח נשברה Spiritus contribulatus.

Futurum indicatiui.

אפקר uiſitabor, יפקר uiſitabit, תפקר uiſitaberis, נפקר uiſitabimur, יפקרו uiſitabuntur, תפקרו uiſitabimini, תפקר mulier uiſitabitur, תפקרי uiſitaberis, תפקרנה uiſitabimini & uiſitabuntur.

Nota quãdo in fine additur he, tunc ultima & penultima proferunt per camez אפקרה יפקרה Item ſecũda & tertia plur. numeri maſculini generis in termino ſeu paſek mutãt ſeua in zere, & in

fine

fine recipiunt quandoq; nun literã: coniugatur etiam sæpe per zere in primis quibusq; syllabis, maxime autem quando litera capitalis est una de אֵיתָן

Imperatiuus

הִפָּקֵד uisitatus sis, הִפָּקְדוּ uisitati sitis,
הִפָּקְדִי uisitata sis, הִפָּקַדְנָה uisitatę sitis.

Personę hę dagessantur propter defectum literę nun, significationem passiuam denotantis, & pluralis masculinus si ponitur in termino ipsius athnah uel pasek seruat zere: ut Ieremię 9.

אִישׁ מֵרֵעֵהוּ הִשָּׁמֵרוּ Vnusquisq; se à proximo suo custodiat: secundũ hebraicam ueritatem sic, unusquisq; à proximo suo custodiamini: & sequitur:

וְעַל כָּל אָח אַל תִּבְטָחוּ Et in omni fratre suo non habeat fiduciam, hebraice sic: Et in omni fratre ne confidatis: & ita sunt ambo secundę personæ.

Infinitiuus

הִפָּקֵד uisitari & quandoq; deponitur he, quãdo prępositum beth expellit he, quandoq; ponitur aleph loco he.

Secunda Coniugatio.

פִּקֵּד Verbum graue tertię personę numeri singularis generis masculini, tẽporis præteriti, indicatiui modi, significationis actiuæ, transitiuum secundum, coniugationis dagessatæ: quod coniugabitur sic.

פִּקֵּד פִּקְּדָה פִּקַּדְתָּ פִּקַּדְתְּ פִּקַּדְתִּי פִּקְּדוּ פִּקַּדְתֶּם פִּקַּדְנוּ
פִּקַּדְתֶּן

Tertia singularis masculini recipit terminationes zere & patha, & prima per hirek enunciatur: & semper media litera dagessatur nisi fuerit uocalis uel res litera: nam illa non dagessabitur, sed scribetur prima per zere & secunda per camez: sæpe autem utrunque per zere, atq; est quando prima per zere punctatur & secunda per patha: exempla omnium uidebis legendo studiose bibliam hebraicam.

Pręsentis temporis.

מְפַקֵּד מְפַקְּדִים מְפַקֶּדֶת מְפַקְּדוֹת

Non dagessantur אחהער quantũuis uerba sint istius formę. Item fœmininum singulare recipit etiam he finale cum camez pro thau, & tunc sægol mutatur in seua antecedens, quanquã idem in termino mutetur in zere.

Adiectiuum uerbum

Sic enim posthac breuitatis causa הַפָּעוּל nominabo.

מְפֻקָּד מְפֻקָּדִים מְפֻקָּדָה מְפֻקָּדוֹת

Et cum אחהער kybuz mutatur in holem, raro in surek, ut מְבוֹרָךְ

Singulare fœmininum recipit etiam he finale loco thau, & mutantur ambo zere in duo camez.

Futurum indicatiui.

אֲפַקֵּד יְפַקֵּד תְּפַקֵּד נְפַקֵּד יְפַקְּדוּ תְּפַקְּדוּ
תְּפַקֵּד תְּפַקְּדִי תְּפַקֵּדְנָה

Et cum אחהער mutatur patha in camez, pręter pauca.

Imperatiuus

פַּקֵּד פַּקְּדוּ פַּקְּדִי פַּקֵּדְנָה

Infinitiuus

פַּקֵּד pronunciatur quandoq; ultima per holem.

Passiuus.

פֻּקַּד Verbum passiuæ uocis deponẽtale cuius agẽs non exprimitur, quod coniugatur sic.

פֻּקַּד פֻּקְּדָה פֻּקַּדְתָּ פֻּקַּדְתִּי פֻּקְּדוּ פֻּקַּדְתֶּם פֻּקַּדְנוּ
פֻּקַּדְתְּ פֻּקַּדְתֶּן

Pręsens adiectiuum

מְפֻקָּד מְפֻקָּדִים מְפֻקָּדָה מְפֻקָּדוֹת & scribitur semper media substantialis litera per camez

mez preter admodũ pauca. Sequiť איתן Futurum indicatiui אפקר יפקר תפקר נפקר יפקרו תפקרו תפקר תפקרי ת תפקרנה Cum literis אחהע inuenitur kybuz mutatũ in holem uel surek, & secunda masculini pluralis quandoq; pronunciatur loco kybuz camez. Imperatiuum non habet. Infinitiuus פקור uel פקר

Tertia Coniugatio.

הפקיר Verbum graue tertię personę numeri singularis generis masculini, tẽporis preteriti, indicatiui modi, significationis actiuę, transitiuum tertiũ coniugationis tertiæ, quod coniugabiť sic. הפקיר הפקרת הפקרתי הפקירו ת הפקרתם הפקרנו הפקירה הפקרת רת הפקרתן Ideo dicitur graue, quia addit aliquid extraneũ supra inflexionem, scilicet he in prima & iod in ultima: sic & adhuc in sequentibus quoq; mem: & diligenter hoc discas uelim, quãdo post he sequitur litera uocalis tantum, ut sunt אהחע tunc in hac coniugatione he notatur per segol: ut האזין Presentis tẽporis מפקיר מפקירים מפקירה מפקירות Et sequẽte post mem אהחע illa notatur per hatephpatha מאריך Adiectiuũ uerbum מופקר מופקרים מופקרה מופקרות Et cũ literis אהחע prima camez, secunda hatephcamez מאחז Futurũ indicatiui אפקיר יפקיר תפקיר נפקיר יפקירו תפקירו תפקיר תפקירי תפקרנה

Et cum literis אהחע sic אאריך & si ultima substãtialis fuerit gutturalis, pronunciabitur ultima per patha א אשמיע Alias sæpe reperitur prolatio zere in ultima, secundum Rabi Mosen filiũ Ioseph Kimhi in introductorio.

Scilicet ain uel heth.

Imperatiuus

הפקיר הפקירו הפקירי הפקרנה

Enunciatur etiam masculinum singulare & per zere & per patha: & in distinctione, loco patha camez.

Infinitiuus הפקר & cata prothesin בהפקיר iod cum hirek in ultima.

In hac coniugatione notabis & obliuioni non trades huius uerbi tres esse conditiones: potest enim quandoq; inueniri neutrale intransitiuum ac absolutũ, ut quando nullum habet uerbum leue primæ coniugationis: ut החריש tacuit. Quarto Regum decimo octauo. ויחרישו העם Tacuit itaq; populus. Potest & inueniri transitiuum in secundum, ut quando habet uerbum primitiuum leue quod est neutrale uel absolutum, ut הקים erexit scilicet aliquid uenit enim à prima coniugatione uerbi absoluti קם quod significat surgere. Potest ultimo esse transitiuũ in tertium: ut quando deriuatur à uerbo leui quod ipsum met sit transitiuum in secundum: ut הזכיר meminisse fecit. Exodi 20. בכל המקום אשר אזכיר את שמי אבוא אליך וברכתיך In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei ueniam ad te & benedicam tibi: quod non est secundum linguæ hebraicæ proprietatẽ translatum. Esset enim contra id quod Christus noster in Euangelio locutus est Matthæi septimo cum ait: Non omnis qui dic e mihi domine & cætera, sed sic debet interpretari: In omni loco quo faciam meminisse nominis mei ueniam ad te. Et hic est tractus patris de quo dicit: Nisi pater meus traxerit eum. Ponitur

nitur enim in textu אַזְכִּיר id est, faciam meminisse, uel faciam recordari.

Passiuum Hiphil.

הָפְסַר Verbum passiuę uocis deponentale cuius agens non exprimitur coniugatur sic.

הָפְסַר הָפְסְרָה הָפְסַרְתָּ הָפְסַרְתִּי הָפְסְרוּ הָפְסַרְתֶּם
הָפְסַרְנוּ הָפְסַרְנָה הָפְסַרְתְּ הָפְסַרְתֶּן

Præsentis temporis

הָפְסָר הָפְסָרִים הָפְסָרָה הָפְסָרוֹת

Futurum indicatiui.

אוּפְסַר יוּפְסַר תּוּפְסַר נוּפְסַר יוּפְסְרוּ
תּוּפְסְרוּ תּוּפְסַר תּוּפְסְרִי תּוּפְסַרְנָה

Si prima litera substantialis fuerit gutturalis notatur aleph per camez uel holem, & substantialis litera per hatephcamez. Imperatiuus deest in omnibus huius formę uerbis. Infinitiuus הָפְסַר uel per zere, ut הָחֵל Et secundũ rabi Mosen Kimhi in introductorio הוּפְסוֹר

Quarta Coniugatio.

הִתְפַּסֵּר Verbum graue, tertię personę, numeri singularis, generis masculini, temporis pręteriti, indicatiui modi, significationis communis, reflexiuum actionis & cõiugationis quartę, quod cõiugabitur sic:

הִתְפַּסֵּר הִתְפַּסְּרָה הִתְפַּסַּרְתָּ הִתְפַּסַּרְתִּי הִתְפַּסְּרוּ ה
הִתְפַּסַּרְתֶּם הִתְפַּסַּרְנוּ הִתְפַּסֵּרְנָה הִתְפַּסַּרְתְּ
הִתְפַּסַּרְתֶּן

Actio siue passio huius uerbi non est ab alio sed à semetipso: quare differt à superioribus cõiugationibus. Cum enim cętera uerba aut sunt absoluta aut transitiua, hoc inuenitur esse retransitiuũ tanquam inter actiuum & passiuum quodammodo medium. Quãdo enim dicit dominus ad Iacob Genesis 28.

הָאָרֶץ אֲשֶׁר אַתָּה שֹׁכֵב עָלֶיהָ לְךָ אֶתְּנֶנָּה
וּלְזַרְעֶךָ וְנִבְרְכוּ בְךָ כָּל מִשְׁפְּחוֹת הָאֲדָמָה וּבְזַרְעֶךָ Terram in qua dormis tibi dabo & semini tuo, & benedicẽtur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Dat intelligere quod à deo benedicente benedicẽtur, quia illic passiuum est & præsupponit actiuum suum, & nihil ad hunc locum. Quando autem loquitur ad Ishac Genesis 26.

וְהִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ

Et benedicẽtur in semine tuo omnes gentes terrę, Hoc innuit quod reflectẽt super se benedictionem. Tunc enim hoc uerbum benedicentur est istius coniugatiõis, & significat quod dominus benedicit actiue & semen Ishac benedicetur passiue. Sed omnes gentes conuertent eam benedictionem quæ actiue & passiue facta est, super se. Vt autem intelligas quomodo significatio huius uerbi à se incipiat & retranseat in se, uide Deuteronomij 29. וְהִתְבָּרֵךְ בִּלְבָבוֹ לֵאמֹר שָׁלוֹם יִהְיֶה לִּי Benedicat sibi in corde suo dicens, pax erit mihi, ubi paulo superius iam citatum uerbum ponitur, & cognosces quod pro commoditate orationis nunc actiue nunc passiue exponitur. Accipit autem hoc uerbum omnia accidentia præcedentium uerborum & dagessatur sicut secunda coniugatio & augmentum patitur non solum in he, sicuti tertia, uerum etiam in thau quod sibi est propriũ: ultima syllaba quandoq; enuntiatur per zere secũdum Rabi Mosen Zeiag in libro intellectus boni, quãdoq; etiam per segol secundũ rabi Moysen Kimhi in suo introductorio. Media syllaba seu media litera substantialis si fuerit אחהער tunc prima litera substantialis recipit camez ut הִתְבָּרֵךְ fallit hoc aliquando in he & heth dum patiuntur

patha ante se. Item manet he ante thau in prǽterito indicatiui & in imperatiuo: sed in præsenti & futuro deficit he & remanet thau, eo quod pręsens superaddit sibi mem & futurum superaddit sibi איתן Et scripsit literatissimus Rabi Dauid Kimhi in arte grãmatica titulo de ordine octauo, id quod tu maxime omniũ (si me amas) perpetuę cõmendabis mẽmoriæ, quod in hac coniugatione thau semper pręcedat literam primã substantialem, exceptis זס שצ quæ transuertunt & se promouent ante thau: ut cum regulariter dicendum esset התשמר יתשמר quia tamen schin substantialis litera est una de iam dictis, iccirco pręponendum est schin & postponẽdum thau cata hysteron proteron figurã siue per metathesin, id est, transpositionem literarum. Michee 6. וישתמר חקות עמרי Et custodi pręcepta Amri, quod in tertia persona sic ponitur וישתמר Sic Ecclesiastis 12. ויסתבל החגב Et impinguabitur locusta, id est, onus susci piet: quod scribitur sic ויסתבל cuius primitiuum est סבל baiulauit. Sic de zade Genesis 44. מה נצטדק Quid iuste poterimus obtẽdere, ubi ponitur נצטדק cuius primitiuum est צדק Ponitur autem hic teth pro thau propter faciliorem modum loquẽdi, sicut etiam in lingua Chaldaica, quę plurimum hebraicę consonat, daleth loco thau post zain in ea forma solet poni. Ab huiusmodi trãspositione literarum excipitur unum in Ieremia uerbum והתשוטטנה ne multa teth coinciderent ad euitandũ cacophaton. Nunc ad præsens tempus transeamus. Pręsentis temporis.

uel מתפקד מתפקדים מתפקדת

או מתפקדת מתפקדות

Futurum indicatiui איתן

אתפקד יתפקד תתפקד נתפקד יתפקדו תתפקדו תתפקד תתפקדי תתפקדנה

Imperatiuus התפקד התפקדו התפקדי התפקדנה

Ecce in hoc non uides differentiam à præterito nisi in significatione modi: & inuenitur ultima per patha cum literis gutturalibus.

Infinitiuus התפקד uel etiam ultima per zere,

Sequitur forma prolationis passiuæ.

Hæc forma non inuenitur nisi forte in uno aut altero uerbo anomalo.

הותפקד הותפקדת הותפקדתי הותפקדו הותפקדתם הותפקדנו הותפקדה ה הותפקדת הותפקדתן

Præsens מותפקד מותפקדים מותפקדת מותפקדות

Futurum indicatiui אותפקד יותפקד תותפקד נותפקד יותפקדו תותפקדו תותפקד תותפקדי תותפקדנה

Imperatiuo caret. Infinitiuus הותפקד

Quadrata.

De uerbo cui ascribitur uau in principio scias quod illud sit propter coniugationem perfectorum quæ geminant literas, uel eorum quæ mediam substantialem absorbent. Et propter quatuor literas dicitur coniugatio quadrata. Cuius inter uerba perfecta hoc tibi dabimus exemplum, siue ultima per zere seu patha.

Hæc coniugatio locum habet in uerbis habentibus mediam radicalem uau quiescentem, quæ loco dages in piel duplicant tertiam radicalẽ ut à סום surrexit fit סומם erexit. In perfectis præter unum aut alterum exemplum non inuenies.

Præteri

Præteritum indicatiui

שׁוֹפֵט שׁוֹפַטְתָּ שׁוֹפַטְתִּי שׁוֹפְטִי
שׁוֹפַטְתֶּם שׁוֹפַטְנוּ שׁוֹפְטָה שׁוֹפַטְתְּ
שׁוֹפַטְתֶּן

Præsens

מְשׁוֹפֵט מְשׁוֹפְטִים מְשׁוֹפֶטֶת
מְשׁוֹפְטוֹת

Adiectiuum uerbum

מְשׁוֹפָט מְשׁוֹפָטִים מְשׁוֹפָטָה
מְשׁוֹפָטוֹת

Futurum

אֲשׁוֹפֵט יְשׁוֹפֵט תְּשׁוֹפֵט נְשׁוֹפֵט יְשׁוֹפְטוּ
תְּשׁוֹפְטוּ תְּשׁוֹפֵט תְּשׁוֹפְטִי תְּשׁוֹפַטְנָה

Imperatiuus

שׁוֹפֵט שׁוֹפְטוּ שׁוֹפְטִי שׁוֹפַטְנָה

Infinitiuus שׁוֹפֵט

Finis uerborum grauium, sequuntur defectiua.



QVemadmodum perfectorum coniugationes Dionysi frater intelligeres, quãtum ad rudes & uix dum initiatos pertinet, à me satis explicatum arbitror tractatu superiore: sequitur ut defectiuorum quoq; genera persequar, quæ à perfectis ducunt originem. Scripsi autem in uerborum capite quod quędam deficerent literis, quædam uocibus. Adhuc tibi addo & illud, quod quędam deficiunt in primis, quædam in medijs, & quędam in ultimis. Quæ igitur in primis deficiũt literis, sunt uerba quorum primitiua uel à nun uel à lamed incipiunt. Nun ut נָגַשׁ lamed ut לָקַח

Inuenitur autem tantum unum cum lamed, quod scilicet hic descriptum uides.

Experiamur quomodo nun uel lamed deficit in primis. Verbum leue, pręteritum נָגַשׁ נָגַשְׁתָּ Præsens נוֹגֵשׁ Futurum absorbet nun literã אֶגַּשׁ יִגַּשׁ Et quandoq; ultima per holem & uertitur communiter seua in camez in termino scilicet pasek. Deberet autem regulariter dici אֶנְגַּשׁ sed quia deficit nun, ideo additur literę sequenti, scilicet gimel, punctus dages, ad denotandum illum defectum. Imperatiuus נְגַשׁ sed defectiue גַּשׁ גְּשִׁי & quandoq; per zere; & additur aliquando in fine he tunc enunciatur per camez. Passiuum pręteritum נִגַּשׁ נִגַּשְׁתָּ uide quomodo unum nun repellit alterum. Sicut enim dico נִפְקַד in passiuo, ita deberem dicere נִנְגַּשׁ ergo cum unum nun deficit, ponitur dages ad denotandum defectum: & sic in omnibus sequentibus, ne sit multis uerbis opus. Pręsens נִגָּשׁ Futurum אֶנָּגֵשׁ יִנָּגֵשׁ Ecce alterum nun repellit alterum. Imperatiuus הִנָּגֵשׁ הִנָּגְשִׁי Infinitiuus הִנָּגֵשׁ Forma הִפְעִיל quod regulariter proferretur הִנְגִּישׁ dicitur defectiue הִגִּישׁ הִגַּשְׁתָּ Pręsens מַגִּישׁ Adiectiuum uerbum מֻגָּשׁ Futurũ אַגִּישׁ יַגִּישׁ Imperatiuus הַגֵּשׁ uel הַגִּישׁ הַגִּישִׁי Infinitiuus הַגִּישׁ Deponentale pręteritum הֻגַּשׁ הֻגַּשְׁתָּ Futurum אֻגַּשׁ Infinitiuus הֻגַּשׁ Et sicut de nun ita de lamed.

Quomodo iod uel aleph deficit in primis.

יָרַע Primæ coniugationis coniugatur יָרַעְתָּ יָרַעְתִּי Præsens יוֹרֵעַ יוֹרְעִים יוֹרַעַת יוֹרְעוֹת uel pro fœminino singulari יוֹרְעָה & si non sint א אהוע tunc tam ultima quam penultima proferuntur per sægol. Adiectiuum uerbum יָרוּעַ Futurum defectiue אֵרַע יֵרַע & quandoque per hirek. Imperatiuus יְרַע & defectiue רַע רְעִי Infinitiuus רַעַת

Vt יֵשֵׁב sedit, וּשְׁבָת

Memento dages notare defectū, & post hac recorderis uelim.

Hic non designat dages defectum, quia est dages leue quod solum indicat literam non aspere proferendam.

Nūc passiue נוֹדַע נוֹדַעְתָּ & sic uau est substantialis litera & ponitur loco iod primitiui, nā facilis est literarū אֶהֱוִי commutatio. Præsens נוֹדָע נוֹדָעִים Futurum ecce אִוָּדַע יִוָּדַע תִּוָּדַע Et aliud futurum אִוָּדַע יִוָּדַע tetrasyllabum. Imperatiuus הִוָּדַע הִוָּדְעִי Infinitiuus הִוָּדַע Tertię coniugationis præteritum הוֹדִיעַ הוֹדַעְתָּ Præsens מוֹדִיעַ Adiectiuum מוֹדָע Futurum אוֹדִיעַ תּוֹדִיעַ Imperatiuus הוֹדַע הוֹדִיעִי Infinitiuus הוֹדִיעַ

Deponentale tertiæ coniugationis הוּדַע הוּדַעְתָּ Sic est illud Genesis tricesimonono. וְיוֹסֵף הוּרַד מִצְרָיְמָה Igitur Ioseph ductus est in Ægyptū: id est, & Ioseph factus est descendere in Ægyptum. Et sępe mutatur hic surek in holem. Futurum אוּדַע יוּדַע תּוּדַע & pariter holem quandoq;. Infinitiuus הוּדַע Quartę coniugationis quędam mutant iod in uau quędam uero nō mutant. Mutat autem hoc præteritum indicatiui הִתְוַדַּע הִתְוַדַּעְתָּ Præsens מ מִתְוַדֵּעַ Futurum אֶתְוַדַּע יִתְוַדַּע Imperatiuus הִתְוַדַּע הִתְוַדְּעִי

Quomodo uau uel iod deficit in medijs.

בַּן Audiuisti suprà in coniugatione quadrata, quod epenthesis uau habeat locum quando geminantur literæ uel quando absorbentur, ita hic cum dico בּוֹנֵן בַּן intercidit litera uau

Hæc locum habēt in uerbis duplicantibus tertiam radicalem.

Cumq; abijcitur ultimum nun, manet בּוֹן Deficiēte aūt uau ut hic restat בַּן dagessatū cum camez loco holem. Ergo quia uau deficit in medijs, locus est huic titulo: Coniugatur autem sic.

בַּן בַּנְתָּ בַּנְתְּ בַּנְתִּי בָּנוּ בַּנְתֶּם בַּנּוּ בַּנָּה בַּנְתְּ בַּנְתֶּן Præsens בַּן Adiectiuū בּוּן Futurum אָבוֹן יָבוֹן Et nota: quandoq; nun geminatur. Quod si haud geminetur, solet in simplo poni dages tam in prima plurali præteriti temporis, quā in secunda & tertia pluralis fœminini generis futuri temporis, & in imperatiuo. Imperatiuus בּוֹן בּוֹנִי בּוֹנוּ בּוֹנָּה Infinitiuus בּוֹן Passiuum primę coniugationis in præterito נָבוֹן נְבוּנוֹתָ Præsens נָבוֹן In reliquis mutatur camez in seua & ponitur sæpe surek loco holem. Futurū אֶבּוֹן יִבּוֹן Et in אהתע pro sægol zere sine dages. Imperatiuus הִבּוֹן Similiter Infinitiuus הִבּוֹן Tertię coniugationis præteritum הֵ הֵבִין הֲבִינוֹתָ Vltima quandoq; per zere uel patha. Præsens מֵבִין Adiectiuum מוּבָן Et si desit uau ponitur eius loco in prima camez. Futurum אָבִין & in secunda atq; tertia fœminini pluralis תְּבִינֶנָה uel תָּבֵנָּה Imperatiuus ה הָבִין Infinitiuus similiter. Passiuæ uocis הוּבַן Præsens הוּבַן Futurum אוּבַן יוּבַן Infinitiuus הוּבַן Nunc quadrata coniugatio habet locum: & in ea est uau media litera substantialium, & ultima duplicatur accidentaliter.

Duplicatur ultima loco dages, quod in uau quiescente non habet locum.

Præteritum בּוֹנֵן בּוֹנַנְתָּ
Præsens מְבוֹנֵן & postea zere in seua.
Adiectiuum מְבוֹנָן מְבוֹנָנִים
Futurum indicatiui אֲבוֹנֵן יְבוֹנֵן
Imperatiuus בּוֹנֵן בּוֹנְנִי

Infinitiuus

Infinitiuus בּוֹנֵן

Quartæ coniugationis præteritum הִתְבּוֹנֵן הִתְבּוֹנַנְתָּ Prę ſens מִתְבּוֹנֵן מִתְבּוֹנְנִים Futurum אֶתְבּוֹנֵן cæ‑tera per hirek. Imperatiuus הִתְבּוֹנֵן הִתְבּוֹנַנָּה Infinitiuus הִתְבּוֹנֵן

Vbicunq; autem geminatur nun ſequente he finali, ſibi poteſt unum nun tolli & alterum per dages ſignari. Inuenitur & hęc coniugatio & prior quadrata in patha deſinere: ut חוֹלֵל חוֹלַלְתָּ

Quando aleph deficit in fine.

בָּלָא מָלֵא מָצָא נָשָׂא פָּלָא קָרָא

Dico autem deficere uocalem non ſolum quando non ſcribitur, ſed etiam ſi ſcripta non pronunciatur: quod Hebręi quieſcere uocant, nos obmuteſcere.

Præteritum

קָרָא קָרָאתָ קָרָאתִי קָרְאוּ קְרָאתֶם
קָרָאנוּ קָרְאָה קָרָאת קְרָאתֶן

Præſens

קוֹרֵא קוֹרְאִים קוֹרְאָה קוֹרְאוֹת

Et quandoq; in maſculino plurali abijcitur aleph & dicitur קוֹרִים

Adiectiuum

קָרוּא קְרוּאִים קְרוּאָה קְרוּאוֹת

Futurum

אֶקְרָא יִקְרָא תִּקְרֶאנָה

Imperatiuus

קְרָא קִרְאוּ קִרְאִי קְרֶאנָה

Et quandoq; in fœminino plurali deficit he finale, & tamen nun tametſi terminalis, nihilominus punctatur eo in loco per camez: Ruth primo,

קְרֶאןָ לִי מָרָא Vocate me Mara: & ſic ſcribitur res litera per zere. Rabi Moyſes Kimhi in ſuo introductorio ſcribit allegatum locum per defectum aleph, ſed frater ſuus Rabi Dauid in libro de arte grammatica ſcribit per aleph, & dicit ipſum obmuteſcere. Infinitiuus קָרוֹא Paſſiuum pręteritum נִקְרָא נִקְרֵאתָ cuius prima & ſecunda perſona pluralis maſculini & ſecunda pluralis fœminini ſeruant camez. Præſens נִקְרָא נִקְרָאִים Futurũ אֶקָּרֵא תִּקָּרֵא יִקָּרֵא Imperatiuus הִקָּרֵא הִקָּרְאִי penultima fœminini pluralis per ſęgol, ſed in futuro per zere. Infinitiuus הִקָּרֵא

Quando he deficit in fine.

Præteritum actiuum גָּלָה גָּלִיתָ גָּלִיתִי גָּלָה Præſens גּוֹלֶה גּוֹלִים Adiectiuũ uerbũ גָּלוּי גְּלוּיִם גְּלוּיָה גְּלוּיוֹת Futurum indicatiui &c. אֶגְלֶה יִגְלֶה תִּגְלֶה Et per defectum he finalis dicitur per hirek אֶגֶל יִגֶל תִּגֶל uel per zere ſic אֵגֶל יֵגֶל ut Deuter. 9.

וָאֵפֶן וָאֵרֵד מִן הָהָר וְהָהָר בֹּעֵר בָּאֵשׁ

Cumq; de monte ardente deſcenderem: quod hebraice ſic legitur: Et reſpexi & deſcēdi de monte & mons ardebat igne. Et ſi ſcribatur per ſęgol dicit Rabi Moyſes Kimhi quod ſit de tertia coniugatione. Imperatiuus גְּלֵה גְּלוּ גְּלִי גְּלֶינָה Infinitiuus גָּלוֹת uel גְּלוֹת ſic legitur עֲשׂוֹת הֱיוֹת קְנוֹת

Præteritum paſſiuum נִגְלָה נִגְלֵיתָ נִגְלֵיתִי & prima ſecundaq; perſona utriuſq; generis numeri pluralis cum ſecũda ſingulari fœminini generis recipiunt hirek pro zere. Pręſens נִגְלֶה נִגְלִים Futurum אֶגָּלֶה יִגָּלֶה Et defectiue אֶגָּל יִגָּל תִּגָּל Et in אהוי prima per zere אֵרָאֶה Imperatiuus הִגָּלֵה הִגָּלוּ Infinitiuus הִגָּלוֹת uel הִגָּלֵה

Secundę coniugationis pręteritum גִּלָּה גִּלִּיתָ גִּלִּיתִי גִּלְּתָה Pręſens מְגַלֶּה מְגַלָּה מְגַלִּים Adiectiuum מְגֻלֶּה מְגֻלִּים Futurum אֲגַלֶּה יְגַלֶּה תְּגַלֶּה נְגַלֶּה Et etiam deficit he ut ſupra.

Impe‑

Imperatiuus גלה גלי גלי גלינה
Infinitiuus גלות Preteritum paſſiuę uocis גלה גלית גלית׳ גלו גליתם
גלינו גלתה גלית גליתן
Futurum אגלה Infinitiuus גלות uel גלות

Tertię coniugationis pręteritum הגלה הגלית Sicut ſupra mutatis mutādis: & recipit prima uel hirek uel ſegol, aut plane patha. Pręſens מגלה Adiectiuum מגלה Futurum אגלה יגלה Imperatiuus הגלה Infinitiuus הגלה uel הגלות Paſſiue uocis pręteritum הגלה הגלית הגליתם Et in אחהע mutatur ſeua in camez. Futurum אגלה יגלה. Infinitiuus הגלה uel הוגלה

Quartę coniugationis pręteritum התגלה התגלית התגליתם uel ultima per zere. Pręſens מתגלה Futurum אתגלה יתגלה Imperatiuus התגלה & per defectum he התגל Infinitiuus התגלה uel התגלות

Quando principium deficit & finis obmuteſcit.

Primę coniugationis pręteritū נטה נטית נטיתי ſecunda perſona utriuſque numeri mutat camez in ſeua. Sic etiam coniugatur נשא נשאת Pręſens נוטה Adiectiuum נטוי Futurum אטה יטה הטה Imperatiuus נטה Infinitiuus נטה uel נטות Pręteritum paſſiuum נטה נטית נטיתי

Iterum prima & ſecunda pluralis maſculini & ſecunda fœminini utriuſq; numeri per hirek in penultima ſeu ultima ut ſupra & ſic deinceps.
Pręſens נטה Futurum אנטה ינטה & defectiue אנט ינט Imperatiuus הנטה Infinitiuus הנטה uel הנטות

Tertię coniugationis pręteritum, הטה הטית הטיתי הטינו Pręſens מטה מטים Adiectiuū מטה מטים uel מוטה מוטים Futurum אטה יטה תטה & in deficiendo he finale אט יט הט נט Imperatiuus הטה הטי Infinitiuus הטה uel הטות Paſſiuę uocis pręteritum הטה הטית הטיתם Futurum אטה יטה תטה Infinitiuus הטות Et nota ab aleph inchoantia, ut אבה Futurum eius אובה יובה אוב יוב תוב נוב Et in defectu תובה

Quando extrema obmuteſcunt, uidelicet cum incipit iod & terminat aleph.

Secundę coniugatiōis pręteritū ירא יראת יראתם Adiectiuum loco pręſentis temporis ירא יראים Futurum אירא יירא תירא נירא ייראו Imperatiuus ירא יראו uel ירא יראו Infinitiuus יראה Et transfertur camez in hirek per בכלם ſcilicet בירוא כירוא Paſſiuum pręteritum נורא נוראת Pręſens נורא נוראים Futurum איורא יורא תורא נורא יוראו תוראו תוראו

Et nunquam ab hoc futuro facimus defectum aleph. Imperatiuus הורא הוראו Infinitiuus הורא

Cum incipit iod & terminat he.

Præteritum ירה ירית ſecunda pluralis utriuſq; numeri mutat camez in ſeua. Pręſens יורה יורים Adiectiuum ירוי ירוים Futurum אירה יירה תירה & per defectum he איר ייר תיר Imperatiuus ירה ירו Infinitiuus ירות Paſſiuum pręteritum נורה נורית נוריתי נורינו Pręſens נורה נורים Futurum אורה יורה & per defectum he אור יור תור Imperatiuus הורה הורו Infinitiuus הורה uel הורות

Tertiæ coniugationis præteritum הוֹרָה הוֹרֵית הוֹרֵיתֶם Præsens מוֹרֶה מוֹרֶה מוֹרִים Adiectiuum מוֹרִים Futurum אוֹרֶה יוֹרֶה תוֹרֶה & per defectum he finalis sic אוֹר יוֹר תוֹר נוֹר Imperatiuus הוֹרֵה הוֹרוּ & per defectum he finalis הוֹר Infinitiuus הוֹרוֹת Passiuæ uocis preteritum הוּרָה הוּרֵיתָ הוּרֵינוּ Futurum אוּרֶה יוּרֶה Infinitiuus הוּרָה

Quando extrema deficiunt.

Inuenitur autē hoc nū. Primæ coniugationis præteritum נָתַן נָתַתָּ נָתַתִּי נָתַנּוּ Sic per defectum legitur תַּתָּה 2.Regum 20. וְאוֹיְבַי תַּתָּה לִּי עֹרֶף Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Præsens נוֹתֵן נוֹתְנִים נוֹתֶנֶת Adiectiuum נָתוּן Futurum אֶתֵּן יִתֵּן תִּתֵּן Imperatiuus תֵּן quod reperitur quandoq; per segol. Genesis 14. תֶּן־לִי הַנֶּפֶשׁ Da mihi animas תְּנָה uel תֵּנָה תְּנִי תְּנוּ תְּנֶנָּה Passiui præteritum נִתַּן נִתַּתָּ נִתַּתִּי Presens נִתָּן Futurum אֶנָּתֵן יִנָּתֵן תִּנָּתֵן Imperatiuus הִנָּתֵן הִנָּתְנוּ Infinitiuus הִנָּתֵן uel הִנָּתוֹן

Quando duplicata deficiunt.

Duplicata dicūtur quorū una substātialis bis ponit, semel in ultima & semel in penultima: ut בָּזַז גָּזַז שָׁלַל דָּלַל חָנַן

Quæ quandoq; leguntur perfecta: ut Ecclesiastis 1. סֹבֵב סֹבֵב הוֹלֵךְ הָרוּחַ In circuitu pergit spiritus. Quandoq; defectiua: ut secundo Regum decimo quarto: יִסֹּב אֶל בֵּיתוֹ Et reuertatur in domum suam. Hanc autem tibi do regulam, quod ea uerba quorum mediæ substantiales obmutescunt preterita sua notant per camez: & ea quorum deficiunt duplicatæ notantur per patha, ut Primæ coniugationis preteritum תַּם תַּמּוֹתָ תַּמּוֹתִי תַּמּוּ Presens תָּם תַּמִּים Singulare masculinum habet camez ad differentiam præteriti. Adiectiuo caret secundū Rabi Mosen Zeiag in libro intellectus boni, quia deriuatur à uerbis absolutis siue neutralibus: sed secundum Rabi Mosen Kimhi in introductorio formatur תּוֹם תּמִים Futurū אָתוֹם יָתוֹם יָתוֹמוּ תְּתַמֶּינָה Imperatiuus תּוֹם תֹּמּוּ תֹּמֶּנָה Infinitiuus תּוֹם Passiuum præteritū נָתַם נְתַמּוֹתָ נְתַמּוּ נְתַמּוֹנוּ נְתַמּוֹת Reperitur & prima per camez & secūda per zere: sic etiam prima per hirek & secunda per patha: & prima per camez & secunda per holem. Præsens נָתֵם נְתַמִּים uel in ultima per zere. Futurum אֶתֹּם יִתֹּם תִּתֹּם יִתַּמּוּ Imperatiuus הִתַּם הִתַּמּוּ הִתַּמִּי הִתַּמֶּינָה Infinitiuus הִתֹּם

Tertiæ coniugationis præteritum הֵתַם הֲתִמּוֹתָ הֲתִמּוֹתִי הֵתַמּוּ הֲתִמּוֹתֶם הֲתִמּוֹנוּ הֵתַמָּה הֲתִמּוֹת הֲתִמּוֹתֶן

Reperitur & tertia persona singularis in prima syllaba per zere.

Præsens מֵתַם מְתִמִּים Quandoq; prima per hirek. Adiectiuum מ מֻתָּם מֻתַּמִּים Futurum אָתֵם יָתֵם תָּתֵם תְּתַמֶּנָה Imperatiuus הָתֵם הָתֵמּוּ Et uide quod secūda pluralis fœminini imperatiui regulatur secundum tertiam atq; secundam pluralem fœminini generis futuri temporis indicatiui seu econuerso. Infinitiuus הָתֵם הָתֵם Passiuæ uocis præteritum הוּתַם הוּתַם הוּתַמּוֹתָ הוּתַמּוֹנוּ Futurum אוּתַם יוּתַם תּוּתַם uel secūdum Rabi Mose Kimhi אוּתַם יוּתַם תּוּתַמֶּינָה

Verbum graue plurium literarum.

Sunt uerba quę non solum tribus cōstant literis ut perfecta, nec geminatis ut proxime

ut proxime superiora. sed quatuor, ut
מִרְבַּל בִּרְכַּם רְשַׁמַּשׁ פַּרְשֵׁז אֻמְלַל תַּחֲרַת
שִׁפְרַת טַחֲוַת כִּלְכֵּל כִּיפֵּר סִכְסֵךְ סִרְסֵר
שִׁגְשֵׁג תִּעְתַּע טִאטֵא שִׁעֲשַׁע

Sunt etiam alia quæ quinq; literis constant, ut
לְחַרְחַר חֲמַכְמַךְ חֲמַרְמַר סְחַרְחַר

Alia quæ sex, ut הִתְמַהְמַהּ Capiamus ex his unum exemplum: Secundæ coniugationis præteritũ שִׁעֲשַׁע שִׁעַשְׁעָה שִׁעַשַׁעְתָּ שִׁעֲשַׁעְתִּי שִׁעַשְׁעוּ שִׁעֲשַׁעְתֶּם שִׁעֲשַׁעְנוּ שִׁעֲשַׁעַתְּ שִׁעֲשַׁעְתְּ שִׁעֲשַׁעְתֶּן

Præsens מְשַׁעֲשֵׁעַ מְשַׁעַשְׁעִים &c.
Adiectiuum uerbum מְשׁוּעֲשָׁע מְשׁוּעֲשָׁעִים &c.
Futurum אֲשַׁעֲשַׁע יְשַׁעֲשַׁע יְשַׁעַשְׁעוּ תְּשַׁעַשְׁעִי תְּשַׁעֲשַׁעְנָה
Imperatiuus שַׁעֲשַׁע שַׁעַשְׁעִי שַׁעֲשַׁעְנָה
Infinitiuus שַׁעֲשַׁע

De constructione uerborum.


Onstructiones nominum, quantum hoc tempore nouitijs sat est, cum de pronomine sermo esset aperuimus: nunc quemadmodum appendices uerborum cognoscas & breuiter & clare demonstrabimus. Vtq; uariationes earum facile sentias, exercitationẽ uniuersam ad omnium uerborum generalem formam quæ est פעל referemus.

פָּעַל habet undecim uariationes.
פְּעָלוֹ fecit eum, פְּעָלָהוּ fecit eum, פְּעָלְךָ fecit te, פְּעָלַנִי fecit me, פְּעָלָם fecit eos, פְּעָלְכֶם fecit uos, פְּעָלָנוּ fecit nos, פְּעָלָהּ fecit eam, פְּעָלֵךְ fecit te fœmina, פְּעָלָן fecit eas, פְּעָלְכֶן fecit uos,

פָּעַלְתָּ habet septem uariationes
פְּעַלְתּוֹ eum fecisti, פְּעַלְתָּהוּ eum, פְּעַלְתַּנִי me, פְּעַלְתָּם eos, פְּעַלְתָּנוּ nos, פְּעַלְתָּהּ ipsam, פְּעַלְתָּן eas.

פָּעַלְתִּי habet octo uariationes.
פְּעַלְתִּיו feci eum, פְּעַלְתִּיהוּ eum, פְּעַלְתִּיךָ te, פְּעַלְתִּינִי me, פְּעַלְתִּיכֶם uos, פְּעַלְתִּיהָ eam, פְּעַלְתִּין eas, פְּעַלְתִּיכֶן uos.

פָּעֲלוּ habet 10. uariationes.
פְּעָלוּהוּ fecerunt eum, פְּעָלוּךָ te, פְּעָלוּנִי me, פְּעָלוּם eos, פְּעָלוּכֶם uos, פְּעָלוּנוּ nos, פְּעָלוּהָ eam, פְּעָלוּךְ te, פְּעָלוּן eas, פְּעָלוּכֶן uos.

פְּעַלְתֶּם habet sex uariationes.
פְּעַלְתּוּהוּ fecistis eum, פְּעַלְתּוּנִי me, פְּעַלְתּוּם eos, פְּעַלְתּוּנוּ nos, פְּעַלְתּוּהָ eam, פְּעַלְתּוּן eas.

פָּעַלְנוּ habet octo uariationes.
פְּעַלְנוּהוּ fecimus eum, פְּעַלְנוּךָ te, פְּעַלְנוּם eos, פְּעַלְנוּכֶם uos, פְּעַלְנוּהָ eam, פְּעַלְנוּךְ te, פְּעַלְנוּהֶן eas, פְּעַלְנוּכֶן uos.

פָּעֲלָה habet 12. uariationes.
פְּעָלַתְהוּ fœmina fecit eum, פְּעָלַתְהוּ eũ, פְּעָלַתְךָ te, פְּעָלַתְנִי me, פְּעָלָתַם eos, פְּעָלַתְכֶם uos, פְּעָלַתְנוּ nos, פְּעָלָתָהּ eã, פְּעָלָתָהּ eam, פְּעָלָתֵךְ te, פְּעָלָתַן eas: פְּעָלַתְכֶן uos.

פָּעַלְתְּ habet septem uariationes.
פְּעַלְתִּיהוּ fœmina fecisti eum, פְּעַלְתִּינִי me, פְּעַלְתִּים eos, פְּעַלְתִּינוּ nos, פְּעַלְתִּיהָ eã, פְּעַלְתִּין eas, פְּעַלְתִּיכֶן uos.

פְּעַלְתֶּן formatur sicut פְּעַלְתֶּם.

Hactenus characteres maiusculos imitatus à minimis semper ad maiora te duxi, sed quoniam non solum quadratas & illas magnas literarum figuras usurpare te decet, uerum etiam minutulam illam & currentem ut aiunt notulam cognoscere, operæprecium erit ut quando eandem rem sæpius repetere audis & sermo ipse Iudaicus iã tibi in auribus resonare consue

consuescit, eiusmodi cætera deinceps quotidianis literulis tibi pingam ut & illo scribendi modo non careas. Oportet igitur omnium primum alphabeti uersum proponere sic.

א a, ב b, ג g, ד d, ה h, ו u, ז z, ח h, ט t, י i, כ c, ך ch, ל l, מ m, ם m, נ n, ן n, ס s, ע a, פ p, ף p, צ z, ץ z, ק q, ר r, ש s, ת th, ﭏ el.

Nomina constructionis uerborum exorsa pertexere studebimus.

מוֹעֵל undecim habet uariationes.

מוֹעֲלוֹ מוֹעֲלֵהוּ מוֹעֶלְךָ מוֹעֲלִי מוֹעֲלָם
מוֹעֶלְכֶם מוֹעֲלֵנוּ מוֹעֲלָהּ מוֹעֲלֵךְ מוֹעֲלָן
מוֹעֶלְכֶן

מוֹעֲלִים habet decem uariatiões.

מוֹעֲלָיו מוֹעָלֶיךָ מוֹעֲלַי מוֹעֲלֵיהֶם
מוֹעֲלֵיכֶם מוֹעֲלֵינוּ מוֹעָלֶיהָ מוֹעֲלַיִךְ
מוֹעֲלֵיהֶן מוֹעֲלֵיכֶן

מוֹעֶלֶת habet undecim uariationes.

מוֹעַלְתּוֹ מוֹעַלְתֵּהוּ מוֹעַלְתְּךָ מוֹעַלְתִּי
מוֹעַלְתָּם מוֹעַלְתְּכֶם מוֹעַלְתֵּנוּ מוֹעַלְתָּהּ
מוֹעַלְתֵּךְ מוֹעַלְתָּן מוֹעַלְתְּכֶן

אֶמְעַל duodecim uariationes, sex ad masculos, & sex ad fœminas.

אֶמְעָלֵהוּ faciam eum, אֶמְעָלֶנּוּ eum, א
אֶמְעָלוֹ eum, אֶמְעָלְךָ te, אֶמְעָלֵם eos,
אֶמְעָלְכֶם uos, אֶמְעָלֶנָּה faciam eam, א
אֶמְעָלֶהָ eam, אֶמְעָלָהּ eam, אֶמְעָלֵךְ te,
אֶמְעָלֵן eas, אֶמְעָלְכֶן uos.

Cætera tempora, modos, personasq; commendo quotidianæ studiorum tuorum exercitationi, ut habeas quo solitarius tecum uires ingenij tui ponderare queas, idque perquam erit facile analogiam sequendo.

Visa itaque constructione affixorum tam in nominibus quam in uerbis, oportebit te sæpe & multum legere in biblia hebraica, ut inde alias quoque constructiones, quæ uariæ sunt, addiscas. Nunc enim generaliter audiuisti, quomodo cum nomen masculinum pluralis numeri regit post se casum, abijcit mem: ut Ecclesiastis duodecimo,

דִּבְרֵי חֲכָמִים Verba sapientum: similiter ibidem,

דִּבְרֵי אֱמֶת Verba ueritatis: & sic etiam cum duo uel tria nomina sese consequentia inter se regunt: ut Isaiæ decimo nono: Sapientes consiliarij Pharaonis: ubi ponitur חַכְמֵי יֹעֲצֵי פַרְעֹה

Ad hoc autem animus aduertendus est, quod etiam in statu absoluto deponitur quandoq; mem & manet hirek uox ipsa: ut Psalmo 144. הָרֹדֵד עַמִּי תַחְתָּי

Vbi nos legimus, qui subdit populũ meum sub me, quod legi deberet. Qui subdit populos sub me, & hoc Hieronymus in suo psalterio sequitur. Ponitur enim עַמִּי uel עַמִּים Sic Isaiæ tricesimo octauo, כְּאֹהֶל רֹעִי Quasi tabernaculum pastorum: licet quidam dicant loco iod he positũ, ut sit, quasi tabernaculum pastoris. Solet etiam quandoq; mem finale deponi & remanet iod, quæ subiũcto patha puncto in morem diphthongi cum litera præcedente profertur, & tũc ai tantum ualet quantum im. Ieremię uicesimo secundo: Qui aperit sibi fenestras, ubi ponitur חַלּוֹנָי uel חַלּוֹנִים Aliquando iod ante mem finale deficit scribendo, & nihilominus pronunciatur hirek. Genesis primo,

הַתַּנִּינִם Cete. Sic scribimus גּוֹיִם לְיָמִים

Gentes, Leuitę. Reperitur quandoq; litera nun supplere uicem mem finalis & loco eius poni. Ezechielis quarto: Sume tibi frumentum & hordeum, חִטִּין triticum pro חִטִּים &c. Deinde neq; hoc in superioribus neglexi, quod nomen fœmininū in he desinens regendo post se, mutat he in thau & camez in patha: ut Ezechielis tricesimotertio, צִדְקַת הַצַּדִּיק Iusticia iusti. Nosti præterea in quibus adiectiuum & substantiuum conuenire debeant, quanquā figurate sępius aliter eueniat: ut Homerus gręce τέκνον φίλε id est, natū dilecte: uult dicere, fili dilecte. Sic tertio Regum decimonono. Et spiritus grandis & fortis, subuertens montes: hebraice sic, וְרוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק מְפָרֵק id est, & uentus magnus & fortis diuidens, ubi uentus est generis fœminini, similiter adiectiuum primum magnus: sed adiectiuū secundum & participium sunt generis masculini. haud aliter in participio. Homerus ἦλθε δὲ ψυχὴ θηβαίου τειρεσίαο σκῆπτρον ἔχων. id est, Accessit aūt anima Thebani Tiresię sceptrum habēs: ubi anima est generis fœminini, & participium habens, est generis masculini: & ita Virgilius in octauo. Præneste sub ipsa: & Ieremiæ octauo, מַדּוּעַ שׁוֹבְבָה הָעָם הַזֶּה Quare auersus est populus iste: ubi populus est generis masculini, & auersus generis fœminini. Hoc modo conceptionem masculini & fœminini intelligas: Genesis primo. זָכָר וּנְקֵבָה בָּרָא אֹתָם Masculum & fœminam creauit eos. Deinde nō ignoras suppositum & appositum in quibus conuenire debeant; sed figurate contra euenit: ut Deuteronomij tricesimosecundo. Hęccine reddis domino popule stulte, uera lectio hebraica sic sonat: הֲלַיהוָה תִּגְמְלוּ זֹאת עַם נָבָל Aut domino redditus hęc popule stulte. Sic Psalmo 42. בִּטְחוּ בוֹ בְכָל עֵת עָם Sperate in eo omnis congregatio populi &c. & Virgilius in primo æneidos: Pars in frusta secant. Sed hęc communia sunt multis, hoc autem huic linguę proprium est ut in relatiuis separatis שֶׁ & אֲשֶׁר primo ponatur antecedens, secundo relatiuum separatum, tertio uerbum cum supposito uel ei æquiualens: & quarto relatiuum cum articulo is, ea, id, secundum oportunitatem casuum. Exempli causa: Psal. 146. Psalmista uolens dicere, In filio hominis in quo non est salus, ita dicit hebraice: בְּבֶן אָדָם שֶׁאֵין לוֹ תְשׁוּעָה quod sic sonat: In filio hominis quod non ei salus. Sic Isaiæ tricesimoseptimo. In uia qua uenit בַּדֶּרֶךְ אֲשֶׁר בָּא בָהּ quod sic sonat: In uia quod uenit in ea. Alię cōstructiones per articulos & signa patent; ut cum uerbum post se regit casum addit articulus, pręsertim cum dubitari posset quid agens & quid patiens. Nam si dico ferrum amat sulphur, ignoras quid quod amet, unde amphibologia hęc nascitur: Aio te æacida Romanos uincere posse. Sin autem dico quod sulphur amatur à ferro, iam articulus constructionē declarauit, nisi aperte natura demōstret agens & patiens: ut Deuteronomij 4. בָּרָא אֱלֹהִים אָדָם Vnde abundant articuli Genesis primo, בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ In principio creauit deus cœlum & terram. Scitur enim absq; articulis quod deus est

creator

creator, & cœlum creatura. Sane materia constructiuorum uniuersa literatissimi Prisciani autoritate fulcitur, qui in libro decimoseptimo sic ait. Omnis constructio quam Græci *σύνταξιν* uocant, ad intellectum sermonis est reddenda: nec aliter eam discernes nisi ex cōsequētia ordinationis, id est, casus casibus & genera generibus, et numeros numeris, & personas personis, & tempora temporibus congrue disponendo, hęc ille. Cui rei cum plurimum adminiculetur tertia pars orationis, deinceps ad eandem studia nostra destinamus.

De consignificatiuo.



Consignificatiuum est pars orationis indeclinabilis, certitudinem suę significatiōis à constructione nominis & uerbi accipiēs: et duas habet species. Nā quoddam est substantiale, quoddam accidentale. Sunt enim aliqua quæ per se omnino nihil significant nisi uel nomini uel uerbo adhęreant: de quibus si memoriæ cuncta nostra impresseris, à nobis suprà eruditus es scilicet quasdam esse literas accidentales, & eas rabi Marinus inter Iudæos grammaticus ualde doctus, his uerbis comprehendit שְׁלְרמִי אר הבנת Et peritissimus rabi Abrahā Ezraides sic שיה לך אב חרמן Ex eisdem igitur accidentalibus quædam sunt consignificatiua uerborum & quędam consignificatiua nominum. Verborum consignificatiua uerbis adminiculantur quatuor modis, uidelicet bis in fine & bis in principio. Quæ enim in extremis præteritorum adhærent hoc memoriali continentur מנת חיו Quę uero extrema uerborum pręsentis & imperatiui sequūtur, isto uocabulo recordantur יתהמי Quę autem principium obtinent in futuro appellamus איתן Sunt alia quæ deseruiunt gerūdijs in principio, quę à quibusdam uocantur במלך nos consuetudinem imitantes communem, בכלם nominamus. Multi addunt uau quod ipsum etiam gerundijs ab initio ancillet: quare suum memoriale proferūt ביבלם Earum literarum significationes uidisti tam in tēporibus modisq; uerborum, quam in gerundiuis, quę significant in, &, secundum, ad, ab. Solent etiam uau & iod tam preteritis quam futuris succurrere. Taceo he thau & nun in principio & iod in medio uerborum quæ coniugationes demonstrant: non autem ut partes sed ut signa, sicut in duabus coniugationibus ultimis & in passiuis cernere datum est. Conuertamur iam ad nomina, & sicut uerba deriuantur à nomine uocanturq; uerba denominatiua, ut Priscianus Cæsariensis scribit in libro de duodecim carminibus uersu primo, ita nomina deriuantur à uerbis uocanturq; nomina uerbalia. Eorum autem principia sunt האמנתי ut supra de nomine ostēdimus, & simul addidimus eas quoque literas quibus nomina dagessantur והשבל בם quas ego ita soleo memoriæ causa comprehendere: sed rabi Dauid Kimhi collegit sic משה וכלב

In hac disciplina optimum factu fuerit, ne illud de he finali accidente preteream. Nam cum dictionem aliquam localem sequitur, tunc significat dispositionem aut motum ad locum, sicut apud

n. cū dictionē [illegible] lem sequitur. s motū ad locū.

Grecos terminatiões ζε et δε ut ἀθήναζε id est, ad Athenas: & οἴκαδε ad domũ. Sic חֹרֵבָה ad Horeb: Exodi tertio:

וַיָּבֹא אֶל הַר הָאֱלֹהִים חֹרֵבָה Venit ad montem dei ad Horeb, est enim in eo nomine he accidentale: ut Deuteronomij primo: וַנִּסַּע מֵחֹרֵב Profecti autem de Horeb, ubi non aspiratur in fine, sed prima eius syllaba semper est aspiranda quia heth est substantialis litera: & omnia quę ab heth incipiunt apud Latinos sunt aspiranda & scribenda per h, ut docet sanctus Heronymus in libro hebraicarum quæstionum, cuius uerba sunt hæc: Frequenter septuaginta interpretes non ualentes heth literam quę duplicem aspirationem sonat in græcum sermonem uertere, chi græcam literam addiderunt, ut nos docerent istiusmodi uocabula aspirare debere, hęc ille. Redeo ad regulã de he locali: ut מִצְרַיְמָה Genesis tricesimonono: Ioseph ductus est in Ægyptum, sic אַרְצָה Genesis duodecimo: In terram Chanaan. Quandoq; tamen localibus neq; he subiungitur neq; præpositio additur, sicut latine dicimus, uado domum, id est, ad domũ: ita Deuteronomij primo, בֹּאוּ הַר הָאֱמֹרִי Venite ad montem Amorręorum, ubi deficit ad in hebraico. Postremo tuum officium erit ut & alteram speciem consignificatiuorum diligẽter percipias quæ substantialium extat, & in duas partes diuiditur. Nam alia sunt, quæ tametsi non declinentur, tamen articulos patiũtur: alia uero per se stant & non patiuntur: de primis priore loco disseremus.

אֶל ad, אֵצֶל apud, אֵת cum, אַחַר post, בְּ in, בַּעֲבוּר per propter, לְבַעֲבוּר ob, חוּץ extra, לְפִי secundum, לִפְנֵי coram ante, לְבַד pręter, מִלְּבַד secus, מִ de, e, ex, מִן a, ab, abs, מֵעַל supra, מִלְמַעְלָה desuper, נֶגֶד aduersum, נֹכַח contra, סָבִיב circum, עֵבֶר trans, עַל super, עִם cum, עַד usq;, בְּעַד pro, קָרוֹב prope, תּוֹךְ intra, תַּחַת sub.

Quę autem articulos non recipiunt tam simplicia quam composita, hoc modo sunt.

Temporis.

אָז tunc, עַתָּה nunc, מָחָר cras, אֶתְמוֹל nudius, שִׁלְשֹׁם triduo, אֶמֶשׁ heri, בְּ כְּבָר iam, עֶרֶב uesperi, בֹּקֶר mane, בְּ מִקָּרוֹב proxime, שׁוּם זְמַן aliquando.

Loci.

חוּץ extra, תּוֹךְ intra, שָׁמָּה illic, שָׁם ibi, מִשָּׁם hinc, כָּאן hic, בְּכָל מָקוֹם undiq;, מִתַּחַת inferne, מִמַּעַל desuper, מִלְמַעְלָה superne.

Interrogatiua loci.

לְאַיִן לְאֵי quo uel qua, מֵאַיִן unde.

Negandi.

לָאו minime, אַיִן non, לֹא non, אַל non, בִּלְתִּי non, בְּלִי ne, אֶפֶס non, וּזוּלָתִי nisi.

Affirmandi.

כֵּן sic, הוּא est, כֵּן ita.

Demonstrandi.

הֵן en, הִנֵּה ecce.

Optandi.

אַחֲלַי utinam, מִי יִתֵּן quis dabit.

Interrogandi.

מָה quid, אֵיךְ quomodo, מָתַי quãdo, אָנָה quo, וְלָמָּה ad quid, לָמָּה quare.

Similitudinis.

כֵּן uti, כָּכָה sic, כְּ sicut, כַּ ut.

Qualitatis

Qualitatis generaliter omnia nomina adiectiua sine casu, ut

טוֹב bene, יָשָׁר recte, רַע male, א

אֱמֶת uere, נָכוֹן æque.

Quantitatis

בַּמֶּה quantum, זְעֵיר minimum, רַב multum, מְעַט parum.

Dubitandi

וְלַמָּא fortassis, כִּי forsitan, שֶׁמָּא forte, פֶּן ne.

Vocandi

הוֹי heus uel o.

Respondendi

מַה quid.

Congregandi

יַחַד יַחְדָו בְּאֶחָד

Iurandi

חַי נַפְשִׁי חַי בֵּאלֹהִים בַּאדֹנָי בֶּאֱמֶת

Eligendi

מִן quàm, כִּי אִם quin potius.

Prohibendi

אַל ne, פֶּן ne, הִשָּׁמֵר caue.

Euentus

מִקְרֶה פֶּגַע עֵת

Remittendi

מְעַט paulatim, מִזְעָר sensim, מְעַט מְעַט pedetentim.

Intendendi

מְאֹד nimis, יוֹתֵר וְיוֹתֵר ualde & ualde.

Comparandi

יוֹתֵר magis.

Dolendi

הוֹי ue, אוֹי ue, אֲבוֹי ue.

Gaudendi

הֶאָח הֶאָח euge.

Execrandi

בַּח uah

Illudendi

הֶאָח hui

Laudandi

אַשְׁרֵי beate.

Copulandi

כִּי quod, ו &, וְ &.

Continuandi

אִם seu, לְפִי quia, יַעַן quoniam, כִּי quia.

Coniungendi

שֶׁ quod, כְּשֶׁ secundum quod, בַּ qua tenus, כְּ ut, בְּ si, כְּ cum.

Approbandi

וְכֵן & quidem, כֵּן certe.

Disiungendi

הֲ uel, אוֹ uel, in principio dictionis.

Disiungendi

אוֹ uel, הֲ uel, in principio dictionis.

Aduersandi

אַךְ רַק ueruntamen, אֲבָל tamen.

עִם כָּל זֹאת tamen, אַף עַל פִּי quamuis.

Abnegandi

אִם nisi, וְאִם etiamsi, וְאִם etsi.

Rationalis

לָכֵן אִם כֵּן

Interrogandi

לֹא an, אִם ne.

הַאִם utrum, הֲל nunquid, הֲ num.

Diminuendi

לְפָחוֹת saltem.

Plura si uoles de nostro dictionario ue naberis: nam breuis esse laboro. Quanquam ne hoc quidem omiserim, quod mihi de uau præpositiua particula humanissimus præceptor meus ille Iacobus Iehiel Ioans doctor excellens (misericordia dei ueniat super eum) apud Cecios discenti monstrauit. Cum enim uau per seua notatum præponitur uerbo præteriti temporis, quod transfert accentum suum in ultimam, tunc idem

uerbum mutatur in tempus futurum: ut דִּבַּרְתִּי locutus sum, uerbum est præteriti temporis, & habet accentum in penultima, iuxta regulam tertiam suprà de prima coniugatione. Si ergo præposuero ei uau cum seua puncto, & proferam accentum in ultima, profecto non iam præteriti temporis erit sed futuri. ut וְדִבַּרְתִּי id est, & loquar. Sin autem manserit accentus in penultima, tunc uerbũ etiam remanebit in suo statu temporis præteriti. Similiter quando præponitur uau cum patha uerbo futuri temporis, tunc futurum conuertit in præteritum: ut יְדַבֵּר loquetur: uerbum est futuri tẽporis, sicut suprà in secunda coniugatione; cui si præponatur uau cum patha, interpretabitur, locutus est. Numeri primo, וַיְדַבֵּר יְהֹוָה Locutusq; est dominus. Sin autem uau punctabitur non per patha sed per seua uel per uniuocum sequentis uocalis sonum, tunc manebit in suo statu temporis futuri; ut וִידַבֵּר id est, & loquetur.

FInem docendi faciam, tu uero discẽdi nunquã, si modo sapis: cũ enim nulla sit possessio doctrina honestior, tum ea uideri debet honestissima, quæ circa res summas & admirabiles uersatur, ut sunt hæc rudimenta, quæ tibi & per te omnibus arcanę philosophię cupidis puerili licet artificio præbebũt iter ad perscrutationem profundissimarum scientiarum: cui grauissimus astipulatur testis ille imperij Romani nobilis & generosus comes, Ioãnes Picus Mirandulanus philosophus in suis cõclusionibus cũ ait; Qui ordinẽ hebraicę linguę pfunde & radicaliter tenuerit atq; illum proporcionabiliter in scientijs seruare nouerit, cuiuscunq; scibilis perfecte inueniẽdi normã & regulã habebit. Et sanctus uir Hieronymus ad Paulã Vrbicã de alphabeto Hebræorũ, quid hoc inquit sacratius sacramẽto? quid hac sacramenti uoluptate iucundius? qui cibi, quę mella sunt dulciora? quã dei scire prudentiã & in abdita eius intrare. Vnde rabi Moses filius Naheman Gerundẽsis in exordio commentariorũ Geneseos, longo sermone probare conatur Salomonẽ regẽ omnes sapientię suę influxus de pentateuchi literis hausisse. Quo tandẽ motus ego, Dionysi amantissime, postquã ad percipiendã Gręcorũ linguã annis superioribus te puerũ adiuncto pædagogo Florentiam tunc optimarũ literarũ altricẽ, non sine meo magno impẽdio trans alpes è Sueuia misi, quatenus biennium penes egregia sanctitate uirum illum Georgiũ Vespuciũ, assiduus mẽsę suę ac hospitij socius, Angelũ Politianũ, Marsilium Ficinum, & Demetriũ Chalcondylen, cæterosq; peritissimos homines quotidie audires, nolui etiam huic decori tuo deesse quin hebraica nũc sacerdos addisceres, presertim cũ nostrates Iudæi uel inuidia uel imperitia ducti Christianũ neminẽ in eorũ lingua erudire uelint, idq; recusant cuiusdam rabi Ami autoritate qui in Thalmud במסכת הגיגה ita dixit.

אין מוסרים דברי הורח לגוי שנ' מגיד דבריו ליעקב חקיו ומשפטיו לישראל לא עשה כן לכל גוי

Verbum è uerbo sic: Non explanantur uerba legis cuiquam gẽtili, eo quod scriptum est; Qui adnunciat uerba sua

Iacobo

Iacob, præcepta sua & iudicia sua Israël: non fecit similiter omni genti. Nobis autem in statu gratiæ aliter mandatur Matthæi decimo: Quod in aurem auditis prædicate super tecta, quod & ego facio. Teq; imitari iubeo, & pro hoc ergo memento mei deus & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum, amen.

Exegi monumentum ære perennius
Nonis Martijs, Anno
M. D. VI.

RVDIMENTORVM HEBRAICOrum libri primi, qui est de Grammatica institutione, finis.

LIBER RVDIMENTORVM HEB. REVCHLINI POSTERIor, qui eſt de uocum expoſitionibus, cum quibuſdam [redacted] additionibus.

בשם ארבע אותיות

אב PATER ætate honore & cura diuiſim ſcribit̃ pũcto camez Ezechielis uiceſimoſecũdo, אָב וָאֵם הֵקַלּוּ בָךְ Patrem & matrem contumelijs affecerunt in te: Coniunctim uero puncto patha ut Geneſis decimoſeptimo, אַב הֲמוֹן Pater multarum gentium. Et recipit in fine paragogen iod, & dicitur אֲבִי Geneſis decimo. Pater omnium filiorum Heber. Declinatur in plurali ſicut nomina fœminina אָבוֹת ut Numeri 38. Acceſſerũt principes patrum per familias Galaad. Significatur etiam eo nomine & maior & dominus, & autor, & magiſter. Inuenitur & in Daniele אֲבוּךְ id eſt, pater tuus. Vide magiſtrum Paulum Epiſcopum Burgenſem in additione pſalmi ſecundi.

אֵבֶב Virgultum ſiue lignum uireſcens, palmes aut ſurculus: inuenitur per apocopen ultimi b geminati etiam fortificatum puncto dages in numero plurali Canticorum ſexto: Deſcendi in hortum nucum ut uiderem אִבֵּי id eſt, amœna uirgulta ſeu ligna uiridia atq; fructifera, quod Hieronymus poma tranſtulit.

אָבִיב Spica cum nouis frugibus tritici ſeu hordei, torrefacta igne, uocabulũ alludẽs ad ſuperiorem palmitem, ſurculum ſiue uirgultũ, cuius inſtar ſpica fruges gerit. Vnde menſis nouarum frugũ qui à nobis Iulius ab hebræis menſis אָבִיב ſiue אָב nominatur. Imò אביב ſignificat ſpicã maturelcentẽ & in Exodo capitur pro Martio, ſed אָב eſt Iulius.

* אָבַד Perijt. Iſaiæ 57. Iuſtus perijt. Et pſalmo 1. Via peccatorum peribit. Hinc אֲבֵדָה & אֲבַדּוֹן perditio, exitium. Idem אַבְדָן & אַבְדַּת Eſther 9.

* אָבָה Voluit. Deuteronomij 23. & non uoluit dominus deus tuus audire Balaam, inde deriuatur uocabulum ſequens.

אֲבִיּוֹנָה Voluptas: & per apocopen ultimę literę, eo quod qui caret fine uoluptatis dicitur pauper: Eccleſiaſtis 12.

אֶבְיוֹן Pauper, inops, ut Pſalmo 70. Ego uero egenus & pauper.

* אָבַח Mucro, gladius, inde uenit אִבְחַת diſtrictio ſeu frendor gladij, in Ezechiele cap. 21. ut אִבְחַת חָרֶב Diſtrictio, pauor, frendor, ſonitus, fremitus, ſtridor gladij uel mucronis,

* אָבִיר Fortis, ſtrenuus, primas, angelus, cœlum, ſaginatus: Pſalmo 78. Panem angelorum manducauit homo. Item deus, ut ſæpe in Pſalmo 132. Tabernaculum deo Iacob: & iterum: נָדַר לַאֲבִיר יַעֲקֹב Votum uouit deo Iacob.

* אָבַךְ Oberrauit, impegit, cõuolutus eſt, perplexus & implicatus eſt. Iſaiæ 9. & conuoluet̃ in ſuperbia fumi, ubi ſcribitur in hithpael.

אָבַל Luxit: sic Oseæ decimo quia luxit super eum populus eius. Similiter Iob decimoquarto. Vnde ducitur nomē uerbale אֵבֶל id est, luctus uel planctus. Genesis ultimo. Quod cum uidissent habitatores terræ Canaan dixerunt אֵבֶל כָּבֵד planctus magnus, aliâs luctus grauis, est iste Ægyptijs. אֲבָל Sed, profecto, utiq, sed &, atqui. Genesis decimoseptimo. Sed & Sara uxor tua pariet tibi filium. אָבֵל Planicies: quod Hieronymus non transtulit Iudicum undecimo. Percussitq ab Aroēr usq dum uenias in Minnith uiginti ciuitates, & usq ad Abel quæ est uineis consita, id est, ad planiciem uinearum. Similiter primo Regum sexto, usq ad Abel magnam, id est, ad מִישׁוֹר planiciem. אובל Riuus seu fluuius: sed Symmachus trāstulit paludē, & Septuaginta atq Hieronymus portā. Danielis 8. Vidi autē in uisione esse me super portam Vlai: ubi ponit Vbal. Est aūt secundū hebræorum grammaticos Vbal propriū nomen fluuij, & Vlai nomē fontis unde oritur Vbal ut infrà: Kimhi sic dicit אובל שם הנהר ואולי שם המקום

אֶבֶן Lapis sub uoce masculina est generis fœminini: ut Genesis 29. & os eius אֶבֶן גְּדֹלָה grandi lapide claudebatur. Et in plurali אֲבָנִים גְּדֹלוֹת Iosuę 10. Et dominus misit super eos lapides magnos de cœlo. Sic etiam coniunctim pro ferendo, hoc est, in constructione, אַבְנֵי Exodi 36. Et parauerunt אַבְנֵי שֹׁהַם lapides onychinos astrictos et inclusos auro.

אַבְנֵט idem quod אזור Baltheus sacerdotalis: Exo. 29. Cinges q baltheo.

אָבְנָיִם Cathedra ubi pariēs sedet tēpore partus, uel ubi figulus sedet laborando: Exodi 1. Quando obstetricabitis Hebræas.

אֵבוּס Pręsepe. idē qđ מקום מאבל בהמות ברבהמה Prouer. 14. Vbi nō sunt boues præsepe uacuum est.

אָבָק Puluis: ut Nahū 1. Et nebulæ puluis pedū eius, & Cant. 3. & uniuersi pulueris pigmētarij ubi ponit אַבְקַת. Et uerbaliter pro puluere conspergi in lucta; Genesis 32.

אָבַר Prçualuit. Inde אַבִּיר ualidus, id est, potens & robustus. Gen. 49. Per manus potētis Iacob: de quo uocabulo supra diximus. אֵבֶר Ala uolucrū & pennę & mēbrum, ut Psal. 14. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbæ, uertus alas: unde deriuatur אֶבְרָה quæ dictio partē significat circa posteriora uolucrū, uel etiam כנף alam: ut Iob 39. Penna struthionis similis est pennis herodij.

אֲגֻדָּה Fasciculus: ut Exodi 12. Accipietisq fasciculum hyssopi & tingetis in sanguine. [illegible] Capit etiā pro קיבוץ id est, qualibet cōgregatione: 2. Sam. 2.

אֱגוֹז Nux: ut Canticorum 6: In hortum nucum descendi.

אֵגֶל Gutta, stilla uel emanatio. Iob tricesimooctauo: Vel quis genuit stillas roris: inde אֶגְלַיִם nomen proprium loci in Isaia nominati.

אֲגַם Stagnum, fossa, lacus: ut Psal mo 106. Posuit desertum in stagnum aquarum: & in plurali fortificat m primitiuum per dages dicendo אֲגַמִּים Exodi octauo. אַגְמוֹן Ferreus circulus uel hamus quo pisces capiuntur: ut Iob 40. Nunquid pones circulum in naribus eius. אַגְמוֹן Cacabus siue ahenum quod supra focum pendet, quod nos caldarę nominamus; alij דוד ollam interpretantur

tantur:ut Iob 41.Sicut ollę ſuccenſę atq; feruentis:hoc ita eſſet dicendum:de naribus eius uel meis exibit fumus ſicut ollæ feruentis & caldaris. אַגְמוֹן Iuncus ab eo deriuatum quod גֹּמֶא apud Iſaiam 35.dicitur: ut uiror calami & iunci:quod Hebręorũ doctores uocãt גַּמִּי ut Dauid Kimhi in radicibus dicit.

* אַגָּן Crater, ut Exodi 24. Tulit itaq; Moſes dimidiam partem ſanguinis & miſit in crateras: & habet אַגָּנוֹת in plurali, & in numero ſingulari אַגָּן ut Canticorum ſeptimo. Vmbilicus tuus crater tornatilis.

* אֲגַף Alia exercitus, & ab Hieronymo traducitur agmen: ut Ezechielis decimoſeptimo. Et omnes profugi eius cum uniuerſo agmine ſuo gladio cadẽt, & dicitur אֲגַף quaſi כְּנַף id eſt,ala.

* אֲגַרְטְלֵי Pelues quo manus lauantur.Hieronymus traduxit phialas:Ezrę primo:Phialæ aureæ triginta.

* אָגַר Collegit:ut Deuteronomij uiceſimooctauo. Et uinum non bibes nec colliges ex ea. אִגֶּרֶת Epiſtola: ut Neemiæ ſexto. Et epiſtolam habebat in manu ſua, fortaſſe à ſuperiori uerbo deriuatum & à colligendo dictum, eo quod in epiſtola multorum negocia & uerba plura colligantur:& habet in plurali אִגְּרוֹת Secundo Paralipomenon triceſimo. Scripſitq; epiſtolas ad Ephraim & Manaſſen. אֲגוֹרַת Nummus: ut primo Regum ſecundo: Et offerat nummum argenteum & tortam panis. Numus.

* אָדַב Mœſtus eſt, afflictus, infirmatus,triſtis & mœrore cõſumptus eſt: & in hiphil הֶאְדִיב contriſtauit primo Regum ſecũdo, per conuerſionem uerbi דָּאַב quod idem ſignificat:ut Pſalmo 88.ubi dicitur oculi mei languerunt prę inopia: ueritas habet: עֵינִי דָאֲבָה מִנִּי עָנְיִי oculus meus infirmatus eſt ab afflictione uel mœrore conſumptus eſt.

* אָדַם Rutilauit, rubuit: ut Threnorum quarto. Rubicundiores ebore antiquo:quod uerius traducitur, אָדְמוּ rubuerunt ſplẽdore ſeu aſpectu plus quã aurum uel corallius ſiue margarita: unde nomen uerbale rutilus uelut ignis מְ מְאָדָּם ut Nahum ſecundo. Clypeus fortium eius ignitus. Quod alio in loco Hieronymus transfert rubricatum. Et pluraliter מְאָדָּמִים Exodi uiceſimoquinto: & pelles arietum rubricatas, at potius rutilantium. A quo nomen qualitatis אָדוֹם rubicundus,ruber:ut Canticorum quinto. Dilectus meus candidus & rubicundus:unde אֱדוֹם Eſau dicitur Geneſis uiceſimoquinto, quam ob cauſam uocatum eſt nomẽ eius Ædom. Sępe geminatur,ut אֲדַמְדָּם rufum uel rubeum, ut Leuitici tredecimo. Veſtis lanea ſiue linea quę lepram habuerit in ſtamine atq; ſubtegmine aut certe pellis uel quicquid ex pelle confectum eſt ſi alba uel rufa macula fuerit:cuius fœmininum eodem capitulo ponitur אֲדַמְדֶּמֶת & in loco ulceris cicatrix alba apparuerit ſiue ſubrufa. A colore hoc uenit uocabulum lapidis אֹדֶם id eſt, ſardius sardius. Exodi uiceſimooctauo, alij uocant rubinum lapidem. אֲדָמָה Solum,terra ſubrufa,ut Geneſis ſexto: Cumq; cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, unde homo dictus eſt אָדָם Homo primus, Geneſis ſecundo: Erant autem uterque nudus, Adam & uxor eius: ſic nominatus ab אֲדָמָה id eſt, terra, de qua ſumptus eſt: Geneſis tertio capitu-

lo, Vt operaretur terram de qua sumptus est. Item significat totam humanã naturam: ut Numeri tertio. Ab homine usque ad pecus: & Genesis primo: Creauit deus hominem, masculum & fœminam creauit eos.

אָדוֹן ✻ Dominus: ut Isaię primo: Propter hoc ait dominus, dominus exercituum, & habet in plurali אֲדֹנָי coniunctim legendo, uel אֲדֹנִים diuisim, id est, domini, & pluraliter sic sæpe de deo dicitur qui est super omnia unus. De primo ut Psalmo 135. הוֹדוּ לַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים Cõfitemini dominis dominorum: ubi nostra translatio habet domino, ueritas autem dominis. De secundo sic scribitur Malachię primo: Et si dominus ego sum ubi est timor meus? quo in loco hebraice ponitur pluraliter אֲדוֹנִים domini, Dicunt Hebræi hoc fieri ob diuinę maiestatis reuerentiam. Quidã distinguunt nomen hoc prophanum à sacro per punctã camez & patha. Hoc sciendum est quod אֲדֹנָי tetrasyllabum adonai semper sacrum & nunquam prophanum est. אֶדֶן Peristilium, columna auxiliaris uel basis: ut Exodi tricesimooctauo. Centum bases factæ sunt de centum talentis, talentum ad basem in plurali אַדְנֵי uel אֲדָנִים ut eodem capite paulo superius. Inde אֲדָנִיָּה id est, fundatio uel fulcimentum.

אַדִּיר ✻ Magnificum, forte, excellens, admirabile, honoratum, Psalmo octauo. Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum.. Et significat magnum, Ezechielis decimoseptimo, & erit in cedrum magnam. Item in fœminino sine iod אַדֶּרֶת & significat grande, ut eodem cap. ut fit in uineam grandem: cuius passiuum Exodi decimoquinto ponitur: dextera tua magnificata est נֶאְדָּרִי pro נֶאְדָּרִיה

אַדֶּרֶת. Lodix hirsuta: ut Genesis uicesimoquinto. In morem pellis hispidus: uocatur etiam uestis quædam pilosa Babylonica hoc nomine: ut Iosue septimo, uidi enim inter spolia אַדֶּרֶת שִׁנְעָר pallium coccineum. אֲדָר Mensis Februarius, ut Ester nono. Igitur duodecimi mensis quem adar uocari iam diximus. אֲדַרְכֹּן Solidus, Esrę octauo. Et crateras aureos uiginti, quę habebant solidos millenos.

אָהַב ✻ Dilexit, ut Genesis tricesimoseptimo. Israel autem diligebat Ioseph. Inde nomen uerbale אַהֲבָה amor uel amicicia, Canticorum tertio. Ascensum purpureum media charitate constrauit. Significat etiam dilectam: ut eodem capitulo: Adiuro uos filiæ Ierusalem per capreas ceruósque camporum, ne suscitetis neque euigilare faciatis אַהֲבָה dilectam. Cętera huiusmodi quære in eodem libro.

אֲהָהּ ✻ Vox clamantis cum dolore: Ioëlis primo: Aha diei quia prope est dies domini. Et Ieremię primo, Aaa domine nescio loqui. אֱהִי Idem quod אַיֵּה id est, Vbi: ut Oseæ tredecimo. Vbi est rex tuus?

אֹהֶל ✻ Tetendit tentoria: quod Hieronymus exposuit habitauit, ut Genesis tredecimo. Lot uero moratus est in oppidis quæ erant circa Iordanem & habitauit in Sodomis. Et nomen uerbale ab eo deriuatum אֹהֶל id est, tentorium, tabernaculum: ut Psalmo centesimo trigesimoprimo. Si introiero in tabernaculũ domus meę. Sic Iosuę septimo. Et

abscon

abſcondi in terra contra medium tabernaculi mei. Et inuenitur per ablationem aleph Iſaiæ.13. Nec ponet ibi tentoria Arabs: ſic יַהֵל & יַחִילָא pro יַאֲהִילָא Iſaię eodem cap. Stellæ cœli & ſplendor earum non expandent lumen ſuum: Ab eius tranſitiuo ſecūdo quod ponitur Iob 25. יַאֲהִיל id eſt, faciet extendere ſiue ſpargere ſeu expādere, quod noſter trāſlator per incuriam traduxit ſic: Ecce luna etiam non ſplendet: quod ſi latine poſſemus, magis proprie extentificabit uel ſparſificabit diceremus. Et caue ne putes idem eſſe uerbum quod ſcribitur Iob 41. Sternutatio eius ſplendor ignis: ubi ponitur תָּהֵל & 29. eiuſdem libri: Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum: ubi ponitur בְּהִלּוֹ Quando enim ſplendorem ſignificat in primi tiuo ſuo nullū habet aleph naturaliter.

אֲהָלוֹת Aloës: ut Canticorum 4. Myrrha & aloës cum omnibus primis ungentis. Alij dicunt genus eſſe aromatis quod medici Sandalū & Arabes zandel uocant: ponitur & אֲהָלִים in eodem ſignificato Prouerbiorum ſeptimo. Myrrha & aloë.

✠ אוֹ Vel, aut, ſi: ut Leuitici primo. Si autem de auibus holocauſti oblatio fuerit domino, de turturibus uel pullis columbæ: ubi noſtra impreſſio habet & pro uel, ſed male.

✠ אוֹב Python, dæmon, & ars pythoniſſandi: ut Leuitici 20. Vir ſiue mulier in quibus pythonicus uel diuinationis fuerit ſpiritus.

✠ אוּד Torris uel ticio: ut Zachariæ tertio. Nūquid non iſte torris eſt erutus de igne: cuius plurale אוּדִים ponitur in Iſaia ſeptimo. Cor tuum ne formidet à duabus caudis ticionum fumigantium iſtorum.

אוֹדוֹת Propter, cauſa, gratia, ut Ioſue 14. Noſti quid locutus ſit dominus ad Moſen, hominem dei de me & te in Cadesbarne: ubi magis proprie debuit trāsferri אוֹדוֹתַי propter me & אוֹדוֹתֶיךָ propter te, uel gratia mei & gratia tui, uel mei cauſa & tui cauſa, uel deniq; ſuper cauſa mea & ſuper cauſa tua: hoc ultimum eſt propriiſſimum, nam communiter ponitur præponendo עַל id eſt, ſuper. Numeri 12. propter uxorem eius.

✠ אָוָה Deſyderauit: ut Iſaiæ 26. Anima mea deſyderaui te in nocte: ubi anima eſt ſeptimi caſus, nam deſyderaui eſt primę perſonę præteriti perfecti indicatiui modi.

אַוָּה Deſyderium nomen uerbale ab אָוָה uerbo ſuperiori: ut Deuteronomij 12. ubi textus in noſtra tranſlatione eſt obſcuratus cum legitur: Si autem comedere uolueris & te eſus carnium delectauerit, occide & comede iuxta benedictionem domini dei tui quam dedit tibi in urbibus tuis: nam de uerbo ad uerbum textus ita legitur: Veruntāmen in omni deſyderio animę tuę occides & comedes carnes iuxta benedictionem domini dei tui in omnibus portis tuis: ubi ponitur אַוָּה pro deſyderio & uoluptate. Inde נָאוָה id eſt, deſyderata uel deſyderabilis, uel placens: quod noſtra tranſlatio habet formoſa: Canticorū primo: Nigra ſum ſed formoſa. Aliud nomen uerbale תַּאֲוָה idem quod deſyderium Pſal. 112. Deſyderium peccatorum peribit. Dicitur etiam finis, terminus, uel limes. Geneſis 49. Donec ueniret deſyderium collium æternorum: quod Hebræi

exponũt finis uel terminus, & à passiuo uenit נָאווּ id est, desyderabiles factę sunt: pro eo quod Canticorum primo capitulo legitur: Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturum. Ponitur etiam hoc uerbum נָאוָה sæpe pro placet, item pro decet: ut Prouerbiorum 26. Quomodo nix in ęstate & pluuię in messe, sic indecens est stulto gloria: quod uerbum è uerbo dici tur sic: non decet stulto gloria, uel nõ placet, uel nõ est pulchrũ seu decorum stulto. Deriuata & denominata ab illo sæpe per defectum aleph aut uau reperiũtur, quod ex arte grammatica discere licet.

✱ אוֹחַ Bestiam quandam monstrosi generis significat: sed quo apud Latinos appelletur nomine uel cuius sit naturę nihil certi potuerunt interpretes inuenire Isaię tredecimo ubi scribitur: Sed requiescent ibi bestiæ & replebuntur domus eorum אֹחִים quod Hieronymus transtulit, draconibus, Aquila typhonibus, Symmachus dimisit uerbum absq; interpretatione ohim sicut & Ionathan Chaldæus, qui more Chaldęorum mutauit m in n dicens ohin. Septuaginta & Theodotion traduxerunt clamores uel sonitus: alij Martichoras & Barbari uocãt Marder. Multi Hebræorum dicunt esse feles marinos: præceptor meus exposuit cercopes. Nicolaus de Lyra putat aues esse magnas solitudinem amantes. Tanta diuersitas ignorantiam eius nominis אוֹחַ profitetur, cum quibus transeo.

✱ אוֹי Vę, ut Numeri 21. uę tibi Moab, peristi popule Camos.

✱ אֱוִיל Stultus: ut Oseæ nono: Scitote Israël stultum prophetam. Vnde nomen אִוֶּלֶת sine iod, stulticia; Prouerbiorum quinto. & in multitudine stulticiæ suæ decipietur.

אוּלַי Si quæsitiuum, si forte, nónne si, nunquid si: Genesis decimooctauo. Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, & sic consequenter, & significat quandoq; absq; si tantummodo, forte seu forsitan: ut Iosue nono. Forte in terra quæ nobis sorte debetur habitatis.

✱ אוּלָם & אֻלָם Verum, profecto, uere, certe, ueruntamen, alioquin: ut Iob secundo, alioquin mitte manum tuam: quamuis Hieronymus exponat quãdoq; pro utinam: ut Iob undecimo, Atq; utinam deus loqueretur tecum: sed tamen proprie significat uerũ, quod translatio Chaldaica ostendit traducens בְּרַם pro אוּלָם ut Numeri decimoquarto, ubi legitur: Viuo ego & implebitur gloria domini uniuersa terra: hebraica ueritas habet & uere uiuo ego. אוּלָם Palatium, uestibulũ, porticus, ut tertio Regum sexto. Et porticus erat ante templũ uiginti cubitorum.

✱ אָוֶן & אוֹן Virtus, fortitudo, iniusticia, dolor, luctus, tristis, murmurans: ut Iob decimooctauo. Attabuntur gressus uirtutis eius, & eiusdem 20. Filij eius atterentur egestate & manus illius reddent ei dolorem suum, sic infra 21. Deus seruabit filijs illius dolorem patris. Hæc omnia simul uoluit complecti Hieronymus cum Numeri 11. pro כְּמִתְאֹנְנִים traduxit murmur populi dolentium prę labore: & pro murmure specialiter ponitur Threnorum tertio. Quid יִתְאוֹנֵן murmurauit homo uiuens. אָוֶן Iniquitas, uanitas: Isaiæ tricesimosecundo. Et cor eius faciet iniquitatem, pro quo Septuaginta, uana intelligit,

* אִיץ Instāter hortatus est & coēgit, ut Exodi 5. Pręfecti quoq; operum instabant, id est, festinanter cogebant, ubi ponitur אָצִים & significat אָץ festinauit: ut Iosue 10. Stetit itaq; sol in medio cœli & non festinauit: omnia eiuscemodi significata ad festinationē, impulsionē, oppressionē, tribulationem pertinent.

* אוֹר Luxit à luceo: ut Genesis 44. Pro eo quod apud nos legitur: Et orto mane dimissi sunt cum asinis suis, hebraica ueritas habet: Mane lucescebat, et uiri dimissi sunt ipsi & asini eorum, & Psal. 139. Et dixi forsitan tenebrę conculcabūt me & nox illuminatio mea: quod hebraica ueritas sic habet: Et dixi forsitan tenebrę operient me et nox luxit coram me, ubi ponitur אוֹר id est, luxit: quod uolēs Symmachus imitari traduxit: & nox lux circum me sedit, potest et rectius exponi: & nox illuminauit circa me. Ponitur item in imperatiuo apud Isaiā 60. אוֹרִי surge illuminare Ierusalem, quod magis grāmatice diceretur surge lucesce, atqui dictio Ierusalem nō ponitur in hebraico sed in interpretatiōe Chaldaica Ionathę inuenitur, deinde in iam dicto uersu ponitur & אוֹר id est, lux uel lumen. Et à superiori uerbo, transitiuum secundum deriuamus הֵאִיר id est, fecit lucere, hoc est, apparere: Psal 96. Alluxerūt fulgura eius orbi terrę, secundū grāmaticam, id est, fecerūt lucere fulgura orbē: nam terrę non ponitur, quod si possemu[illegible]rie, utiq; exponeremus lucificauerūt magis proprie, quod saltē illuminauerunt dicamus: unde יָאֵר id est, faciat lucere, hoc est, illuminet Psal. 67. Illuminet uultū suum super nos. Inde מָאוֹר lumi[illegible] & pluraliter fœminine מְאוֹרוֹת ut Gen. 1. Fecitq; deus duo luminaria magna, sed אוֹר declinat masculine אוֹרִים Inuenit etiam אוֹרָה ut Ester 8. Iudęis autē noua lux oriri uisa est. אוּר Chaldæorū est uallis, uel loci propriū nomen: multi ut cōueniat supiori uocabulo dixerunt esse lustrationē Chaldęorū quā dijs suis peragebāt: nam lustrare illuminare dicimus, ut Virgilius, Postera phœbea lustrabat lāpade terras. Et potest utrunq; significare idē uocabulū, tam locū uallis in Chaldęa in quo Arā natus est, ut scribit Gen. 11. Et mortuus est Aran ante Tharah patrē suū in terra natiuitatis suę in Vr Chaldæorū, quā etiam lustrationē ignis Chaldæorū idolis solennē, à quo idolatrię crimine deus Abrahā prę seruauit, ut Gen. 15. Ego dn̄s qui eduxi te de Vr Chaldæorū, multa de hoc finguntur in libro de agricultura Ægyptiorū, teste rabi Mose Ægyptio in perplexorū libro 3. cap. 30.

מְאוּרַת Cauernula in quā uoluit se aspis: ut Isaiæ 11. Et delectabit infans ab ubere super foramine aspidis & in cauerna reguli &c. scribitur autē in plerisq; codicibus per iod loco uau sic מְאִירַת supplente kybuz literam uau. אוֹרוֹת Herbæ uirides ad uescendum aptæ & uisum aspectu illustrantes, ab illustratione sic dictæ secundum magistros Hebręorum: ut quarto Regum quarto: Et egressus est unus in agrum ut colligeret herbas.

אוֹר Pluuia: ut Iob tricesimoseptimo. Frumentum desyderat nubem & nubes spargit lumen suum: pro quo melius hebraica ueritas habet, nubes spargit pluuiam suam. pluuia

אוֹר Fulgur: ut Iob tricesimoseptimo ubi legit in trāslatione nostra: & lumen fulgur.

illius super terminos terræ: exponitur ab Hebræis & fulgur illius super alas terræ.

✱ אות Signum: ut Deuteronomij 13. Et produxerit signum aut portentum, & euenerit signum & portentum: in plurali אותות signa: similiter אות significat literam, ut suprà in grammatica.

✱ אז Tunc: ut Exodi 15. Tūc cecinit Moses & filij Israel, & quādoq; scribitur in fine iod: ut אזי Psal. 124. Forsitan uiuos deglutissent nos: quod Hebræi exponunt certe, utiq;, tum.

✱ אזוב Hyssopus herba: ut Exodi 12. Fasciculumq; hyssopi tingite in sanguine.

✱ אזל Abijt, recessit, defecit: ut Deuteronomij 32. Videbit quod infirmata sit manus: quod Hebræi exponunt, uidebit כי אזלת יד quod abijt robur, & Iob 14. Quomodo si recedant aquæ de mari. Est etiam nomen lapidis monstrantis uiam transeuntibus secundum Ionathan Chaldæum.

✱ אזן Præceptor & scientiarum inuestigator: Ecclesiastis 12. & inuestigans composuit parabolas multas. Quidā exponunt ibi pro שקל ponderare, alij pro facere auscultare.

אזן Auris: ut Exodi 29. & pones super extremum auriculæ dexteræ Aaron & filiorū eius: & habet in plurali אזנים ut Psalmo 40. aures autem perfecisti mihi: unde uenit מאזין id est, obedit: ut Proverbiorum 17. Malus obedit linguæ iniquæ. à preterito האזין quod frequens est, uenit.

✱ אזק Ferramenta quibus manus ligantur, id est, manicæ seu catenæ siue cōpedes, in plurali האזקים ut Ieremiæ 40, Quando tulit eum uinctum catenis in medio omnium: & quādoq; scribitur sine aleph בזקים ut circa finem libri psalmorum, Ad alligandos reges eorum in compedibus.

✱ אזר Cinxit, accinxit: 1. Regum 2. Et infirmi accincti sunt robore: ubi hebraica ueritas habet: Infirmi אזרו accinxerūt robur, unde nomen uerbale אזור id est, cingulum: Isaiæ quinto, Cingulum renum eius.

✱ אח Pyra, rogus, caminus: quod Hieronymus traduxit arulam Hierem. 36. & posita erat arula coram eo plena prunis: quod secundum Hebræos exponi posset: & rogus ante eum ardens, uel potius pro foco מחתה ponitur ut dum sequitur & proiecit in ignem qui erat super arulam, id est, focum donec cōsumeretur omne uolumen igne qui erat in arula, id est, super focum.

אח Est ענין צער Heu dolentis & luctus uox: ut Ezechielis 6. & dic heu ad omnes abominatiōes malorum domus Israël. Inde האח euge.

אח Frater: ut Psal. 49. Frater non redemit, redimat homo: quod secundum aliquos hebræos trans fertur, unus non redimit, redimant singuli uel redimat quisq;: ut sit אח pro אחד sicut alias חד & אח nēpe Ezech. 18. ponitur pro אחד Inde יחד simul, in unum. Et assumit אח quandoq; iod in fine sicut אב ut Genesis 14. Fratris Escol & fratris Aner: ubi est אחי in plurali אחים fratres: & in fœminino,

אחות Soror: ut Canticorum 8. Soror nostra parua & ubera non habet. In plurali אחיות sorores ut in grammatica.

Hinc est etiam אחוה fraternitas; Zachariæ 11.

אחד ✱. Vnus, quidam: ut Ezechielis tricesimoseptimo, & rex unus erit omnibus imperãs, & seruus meus Dauid rex super eos & pastor unus erit omniũ eorum. In plurali אחדים Pauci: ut Genesis 29. Et uidebantur illi pauci dies prę amoris magnitudine: In fœminino אחת pro אחדת una, quędam.

✱ אחו Carectum, pratum fœni, seu ulua, ut Iob 8. Nunquid uirere potest scirpus absq; humore aut crescere carectũ sine aqua. In plur. אחים pro אחוים.

✱ אחז Apprehendit, tenuit: ut Exodi decimoquinto. Dolores, alias tremores, tenuerunt habitatores Philistim: unde participialiter Canticorum tertio. Omnes tenẽtes gladios: & eodem cap. tenui eum, id est, apprehendi eum, sicut eiusdem cap. 2. capite nobis uulpes. Inde uenit אחזה Id est, apprehensio, possessio, ius utendi fruendi, hæreditas: ut Genesis 23. Date mihi ius sepulchri uobiscum: Et eiusddm 47. Ioseph uero patri & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto.

✱ אחלי Potentia, facultas: Hieronymus traduxit utinam in Psalmo 119. Vtinam dirigantur uię meæ: quidam, optatio mea: alij, oratio mea. Septuaginta grece traduxerunt ὄφελον quod ab utili utinã dicimus, quasi utile nam. Et quarto Regum quinto. Vtinã fuisset dominus meus: ubi ponitur אחלי & est obsecrantis per præpositionem aleph: nam absq; eo rogare & orare & obsecrare significat: ut Exodi tricesimosecundo. Moses autẽ orabat dominũ deũ suũ: ubi ponit̃ ויחל & exponit Ionathas Chaldæus domine mi.

✱ אחלמה Amethystus: ut Exodi 28. tertio ligurius, achates & amethystus: alij exponunt pro crystallo.

✱ אחר Alius uel alter: ut Psal. 109. Et episcopatum eius accipiet alter. In fœmin. אחרת alia: in plur. אחרים alij.

אחר & אחרי Post: primo. Esrę septimo. Post hęc autem uerba, unde multa deriuantur: ut אחרית ultimum, nouissimum, postremum, finis: Deuteronomij 32. Vtinam saperent & intelligerent & nouissima eorum prouiderent: ✱

אחרנית. Retrorsum uel posterius: ut Genesis nono. Et incedentes retrorsum operuerunt uerenda patris sui. ✱

אחרנים Vltimi: Genesis tricesimo tertio: Lyam uero & filios eius in secundo loco, Rachel autem & Ioseph in nouissimo. [illegible] cuius singulare masculum est אחרון & fœm. אחרונה ultimũ.

אחר Tardauit: ut Deut. 23. cũ uotũ uoueris dño deo deo tuo, nõ tardabis red.

✱ אחשדרפן Dux: ut Esrę 8. (dere. Satrapis qui erãt in cõspectu regis & ducibus: similiter & Ester 3.

✱ האחשתרנים Mulæ ex equa & onagris mansuefactis secundum Plinium libro octauo, capite 44. ueloces in cursu, pro quo Hieronymus traduxit ueredarios celeres: ut Ester octauo. Egressiq; sunt ueredarij celeres nuncios perferentes.

✱ אט Declinauit, uestigauit: ut Oseæ undecimo. Et declinaui ad eum ut uesceretur: quasi diceret, uestigia duxi su per eum. Vnde Gen. 33. scribit̃: & ego sequar paulatim uestigia eius: ubi ponitur לאטי id est, uestigia sequẽdo per paragogẽ iod: & eius natura est significare pedetentim, plane paulatim saltem.

✱ אטד Tribulus seu genus spinarum

rum, quod aliqui carduum uocant: Geneſis ultimo. Quod cum uidiſſent habitatores terræ Canaan dixerunt: ubi uerba ſunt diminuta in noſtra translatione. Nam ſic legi deberet: Et uidit habitator terræ Cananeæ luctum in area Atad, quod paulo ſuperius poſuit cum diceret: ueneruntq́ ad aream Atad quæ ſita eſt trans Iordanem. Et ſecundum Hebręos teſte Nicolao de Lyra, Atad non eſt nomen proprium hoc loco, ſed area hæc ſepta fuit ſpinis unde area ſpinarum dicta eſt. Ego inuenio Geneſis tertio in tranſlatione Chaldaica Onkelũ hoc eſſe uocabulo uſum, cum litera hebraica habet: Spinas & tribulos germinabit tibi, tradũxit Onkelus Chaldæus pro tribulis atadin pluraliter: alias translatio noſtra uertit rhamnum: Pſalmo 58. Priuſquam intelligerent ſpinę ueſtrę rhamnum.

* אָטַם Occuluit, clauſit, obſtruxit, obturauit: ut Iſaiæ 33. Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, אָטוּם occultum, clauſum: Ezechielis 40. חַלּוֹנִים הָאֲטֻמוֹת Et feneſtras obliquas in thalamis, quod Ionathas Chaldaice traduxit feneſtras occultas, & trãslatio Septuagint. habet feneſtras abſconditas.

* אֵטוּן Funis, inſtita. Hieronymus traduxit tapete, Prouerbiorũ ſeptimo. Intexui funibus lectulum meum ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto: & proprie eſt tendiculum uel zona. Kimhi exponit מֵיתָר funem.

* אָטַר Strinxit, urgebat, clauſit, obturauit: ut Pſalmo 69. Neq́ abſorbeat me profundũ neq́ urgeat ſuper me puteus os ſuum. Male nanq́ traduxit qui ait: & ne coronet ſuper me puteus os ſuum, hoc enim (nempe אטר) per aleph ſcribitur, illud autem עטר per ain literam.

* אֵי Vbi: ut Geneſis quarto: Vbi eſt Abel frater tuus: & eſt quæſitiuum loci: recipit in fine quandoq́ he, ut אַיֵּה Vbi: Geneſis decimooctauo. Vbi eſt Sara uxor tua? & ab eodem uocabulo אֵי deriuantur אֵיכָה ubi & אֵיפֹה ubi.

אִי Inſula: ut Iſaiæ uiceſimo. Et dicet habitator inſulę huius: & pluraliter אִיִּי ut Hieremiæ ſecundo. Tranſite ad inſulas Cethim, uel אִיִּים Ezechielis uiceſimoquinto. Et turbabuntur inſulæ in mari. Et ponitur אִי ſæpe pro non per apocopen nun literę, ut Prouerbiorum triceſimoprimo, poſt uerſiculum, noli regibus ô Lamuel noli regibus dare uinum: & ſequitur, quod translatio noſtra non habet: & principibus non ſit ſicera ſeu ebrietas. אִי Vę: ut Eccleſiaſtis decimo. Vę tibi terra cuius rex eſt puer.

אִילוֹ Væ: ut Eccleſiaſtis quarto: Væ ſoli qui ceciderit: compoſitum ab אִי id eſt, uæ, & לוֹ id eſt, ei.

* אַיָּה Vultur: ut Leuitici undecimo. Miluum ac uulturem iuxta genus ſuum.

* אָיַב Inimicatus eſt: ut Exodi uiceſimotertio. Inimicus ero inimicis tuis. Inde אוֹיֵב inimicus, primo Regum decimooctauo, & factus eſt Saul inimicus Dauid: & אֵיבָה inimicitia: ut Geneſis tertio, & inimicitiam ponam inter te & mulierem.

* אֵיד Afflictio, pernicies, calamitas, interitus: Prouerbiorũ primo. Ego quoq́ in interitu ueſtro ridebo: & Pſalmo decimoſeptimo, præuenerunt me in die afflictionis me.

* אֵיד Vapor: quod translatio noſtra

ſtra fontem nominat: Geneſis ſecundo. Sed fons aſcendebat è terra: ſed alij nubem interpretãtur, ſicut Onkelus Chaldæus traduxit. אֵיךְ Quomodo: ut Geneſis 39. Quomodo ergo poſſum hoc malum facere? quod per paragogẽ dicitur quandoq; אֵיכָה Threnorum 1. Quomodo ſedet ſola ciuitas: quod aliquando per geminatum caph ſcribitur אֵיכָכָה ut Canticorum 5. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? אֵיכָה Vbi: deriuatum ab אֵי ut Canticorum 1. Vbi paſcas, ubi cubes in meridie.

* אֵיל Dominus, auxiliator, fortis, potens, robuſtus. Ezechielis 17. Sed & אֵילֵי fortes terræ tollet. אֱיָלוּת Fortitudo, robur, uirtus, auxilium, poteſtas: ut Pſalmo 22. Tu autem domine ne elõgaueris auxilium tuum à me. Inde אֵל fortis, ut Exodi 15. מִי כָמֹכָה בָּאֵלִים Quis ſimilis tui in fortibus dñe: & pro deo fortiſſimo ponitur, ut Geneſis 33. Inuocauit ſuper illud fortiſſimum deum Iſraël. אֵלָה uel אֵילוֹן Arbor, quercus: ut Iudicum 9. Et conſtituerunt regẽ Abimelech iuxta quercum quæ ſtabat in Sichẽ: & ubi habetur in hebraico pro arbore in genere עֵץ ibi Chaldæus exponit אִילָן arbor uel lignum.

* אַיִל Aries: Gen. 22. Viditq; poſt tergũ arietẽ, & plural. אֵילִים Pſalmo 29. Afferte domino filios arietum. אַיָּל Ceruus, ut Pſalmo 42. Quemadmodũ ceruus deſyderat, ſimiliter etiam אַיָּלָה Geneſis 49. Nepthalim ceruus emiſſus: & pluraliter ponitur Canticorum 2. אַיָּלוֹת Adiuro uos filiæ Ieruſalem per capreas ceruosq; camporũ; & eſt cõmunis generis. Nam in fœminino Hierem. 14. ponitur cerua in agro peperit, ſcilicet אַיֶּלֶת cum thau. אַיִל Limen, frons ædificij, frontiſpicium uel circunſtantia liminum uel margo feneſtrarum, de cuius uocabuli uaria interpretatione uide Hieronymum in commentarijs ſuper Ezechielem 40. ubi reperies אַיִל אֵילֵי אֵילִים אֵלָו pro fronte, ſuperliminari, poſtibus, limine. Hinc אֵילַיְתְמָה אֵילַמּוֹת Margines feneſtrarum. אִילּוּ Si: ut Eſter 7. Atq; utinam in ſeruos & famulas uenderemur, pro, atq; ſi in ſeruos &c.

* אָיֹם Horribilis & terribilis: ut Habacuk 1. horribilis & terribilis eſt, cuius fœmininum eſt אֲיֻמָּה Canticorum 6. terribilis ut caſtrorum acies. אֵימָה Terror, horror, nomen: ut Geneſis 15. Et horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Hinc אֵימִים Populi ſunt Gigantæi Deuteronomij 2. Deniq; Moabitę appellant eos Emim, & dicuntur ſic à terrore, quoniam uiſu ſunt horribiles & timendi.

* אַיִן deriuatum ab אֵי quęſitiuum eſt loci: ut מֵאַיִן id eſt, unde Geneſis 29. Fratres unde eſtis? אַיִן & in pauſa אָיִן Non: ut Geneſis 28. Non eſt hic aliud niſi domus dei: cuius etiam compoſitum inuenitur מֵאֵין id eſt, non, nec, neque: ut Hieremię 30. Væ quia magna dies illa nec eſt ſimilis eius. Et ſimiliter כְּאַיִן quaſi, penè: ut Pſalm 73. Penè effuſi ſunt greſſus mei.

* אֵיפָה Modius: ut Leuitici 19. æquusq; ſextarius, ſcribitur etiam abſque iod: ut Leuitici 5. Simile partem ephi decimam: ubi אֵפָה habetur. אֵיפֹה Vbi: ut Iob 38. Vbi eras quando ponebã fundamenta

damenta terræ? אֵיפוֹא Vbi: Genesis 27. quis & ubi ille est qui dudum captam uenationem attulit mihi? & est articulus sine coniunctione media quis, ubi, simile Habacuk 3. Sol luna steterūt: non sol & luna. אֵיפוֹא Nunc, uel hic: Hieronymus exposuit posthac Genesis 27, Et tibi posthac fili mi ultrà quid faciam? Inuenies etiam per uau solam scriptum in Iob וְאַיֵּה אֵיפוֹ 17. ubi nunc ergo est præstolatio mea?

* אִישׁ Vir: ut Beatus uir qui non abijt. Et, Beatus uir qui timet dominum. & pluraliter אִישִׁים Isaiæ 53. nouissimū uirorum. Eius fœmininum scribitur sine iod & in fine cum he, in hunc modum:

אִשָּׁה Mulier: ut Genesis secundo: Hæc uocabitur uirago, quoniam de uiro sumpta est. Voluit enim interpres deriuatiuū latine à uiro quærere quod mulieri cōueniret, sicut nos in lingua hebraica facere consueuimus. Dicitur etiam אֵשֶׁת potissimum in regimine, & pluraliter אִישׁוֹת nam quod inuenitur נָשִׁים id est, mulieres, ab אֱנוֹשׁ deriuatur. Item אִישׁ Vnusquisq;, uel quilibet, uel quisq;: ut Exo. 25. ubi nos legimus expandētes alas & operiētes oraculū, respiciantq; se mutuo uersis uultibus: ibi hebraicā ueritas habet: Et erūt expādentes alas supne uicissim plectētes alas eorū super propiciatorium, et aspectus eorum quisq; ad fratrem suum. In eodem significato etiam in fœminino genere dicitur אִשָּׁה ut eiusdē 26. pro eo quod nos legimus, quinque cortinę sibi iungentur mutuo: illic hebraica ueritas habet, quinq; cortinæ erunt iunctæ unaquęq; ad sororem suā.

אִישׁ Heros, uir magnus & caput atq; præcipuus; ut Iudicum 7, nō est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filij Ioas uiri Israël: mendose enim legitur Israëlitæ sed potius uiri Israël, id est, capitis Israël. Et primo Regum 26. Nunquid non uir tu es? אִישׁ Homo patricius & nobilis: Adam uero homo plebeius è uulgo, ut Psalmo 49. ubi nos legimus: Quiq; terrigenæ & filij hominum: Hebraica ueritas habet, tam filij plebei quam filij patricij, hoc est, filij אִישׁ Hinc quoq; אִישׁוֹן Imago nigra in pupilla oculi, & capitur pro pupilla, ut Psalmo 17. Custodi me ut pupillam oculi. Et uolūt quidam dicere quod hæc sit forma diminutiuorū apud Hebræos scilicet וֹן

* אֵיתָן Durus, fortis, robustus, ut Numeri 24. Robustum quidem est habitaculum tuum, & Deuteronomij 21. circumlocutus est interpres eam dictionem dicens; & ducent eam ad uallem asperam atq; saxosam: pro forti & dura. In plurali אֵיתָנִים Iob 12. Item אֵיתָן Nomen aluei fluuialis: ut Psalmo 74. Tu siccasti fluuios ethan. Hieronymus iuxta priorem significationem traduxit flumina fortia. Nicolaus de Lyra dicit quod sit nomē proprium deserti: sed negligēter & incaute aspexit orthographiam. Nam quando mansionem Israëliticam deserti significat, scribit in fine per mem: ut Numeri 33. De Sochoth uenerunt in אֵיתָם etham quę est in extremis finibus solitudinis. Cum uero propriū est aluei Iordanis ut hic, scribitur per nū in fine. Et Exodi 14. notatur etiam alueus maris eodem uocabulo cum legitur: Cumq; extendisset Moses manum contra mare reuersum est primo diluculo ad priorē locū, id est, ad alueū consuetū.

* אַךְ Sed, at, ueruntamen, autem, quidem

quidē, certe, etiam, ſaltem: ut Exodi 10. Sed nūc dimitte peccatū mihi אַךְ הַפַּעַם etiā hac uice: Et Geneſis 29. אַךְ עַצְמִי Os quidem meum es & caro mea. Significat etiam quam, ut Pſalmo 73. Quā bonus Iſraēl deus. Componitur & cum רַק id eſt, ueruntamen ut ſit הֲרַק אַךְ tantummodo: ut Numeri 12. Nūm tantūmodo per Moſen locutus eſt dn̄s? ubi habet הֲרַק אַךְ cū duabus dictionibus.

* אָכַל Comedit: ut Deut. 8. Vt cum comederis & ſaturatus fueris. אֹכֶל Eſca uel uictus: ut Geneſis 42. De terra Canaan ut emamus uictui neceſſaria.

אָכַל Deuorauit, cōſumpſit, cōbuſſit: ut 4. Regum 1. Deſcēdat ignis de cœlo & deuoret te. Et Exodi 3. Et uidebat quod rubus arderet & non cōbureret, et Deut. 4. Dominus deus tuus ignis cōſumens eſt. אִבְחַת Acies gladij: ut Hieremie 46. Deuorabit gladius & ſaturabitur: aliâs acies gladij ſaturabitur. Hinc מַאֲכֶלֶת Culter ad imolandum propter acuitatem ſic dictus: In plurali מַאֲכָלוֹת Prouerbiorum 30.

* אָכֵן Siquidem, certe, itaq;, autem, uero: ut Pſal. 82. אָכֵן כְּאָדָם תְּמוּתוּן Vos autem ſicut homines moriemini.

* אָכַף Inclinauit, flexit, curuauit, diuertit, compulit: ut Prouerbiorum 16: Anima laborantis laborat ſibi quia compulit ad illud os ſuum: & ſignificat idem quod כָּפַף ut Pſamo 146. Dominus erigit eliſos: pro quo Hebræi exponunt inclinatos recuruos.

* אִכָּר Arator, agricola: ut Hieremię 51. Et collidam in te agricolā & iugales eius. In plur. אִכָּרִים cultores agrorū.

* אַל Non: ut Pſalmo 121. Nō det in cōmotionem pedem tuum; & ſignificat idem quod unde. Similia ſunt לֹא אַיִן אַל בַּל בְּלִי בִּלְתִּי quę negationē ſignificant. Item אֶל cum ſægol, ſuper, ſupra: & ſecundum aliquos ponitur אֶל pro עַל id eſt, ſupra uel contra: ut 1. Regum 27. Contra meridiem Iudæ. Veruntamen אֶל per ſægol pro ad traducimus: ut, Et dixit dominus ad Moſen Exodi 10. & ſic de alijs locis. Significat etiam אַל per patha non, ne uel num: ut 1. Regum 27. In quem irruiſti hodie? pro quo ſcribitur אַל פְּשַׁטְתֶּם הַיּוֹם nō'ne irruiſti hodie, ſcilicet interrogatiue. אֵל Deus: ut Pſalmo 50. אֵל אֱלֹהִים Deus deorum dominus locutus eſt: & fortis, Exodi 15. Quis ſimilis tui in fortibus domine. Et Pſal. 42. Ad fortē uiuū: Heb. לְאֵל חָי qđ nos male legimus ad fontē. Nā etiā Septua. traduxerūt iſchyrō, id eſt, fortē.

* אֶלָּא Tamē, ſed, tantū, niſi, ſolū, pręter: apud magiſtros Hebręorum tritū.

* אֱלִיל Nihil, res nullius momenti idolum uanum, dæmoniū: Hieron. traduxit peruerſum dogma: ut Iob 13. Prius uos oſtendens fabricatores mendacij, et cultores peruerſorū dogmatū. Et pluraliter אֱלִילִים idola, dęmonia: ut Leuit. 19. Nolite cōuerti ad idola nec deos cōflatiles facietis uobis. Forſitan ab אַל id eſt, non, deriuatum, quia nihil ſit boni.

* אֶלְגָּבִישׁ Grādo: ut Ezech. 13. Et dabo lapides pgrādes: p, lapides grādinis.

* אַלְלַי Væ dolentis ululantis & eiulātis eſt: ut Michee 7. Væ mihi. Et ab eiulatu ſic dicitur: ut Ieremiæ 48. ululate & clamate: & paulo poſt, Ideo ſuper Moab eiulabo: ubi ponitur in prima perſona futuri tēporis אֲיֵלִיל Radix uerbi eſt יָלַל de quo infra.

* אֱלֵי Fortiter. Hieronymus tradu-

* אֱלִי Fortiter, Hieronymus traduxit uehementer: ut Iob 3. Gaudentq́ue uehementer cum inuenerint ſepulchrum.

* אָלָה Iurauit: ut Iudicum 7. Mille & centum argenteos quos ſeparaueris & ſuper quibus me audiente iuraueras. Hinc nomen אָלָה Execratio, iuramẽtum: ut Geneſis 26. Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus: & pluraliter אָלוֹת execrationes, maledictiones: ut Deut. 30. Omnes autem maledictiones has conuertet ſuper inimicos tuos. Inde הַעֲלָת id eſt, labor, fatigatio: ut Thren. 3. Dabis eis ſcutũ cordis laborem tuum. Kimhi exponit שְׁבוּעָה iuramentum.

אֱלִי Plange, querulare: ut Ioëlis 1. Plange quaſi uirgo accincta ſacco; ſic enim Ionathas Chaldæus planctum traduxit pro eo ponens אֱלְיָא Ezechielis 19. Et tu aſſume planctũ ſuper principes Iſraël. אַלְיָה Cauda: ut Leuitici 3. Adipem & caudã totam cum renibus.

אֵלָה Arbor. Hieronymus traduxit terebinthum: ut Geneſis 25. At ille infodit eas ſubter terebinthũ quę eſt poſt urbem Sichem. Eandem dictionem poſtea traduxit pro quercu, Ioſuæ ultimo: Et tulit lapidem pergrandem poſuitq́ eum ſubter quercum quæ erat in ſanctuario domini: quod alij exponunt de tilia, alij uero exponunt limen ſecundum Ionathan Chaldęũ, qui interpretatur אֲלָהָא quod eſt ianuæ limẽ, ut ſupra de אַיִל diximus. אֵלִים Idola, dij gentiũ, plurale ab אֵל ut Iſaiæ 1. Confundẽtur enim ab idolis quibus ſacrificauerunt.

* אוּלַי Nomen fontis unde oritur fluuius Vbal, ut ſupra in ea dictione oſtendimus & melius uidet̃ Danielis 8.

אוּלַי Pars indeclinabilis de qua ſuprà uidimus. Significat autem quãdoq; niſi: ut Numeri 22. Et niſi aſina declinaſſet de uia: & ſic in pluribus alijs locis. Nã paulo ſuperius affirmatiuam condicionem ſignificat in eodẽ capitulo. Si quo modo poſſim pugnans abigere eum.

אֵלַי Heus uocandi, compoſita dictio ab אֶל id eſt, ad & iod qđ ſignificat me: ſignificat enim huc ad me: ut Exodi 32. מִי לַיהוָה אֵלָי Si quis eſt domini iungatur mihi, quaſi diceret: Quis eſt domini heus huc: & ſic proprie legendum eſſet.

אֶל Ad: de quo ſupra: ut, Dixit dominus ad Moſen. אֶל Significat quandoq; de uel ab: ut Geneſis 41. Omnesq́ prouinciæ ueniebant in Ægyptum ut emerenteſcas אֶל יוֹסֵף à Ioſeph. Significat contra, erga, aduerſum: ut 1. Regũ 26. Quis es tu qui clamas אֶל הַמֶּלֶךְ erga uel aduerſus regem. Nam nou ad regem ſed ad Abner Dauid clamabat. Sæpe etiam ſignificat in, deſignans non tantum ad locum ſed etiam quandoq; in loco: ut 1. Regum 17. Et miſit Dauid manũ ſuam in peram: ecce ad locum: & percuſſit Philiſtæum in fronte: ecce in loco: uel ſecũdum Hebræos, percuſſit eum ſuper frontem. Nam & aliâs ſignificat ſuper, ut dicit Rabi Kimhi in comẽtarijs ſuper quatuor 1. Reg. 3. Oĩa quæ locutus ſum ſup domũ eius. Significat & corã. Sic igit̃ uarie ꝑ ſentẽtiæ cõmoditate poteris interpretari: ut ſepelite me cũ patribus meis in ſpelũca duplici, ubi Gen. 49. bis ponit̃ אֶל primo pro cũ, ſecũdo pro in.

* אֱלוֹהַּ Deus: ut Habac. 3. Deus ab auſtro ueniet. Itẽ אֱלָהֵי Deus: ut Exodi tertio. Deus Hebræorum uocauit nos. Et אֱלֹהִים Deus: ut Geneſis 1. In principio creauit deus cœlum & terrã: & ſecun-

& secundum Hieronymum ad Marcellam cõmunis numeri est, quod & unus deus sic uocetur & plures, ut שָׁמַיִם id est, cœlum & cœli: ut apud nos Athenę, Thebę. Et secundum Mosen Ægyptiũ in libro perplexorum primo, hoc nomẽ conuenit deo, angelis, & hominibus admiratione dignis. Inuenitur & pro idolis & iudicibus. Vbi eñ nos legimus Exodi 21. Offerat eum dominus dijs & applicabitur ad ostinm, exponunt Hebræi iudicibus. Sic etiam Chaldaica translatio habet: adducat eũ magister suus ad iudicẽ.

* נֶאֱלַח & אָלַח Fœtuit, corruptus & inutilis factus est: ut Iob 15. Quanto magis abominabilis & inutilis homo: & Psalmo 14. omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt.

* אָלַם Manipulauit, uel collegit fasciculos. Inde אֲלֻם fasciculus, manipulus: ut Genesis 37. Et ecce nos מְאַלְּמִים אֲלֻמִּים manipulãtes manipulos, quod magis latine Heronymus sic, Putabam nos ligare manipulos in agro. Idem etiã in fœminino eadem significatione profertur eodem quo supra loco אֲלֻמָּה & in plurali אֲלֻמּוֹת ut illic. אֻלָם Vtiq; certe, expletiua particula: ut Psalmo 58. Si uere utiq; iusticiam loquimini. Idem אוּלָם Iob 13. אִלֵּם & אָלַם Mutus: ut in titulo Psalmi 56. Ad uictoriã super columba muta, quod Dauid Kimhi exponit columba palatij. Et Exodi 4. aut quis fabricatus est mutum:

* אַלְמָן Viduatus: ut Hieremiæ 51. Quoniam non fuit uiduatus Israẽl & Iuda à domino deo suo. אַלְמָנָה Vidua, ut Genesis 38. Esto uidua in domo patris tui donec crescat Sela. אַלְמָנוּת Viduitas: ut Isaiæ 54. Et opprobrij uiduitatis tuę non recordaberis amplius.

* אַלּוֹן Arboris genus quod quercũ interpretantur: ut Oseę 4. Subtus quercum & populum & terebinthum, ubi & אֵלָה reperies quid sit, ut suprà monstratum est. Inde pluraliter אַלּוֹנִים Ezechielis 27. Quercus de Basan. Et אֵלוֹנֵי qđ etiam querceta significat & planicies arboribus ordine cõsitas: unde Hieron. cõuallem transtulit, Genesis 18. Apparuit autẽ ei dominus in cõualle Mamre, quasi diceret, in campo, in planicie: ubi arbusta siue querceta Mamre sita fuerunt.

* אֶלֶף Mille: ut Numeri 31. mille uiri de singulis tribubus eligantur. Et pluraliter אֲלָפִים ut Exodi 18, ubi nos legimus constitue ex eis tribunos & centuriones: ibi hebraica ueritas habet: & pone super eos שָׂרֵי אֲלָפִים principes millium & principes centenorum. אֲלָפִים uel אַלְפֵי Armenta, boues: Deuteronomij 7. Oleo & armentis, gregibus ouium tuarũ: & Deuteronomij 28. & greges armentorum tuorum. Inde מַאֲלִיפוֹת id est, robusto fœtu plenę: ut Psalmo 144. Oues eorum fœtosę, Kimhi exponit: mille producentes. אִלֵּף Docuit: ut Iob tricesimotertio. Tace docebo te sapientiam. אַלּוּף Præceptor, magister, dux, doctor: ut Psalmo 55. Tu uero homo unanimis dux meus & notus meus. אַלּוּף Bos: & scribitur per l fortificatum: ut Psalmo centesimo quadragesimoquarto. Boues eorum crassę.

* אָלַץ Molestauit, coërcuit, angariauit, oppressit: ut Iudicum decimosexto, ubi hoc uerbum Hieronymus per multa circumlocutus est dicens: Iugiter adhereret, spacium quieti non tribuẽs: pro affligeret eum,

* אִם Si:ut Exodi primo: Si maſculus fuerit interficite eum: ſi fœmina reſeruate. Ponitur autem quandoq; pro an præcedēte quæſitiuo הֲ ut Exodi decimo ſeptimo. Eſt ne deus in nobis an non. Item pro ſiue: ut Eccleſiaſtis ultimo. Siue bonū ſiue malum. Et cum prędicto quæſitiuo הֲ ſignificat num: ut Numeri decimoſeptimo. Num uſq; ad internicionem cuncti delēdi ſumus: Et cū כִּי ſignificat ſed: ut Pſalmo primo. Sed in lege domini uoluntas eius. Exponunt etiam pro uere, cum in multis alijs tū in hoc loco Numeri decimoſexto. Sin autem nouā rem fecerit dominus, ut ſit, uere nouam rem faciet dominus. Accipitur aliquando pro itaq; uel quodſi: ut Exodi uiceſimo. Quod ſi altare lapideum feceris mihi: & deſignare uidetur negationem ſcilicet non: ut Pſalmo 89. Semel iuraui in ſancto meo ſi Dauid mentiar. Et Pſalmo 95. ut iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam. אֵם Mater: ut Geneſis 3. Mater cunctorum uiuentiū, & plural. אִמּוֹת Matres: ut Thren. 2. matribus ſuis dixerunt.

* אֻמָּה uel אוּם Populus, tribus, progapia: ut Numeri 25. pro eo quod tranſlatio noſtra dicit principis nobiliſſimi Madianitarum, hebraica lectio habet, capitis populorum familiæ Madianitarum: & Geneſis 25. Duodecim principes tribuum ſuarum: ubi pluralis ponitur numerus ab אֻמָּה ſed plurale alterius eſt, אֻמִּים ut Pſal. 117. Laudate eum omnes populi. אַמָּה Cubitus, mēſura, ut Geneſis 6. Et cubito cōſummabis ſummitatem eius. אַמָּה Frons, poſtis ſiue ſuperliminare: ut Iſaiæ ſexto. Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum. אָמָה Ancilla: Geneſis 21. Eijce ancillam hanc & filium eius.

* אַמְתַּחַת Saccus: ut Geneſis 43. Imple ſaccos eorum frumento quantum poſſunt capere, & pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci.

* אָמֵן Fiat uerum: deriuatum à ſuperiori ſcilicet uero: ut Deuteronomij 27. Et dicet omnis populus amen: & Hieremię 11. Et reſpōdi & dixi amen domine. אָמֵן pro הֵאָמֵן Eſt enim imperatiuus paſſiuę uocis. אֱמֶת Verus, uerū, ſeu ueritas: ut Hieremię decimo. Dominus autem deus uerus eſt ipſe deus uiuens: & Pſalmo 51. Ecce enim ueritatem dilexiſti.

* אָמַל Defecit, imbecillis, infirmus fuit: & ſæpe geminatio l profertur ל אֻמְלַל ut Nehemię quarto. Quid Iudęi faciunt imbecilles: Et אֻמְלַל Iſaiæ 16. traduxit Hieronymus deſertū eſſe quoniam ſuburbana Heſſebon deſerta ſunt, id eſt, defecerunt: nam aliter idem uerbum traducitur Pſalmo ſexto. Miſerere mei domine quoniā infirmus ſum. Ein fœmininum ponitur Ieremię 15. Infirmata eſt quę peperit ſeptem.

* אָמְנָם Vere: ut Geneſis 18. Num uere paritura ſum anus: הֶאֱמִין Pro uero credidit: ut Geneſ. decimoquinto. Credidit Abraham deo, & Pſalmo 116. Credidi propter quod locutus ſum: ubi ponitur הֶאֱמַנְתִּי אָמֵן uel אֱמוּן Fides, creditum: ut Deuter. 22. Generatio enim peruerſa eſt, et infideles filij: ubi in hebręo habet, & filij in quibus non eſt fides: exponūt Hebręi, id eſt, ueritas. Significat etiam adiectiue fidelē: ut Prouerbiorum 20. Multi homies miſericordes uocant, uirū autē fidelē qs inueniet?

quaſi

quaſi exponeret: uirum credentiarum, ſi grammatice liceret:nam eſt ibi איש אמונים Inde נאמן fidelis: Numeri 12. Seruus meus Moſes qui in omni domo mea fidelis eſt. Significat & firmum. In fœminino נאמנה Iſaiæ 1. אמונה Veritas:ut Pſalmo 36. Et ueritas tua usq; ad nubes. אמן Artifex ſeu opifex:ut Canticorum 7. Quę fabricata ſunt manu artificis. אומן uel אמן Alūnus, nutricius:ut Eſter 2. Qui fuit nutricius filiæ fratris ſui Ediſſæ.

* אמץ Præualuit, confortatus & fortificatus eſt:ut Pſalmo 142. Libera me à perſequentibus me, quia cōfortati ſunt ſuper me:& Ioſuę primo. Confortare & eſto robuſtus, pro אמץ in imperatiuo kal. אמוץ Subrubicundus ſeu uulpecularis color:ut Zachariæ ſexto. Et in quadriga quarta equi uarij & fortes: pro quo ultimo Hebræi exponunt, lucide rubeſcentes, ut ſit אמוץ idem quod חמוץ id eſt, rubicundus.

* אמר Dixit: ut Iſaiæ 66. Hæc dixit dominus deus: & multa deriuantur ab eo, אמרה Verbum, ſermo, eloquiū: ut Pſalmo duodecimo. Eloquia domini eloquia caſta, id eſt, ſermones dei ſermones puri. Similiter אמר ut Pſalmo 138. Quoniam audiuerunt uerba oris tui.

In plurali אמרים & אמרות & in regimine אמרי atq; אמרות eloqa.

אמיר Extremum rami, palmes in ſummitate arboris quod proprie uerber dicitur, ut Iſaię decimoſeptimo. Et ſic excuſſio oleæ duarum uel trium oliuarum in ſummitate rami. האמיר Magnificauit, exaltauit, elegit, præamauit, laudauit: ut Deuteronomij uiceſimoſexto. Dominus elegit te hodie. Et paulo ſuperius: Dominum elegiſti hodie. Inde quidam exponunt illud Iſaiæ tertio. אמרו צדיק כי טוב Eligite, laudate, amate iuſtum, quia bonum: ab אמירה id eſt, laus uel amor: ubi nos habemus: dicite iuſto quoniam bene, melius nos, ut patet per translationem Chaldaicam.

* אמש Heri, nocte preterita: ut Geneſis triceſimoprimo. Sed deus patris tui heri dixit ad me. Secundum Kimhi, nox præterita ſic uocatur.

* אנה & אן Quo: ut Pſalmo 139. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? & Canticorum quinto. Quo abijt dilectus tuus? אנא O, obſecrantis particula: ut Pſalmo 118. O domine ſaluum me fac, ô domine bene proſperare. Hinc הושענא more Chaldæorum ſalua nos. אנה Hęc dictio etiam ſignificat ô ſicut ſuperior, quamuis illa ſcribatur in fine per aleph, & hæc per he: ut Pſalmo 116. O domine libera animam meam: & inferius: O domine quia ego ſeruus tuus: interpretantur quādoq; obſecro: ut Exodi triceſimoſecundo. Obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum. אנה Luxit à lugeo, contriſtatus & mœſtus eſt: ut Iſaiæ tertio. Et mœrebunt atq; lugebunt portæ eius. Hinc תאניה luctus: Threnorum ſecundo.

אנה Fatauit, fortuitu permiſit incidere, forte tradidit: ut Exodi 21. Qui autē nō eſt inſidiatus, ſed deus illum tradidit in manus eius. אני Ego, ut Geneſis decimoquinto. Ego dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum. אני Nauis, ut Iſaiæ triceſimotertio. Non tranſibit ſuper eum nauis remigum. Dicitur etiam claſſis: ut tertio Regum nono. Claſſem quoq; fecit rex Salomon. אניה Signi

 ficat

ficat etiam nauem: ut Ionę 1. Et inuenit nauem euntem in Tharsis.

* אָנַח Suspirauit, gemuit: Ioëlis primo. Quid ingemuit animal? אֲנָחָה Gemitus: ut Isaiæ 35. Fugient dolor & gemitus: & dicitur secundum Dauid Kimhi שושפיר suspirium. אֲנַחְנוּ Nos, ut Psalmo 20. Ipsi obligati sunt & ceciderunt nos autem surreximus & erecti sumus, & quandoq; deponit aleph in principio & dicitur נַחְנוּ ut Genesis 42. Omnes filij unius uiri sumus, & apud Rabinos אָנוּ sine heth.

* אֲנָךְ Linea, perpendiculum, amussis, regula latomi: quod Hieronymus trullam interpretatur Amos 7. Quid tu uides Amos? & dixi trullam: fortasse à terendo dictam, quod ea murus terendo leuigetur. Sed maiores nostri non pro tali instrumēto sed pro poculo trullam posuerunt, ut est apud Horatium secundo sermonum: Qui ueientanum festis potare diebus Campana solitus trulla. Melius igitur Ionathan Chaldęus דִּין id est, iustificatorium uocat, quo fabri utuntur appenso plumbo.

* אָנֹכִי Ego: ut Genesis 15. Noli timere Abram, ego protector tuus. Inuenit etiam sæpe sine epenthesi caph, ut אֲנִי & in pausa orationis אָנִי cum camez.

* אָנַס Coēgit, compulit, uim fecit: inde nomen אוֹנֶס uiolentia: ut Ester primo: Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum: ubi scribitur in participio kal.

* אָנַף Iratus est, succensuit: ut Psalmo secundo: Ne quando irascatur dominus & pereatis de uia. Hinc אַף cum syncopa nun. אֲנָפָה Auis in lege prohibita: Leuitici undecimo, quam interpretes tam uarie transferunt ut nesciam quid cui credam. Alij enim palumbem syluestrem, alij picum, alij miluum, alij graculum: Hieronymus appellat caradryon, ab eo fortasse quod cristam in uertice gestare uideatur: cuius instar inuenio quosdam Hebręos uocabulum hoc uoluisse upupā significare. Sed Dauid Kimhi scribit magistros suos præcipere, quoddam milui genus esse.

* אָנַק Clamauit, stridit præ dolore, singultiuit uel gemuit: ut Ezechielis uicesimoquarto. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies: inde. אֲנָקָה Vociferatio, gemitus, stridor, idē quod צְעָקָה ut Psalmo 102. Vt audiret gemitus compeditorum & solueret filios interemptorum: nomen uerbale. אֲנָקָה Animal quadrupes unum ex prohibitis, Leuitici undecimo, quod aliqui ericium appellant, Hieronymus Mygalen.

* אֱנוֹשׁ Homo: ut Psal. 103. homo sicut fœnum dies eius: & plural. אֲנָשִׁים & fœmininum sine aleph נָשִׁים id est, mulieres. Et apud magistros אֱנוֹשׁוּת humanitas. אָנַשׁ Doluit, ægre tulit, desperauit, secundo Regum duodecimo. Percussitq; dominus paruulū quē peperit uxor Vriæ Dauid & desperatus est. inde אֲנוּשָׁה flagellū, dolor, desperatio. Multi uolunt hominem ab afflictione sic dici, ut sciant gentes quoniam homines sunt: Psalmo nono.

אָסָם Penus, repositorium annonę, cella frumentaria: ut Deuteronomij uicesimooctauo; emittet dominus benedictionem super אֲסָמֶיךָ cellaria tua.

אָסוֹן Mors, idem quod מוֹת ut Exodi uicesimoprimo, Si aūt mos fuerit subsecuta

ſubſecuta, reddet animam pro anima.

* אָסַף Recollegit, retraxit, congregauit: ut Geneſis triceſimo. Abſtulit deus opprobrium meum, id eſt, retraxit, et Hieremię 10. Congrega de terra confuſionem tuam. Futurum eius habetur Micheæ ſecundo. Congregatione congregabo Iacob totum te, ubi ponitur א אָסֹף אֶאֱסֹף Item conſummauit, finiuit, terminauit, inde סוֹף finis: ut Eccleſiaſtis ultimo. Finē loquendi pariter omnes audiamus: ſed uidetur aliam radicem habere, ut infra patet in litera ſamech.

Ab hac radice ueniunt omnia iſta nomina, אֲסֵפָה אוֹסֶף אָסִיף Item אֲסַפְסֻף quæ omnia collectione ſignificant.

* אָסַר Vinciuit, ligauit, : ut quarto Regum uiceſimotertio. Vinciuitq; eum Pharao Necho in Ribla. Inde אָסוּר uinctus: ut Geneſis triceſimonono, traditq; Ioſeph in carcerem ubi uincti regis cuſtodiebantur: pro אֲסוּרִים uinciūtur, & quandoq; deponit aleph ab initio: ut Eccleſiaſtis quarto. Quod & de carcere catenisq; interdum quis egrediatur ad regnum, ubi ponitur הָסוּרִים pro הָאֲסוּרִים. Pro eodem ponitur ſæpe אָסִיר & אֲסִירִים in plurali, id eſt, uincti. Similiter אַסִּיר dages loco uocis magnæ.

* אַף Etiam, quoque: ut Leuitici uiceſimo ſexto. Ego quoque hæc faciam uobis. Etenim, adhuc, inſuper, & Pſalmo nonageſimoſexto. Etenim correxiſti orbem terræ qui non commouebitur. Et quandocunq; additur ei כִּי ſignificat omnino, itaq;, uel quantomagis: ut tertio Regum octauo. Quantomagis domus hæc quam ædificaui tibi; & Geneſis tertio. Cur præcepit uobis deus ut nō comederetis de omni ligno: id eſt, eſt ne omnino ita quod pręcepit uobis deus: Onkelus exponit uere quæſitiue, quaſi diceret, eſt ne uerum: אַף Ira, à radice אנף ut Pſalmo 138. & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam: licet quidam textus hebraici pro eo quod nos legimus עַל אַף conuerſo modo habeant אַף עַל id eſt, & ſuper inimicos meos mittes manum tuam. Cæterū Pſamo 95. Quod iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam, ibi eſt בְּאַפִּי nominaliter. אַף Naris: ut Pſalmo cēteſimo decimoquinto. Nares habent & nō odorabūt. אַף Facies: ut Geneſis 2. Et ſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ.

* אָפַף Circumdedit, circumplexus eſt, Idem quod הִקִּיף ut Pſal. 40. Circumderunt me mala quorum non eſt numerus.

* אָפַד Conſtrinxit, cinxit: Exodi 29. Quod conſtringes baltheo & pones tiaram in capite eius. Inde nomen אֵפֹד Superindumētum quo caput cingimus ad humeros uſq;, quod nos ſuperhumerale appellamus: ut 28. & 29. Exodi: & eſt inſtar pepli quod à flamine flaminium Romani dixerūt; quo apud nos Sueuos noſtræ mulieres caput uelant. Et Ionathas Chaldæus ſuper illud ſecūdo Regum ſexto, Porro Dauid erat accinctus ephod lineo, transfert, peplum de lino. Accipit etiam in fine he ut ſignificet ſimiliter in fœminino genere capitis tegumentum, ut אֲפֻדָּה Exodi 28. Ipſa quoq; textura & cūcta operis uarietas &c.

* אֵפוֹא & אֵפוֹא De his dictionibus uidimus ſupra in aleph iod.

✱ אָפָה Pinsuit, coxit: ut Genesis decimonono, Et coxit azima & comederūt. Inde nomen uerbale אֹפֶה Pistor, ut Genesis 40. Pincerna regis Ægypti & pistor domino suo.

✱ אָפַל Caligauit. Inde אֲפֵלָה Caligo: Prouerbiorum septimo. In noctis tenebris & caligine. Similiter & אוֹפֶל ut Iob decimo in fine. In plurali אֲפֵלוֹת caligines.

✱ אוֹפָן uel אֹפָן Rota: ut Ezechielis primo. Apparuit rota una. In plural א אוֹפַנִּים Ezechielis decimo.

✱ אָפֵס Desijt, defecit, consummatū est, idem quod כָּלָה ut Genesis 47. Quare morimur coram te deficiente pecunia? inde nomen uerbale אֶפֶס defectus, ut Prouerbiorum uicesimosexto. Cū defecerint ligna extinguetur ignis. Vbi scribitur בְּאֶפֶס & Kimhi exponit בלא absq; lignis extinguitur ignis.

אֶפֶס Nisi quod, ueruntamen, sed: ut Numeri tredecimo. Sed cultores fortissimos habet & urbes grandes. Ponitur quādoq; pro non, uel nullus: ut Isaię 45. Quoniam absq; me non est deus: hoc dicit scriptura, quia non est, uel quia nullus est absq; me. Significat & finem alicuius rei, quādo ultrà nihil eius est: ut Psalmo 67. Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus & metuant eū omnes fines terræ.

✱ אֶפַע Id quod non est, & nihil: ut Isaiæ 41. Ecce uos estis ex nihilo, & opus uestrum ex eo quod non est. אֶפְעֶה Vipera: ut Isaiæ tricesimo. Vipera & regulus uolans: & est species serpentis.

✱ אָפַק Continuit se, dissimulauit, mutauit faciem, simulauit uultum: ut Genesis 43. Rursumq; lota facie egressus continuit se. Et Ester quinto. Et dissimulata ira reuersus in domum suam. Significat etiam fortificari & fortiter se habere. Inuenitur autem plerunq; in coniugatione hithpael. אָפִיק Inundatio, fluctus, fortis decursus, torrens: Septuaginta traduxerunt πηγὴ hoc est, fons: ut Psalmo decimooctauo. Et apparuerunt fontes aquarum, quod Hieronymus in hebraica ueritate interpretatus est: Et apparuerunt effusiones aquarum. Et Iob sexto: Sicut torrens qui raptim transit in cōuallibus. Significat etiam fortem: ut supra uisum est: Iob duodecimo, ubi nos habemus, & eos qui oppressi sunt releuat, ibi Hebręi legunt: & ligamina fortium dissoluit. Sunt qui exponunt cincturas uinculorum: nam significat etiam משות חברזל uinculum.

✱ אֵפֶר Cinis: Genesis decimooctauo. Cum sim puluis & cinis: qui alio nomine uocatur דֶּשֶׁן Leuitici sexto. Tolletq; cineres quos uorax ignis exussit.

אֲפֵר Velamen, tegumentum: tertio Regum uicesimo. Et mutauit aspersione pulueris, pro, & mutabatur uelamine super oculos eius: per metathesin פְּאֵר id est, uitta, Ezechielis 44. Vittæ lineę. Inde uenit אַפִּרְיוֹן thalamus: ut Canticorum tertio. Tabernaculum cortinis uelatum. אוֹפִיר Filius fuit Iectan de stirpe Sem, cuius cognatio in oriente habitauit: ut Genesis decimo. Quando diuisę sunt terrę & insulę secundum familias filiorum Noë. Vnde Iectan cum liberis suis fertilissimū Indiæ fluuium Gangem & proximam illi terram omnium ditissimā possedit: eius duo filij Ophir & Heuilah largissimas aurifodinas sortiti sunt, quapropter regiones illę nomina sumpserunt

ſumpſerũt à duobus illis dominis & poſſeſſoribus ſuis Ophir & Heuilah: ut Geneſis 2. Nomen uni Phiſon, ipſe eſt qui circuit omnẽ terram Heuilah ubi naſcit aurum: & aurum terrę illius optimũ eſt. De altero ſcribitur 3. Regum 9. Miſitq; Hirã in claſſe illa ſeruos ſuos uiros nauticos & gnaros maris cum ſeruis Salomonis, qui cum ueniſſent in Ophir, ſumptum inde aurum quadringentorum uiginti talentorũ detulerũt ad regem Salomonem. Illud aurum ex Ophir nos obrizum nominamus, teſte Hieronymo ſuper Hieremiam 10. quaſi ophirizum.

* אָץ Velox: de quo ſupra in אוץ mentionem fecimus.

* אָצַל Reliquit, deſtinauit: Hieron. expoſuit, reſeruauit: Geneſis 27. Nunquid non reſeruaſti ait & mihi benedictionẽ? quaſi diceret: nõne reſeruaſti apud te mihi benedictionẽ? ita exponunt Hebręi. Item Eccleſ. 2. Et omnia quę deſyderauerunt oculi mei non negaui eis: ubi ueritas habet nõ dimiſi uel reliqui ab eis. Multi transferunt ſeparaui, diuiſi: ut Numeri 11. Et auferã de ſpiritu tuo tradamq; eis. Et infrà: auferens de ſpiritu &c.

אֵצֶל Apud, iuxta: ut Leuitici 6. Et ponens iuxta altare ſpoliabit prioribus ueſtimẽtis: & in fœminino אֶצְלָה Geneſis 39. ubi nos legimus, & ille recuſabat ſtuprum, ueritas habet: & non exaudiebat eam ut concumberet apud eam cum eſſet ſecum. אָצִיל Aliquis ex primoribus & magnatibus, honoratus, magiſtratus: ut Exodi 24. Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filijs Iſraël miſit manũ ſuam: pro quo legunt Hebræi: & ad magnates ſeu honoratos filiorum Iſraël nõ miſit manum ſuam. Cui concordat trãſlatio Chaldaica Onkeli qui traduxit ר בְרַבְרְבֵי id eſt, magiſtratus, dominos, magnos, honoratos. Eſt & אַצִּילָה Idem quod בית שחי id eſt, axilla, locus ſub iunctura brachij, Ieremię 38. & Ezechielis 13. Et inuenitur in plurali habere utramq; terminationẽ maſc. & fœmin.

* אָצַר Recondit, repoſuit: ut 3. Regum 20. Auferentur omnia quæ ſunt in domo tua & quę condiderũt patres tui: & Iſaiæ 23. Non condentur neq; reponẽtur. אוֹצָר Theſaurus: Nehemiæ 10. Ad gazophylacium in domo theſauri, & in plur. inuenitur in fœmin. אוֹצָרוֹת ut Pſal. 135. Qui producit uentos de theſauris ſuis.

* אַקּוֹ Hircus ſylueſtris: noſtra tranſlatio uult eſſe tragelaphum, ut Deuter. 14. Bubalum, tragelaphum, pigargum.

* אָרַר Maledixit, execrauit: ut Deuteronomij 28. Maledictus eris in ciuitate & maledictus in agro: & inuenitur cũ ſimplici ר ut 12. Numeri. Veni igitur & אָרָה לִּי maledic populo huic: ubi ponit he in fine. Et ſine he ut infra eodem: Noui enim quod benedictus ſit cui benedixeris, & maledictus in quem maledictũ congeſſeris: ubi ponitur תָּאֹר יוּאָר id eſt, maledicens maledicetur.

* אָרַב Inſidiatus eſt: ut Deute. 19. Si quis autẽ odio habens proximũ inſidiatus fuerit uitæ eius. Inde nomen uerbale מַאֲרָב inſidię: ut Pſal. 10. Sedet in inſidijs cum diuitibus. Inde etiam יֶאֱרֹב inſidiabit, paulo inferius in eodẽ cap. Nomẽ rei eſt אֲרֻבָּה & plur. אֲרֻבּוֹת ſpecula ex qua proſpicientes inſidiamur. Et ponitur ſimile pro feneſtra uel cataracta cœli: ut Geneſis ſeptimo. Et cataractæ cœli apertæ ſunt, & Iſaiæ 60. Et quaſi columbæ ad fene

ad fenestras suas: quod Hieronymus summarium traduxit Oseæ tredecimo. Et sicut fumus de fumario, uult dicere, de foramine uel fenestra fumarij.

* ארג Texuit, intrichauit, plexit: ut Iudicum decimosexto. Si inquit septem crines capitis mei cum licio plexeris. Inde ארג Tela, tricha, complexio: ut Iudicum eodē capitulo quo supra. Item ארג Textor: ut primo Regum decimoseptimo. Hastile autem hastæ eius erat quasi liciatorium texentium: multa inde deriuantur.

* ארגמן Purpura: ut Exodi uicesimoquinto. Hyacinthum & purpuram coccumq;.

* ארגז Arcula, capsella: ut primo Regum sexto. Ponetis in capsellam ad latus eius.

* ארה Collegit, decerpsit: Canticorum quinto. Messui myrrham meam cum aromatibus meis: pro quo Hebræi legunt לקטתי decerpsi uel collegi myrrham meam. Similiter Psalmo 80. Vindemiant eam omnes qui prętergrediuntur uiam: pro, colligunt uel decerpunt.

* ארות & ארוות Stabula, præsepia: ut secundo Paralippomenon tricesimo secundo. Et præsepia omnium iumentorum. Similiter tertio Regum quarto. Et habebat Salomō quadraginta millia pręsepia equorum. אריה Leo: ut Amos tertio. Nūquid rugiet leo in saltu? & pluraliter אריות ut tertio Regum decimo. Et duo leones stabant iuxta manus singulas. Inuenitur etiam sine aspiratione he in fine ארי id est, leo: ut Numeri uicesimotertio. Ecce populus ut leena consurget & quasi leo erigetur. Et pluraliter א אריים ut tertio Regum decimo & duo decimo: Leunculi stantes. Hinc אריאל Altare holocaustorū: ut Ezechielis 43. Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine: & per similitudinem transfertur ad Hierusalem quę uocatur אריאל ut Isaiæ uicesimonono. Væ Ariel Ariel ciuitas quā expugnauit Dauid. אריאל Fortis, strenuus, magnus, robustus quasi leo: ut secundo Regum uicesimotertio. Ipse percussit duos leones Moab: quod Hebręi exponunt, duos fortissimos Moab, uel duos magnos & superiores secundum expositionem Chaldaicam: & componitur à leone & fortitudine. Itē אראל Angelus magnus: ut Isaiæ tricesimotertio, pro eo quod legimus, Ecce uidentes clamabunt foras, Hebræi exponunt, ecce angeli eorū clamabunt: ut in commentarijs Dauid Kimhi super Isaiam prophetam.

* ארז Cedrus: ut Ezechielis duodecimo. Et tulit medullā cedri: & infrà: Et sumam ego de medulla cedri sublimis: & pluraliter ארזים Canticorum quinto, Electus ut cedri. ארזה Summum domorum tignum seu culmē, quod Hiēronymus attenuare & Septuaginta cedrum exposuerunt: Idem sentit Kimhi Numeri uicesimoquarto. ארוזים pro חרוזים Monilia, ut infrà in litera heth.

* ארח Semita: ut Iob decimosexto. Et semitam per quam non reuertar ambulo: à uerbo ארח id est, cœpit iter. Inde ארח aduena, uiator: inde ארחה comitatus, turma: ut Genesis tricesimoseptimo. ארחה Portio, prandium, refectio: Prouer. 15.

* ארך & האריך Prolongauit: ut Deuteronomij sexto. Vt prolongentur dies

dies tui. Hinc אֶרֶךְ Tardus, longus: ut Psalmo 103. Misericors & miserator dñs, אֶרֶךְ אַפַּיִם tardus ira siue longanimis & multũ misericors. אֲרוּכָה Sanatio, reparatio, idem quod רפואה ut Nehe. 4. Quod obducta esset cicatrix muri Ierusalẽ, qđ hebręi legũt, quod accesserit sanatio seu reparatio muris Ierusalẽ. Item אֹרֶךְ lõgitudo: Genesis 6.

❀ אֲרָם Syrus: ut 2. Regum 10. Cõduxerunt mercede Syrum Rehob. Significat & Syriam, quæ cum sit duplex secundum Strabonẽ libro 16. nominaƭ Cœlosyria fluminũ, græce Mesopotamia, qđ sit media inter duo flumina sita Euphratem & Tigrim, ut sentit Plinius libro 5. Altera uero Syrophœnicia, quæ mercatoribus plena est. Nã Mesopotamia agricolis & pecoribus gaudet. Vnde scriptura duas Syrias cõmemorat 1. Paralip. 19. Miserunt mille talenta argenti ut conducerent sibi de אֲרַם נַהֲרַיִם id est, Syria Mesopotamia, & de אֲרַם מַעֲכָה id est, Syrophœnicia. אַרְמוֹן Domus, palatium, lar, penates, penetrale: ut 3. Regum 16. Ingressus est palatium & succendit se cum domo regia: & plur. אַרְמְנוֹת ut Hieremię 6. Surgite & ascẽdamus in nocte & dissipemus domos eius: ubi cessat holem propter coniunctam lectionẽ. Inuenitur etiam in hac dictione he aspiratio pro aleph: ut Amos 4. Et proijciemini הַהַרְמוֹנָה in harmona dicit dominus: quod Symmachus traduxit in Armenia: & Septuag. montem remmon. Aquila, montem Armona. Theodotion, montem Mona: quinta ęditio, montem Excelsum. Lyra dicit quod est nomen regionis longinquæ ultra terram Assyriorum.

❀ אֹרֶן Arboris genus, quod aliqui cedrum, aliqui pinum nominant: Isaię quadragesimoquarto. Plantauit pinum quã pluuia nutriuit. אָרוֹן Arca, idem quod תֵּבָה ut Exodi 25. Arcam de lignis Setim compingite.

❀ אַרְנֶבֶת Lepus: ut Leuit. 11. Lepus, quoq;, nam & ipse ruminat.

❀ אֶרֶץ Terra: ut Gen. 2. In die quo fecit dñs deus terram et cœlum: tam pro elemento quã etiam pro patria. In plur. אֲרָצוֹת fœminini generis.

❀ אֲרֶשֶׁת Eloquium, sermo: quod nostra translatio uoluntatem traduxit. Psalmo uicesimoprimo. Et uoluntate labiorum eius non fraudasti eum. Kimhi exponit מבטא prolationem.

❀ אָרַשׂ Desponsauit: ut Deuteronomij uicesimo: Quis est homo qui desponsauit uxorem & non accepit eam. Hinc מְאֹרָשָׂה desponsata: Deut. 22.

❀ אֵשׁ Ignis: ut Leuitici nono: Et ecce egressus est ignis à domino & deuorauit holocaustum. Hinc אִשֶּׁה ignitũ sacrificium: Leuitici 8.

❀ אֲשִׁישֵׁי Fundamenta: ut Isaiæ decimosexto. לַאֲשִׁישֵׁי קִיר חֲרֶשֶׂת His qui lætantur super muros cocti lateris loquimini plagas suas: quod Hebręi exponunt & Dauid Kimhi in cõmentarijs suis super Isaiam hoc loco traducit, id est, fundamentis, hoc est, uiris fortibus atq; primarijs, super quibus fundabant regnum Moab & maximæ ciuitatis Kir hareseth: quod Heronymus traduxit Hieremiæ quadragesimooctauo, muri fictilis. Idem אֻשַּׁיָּא Ezræ quarto & quinto. Item אֲשִׁישֵׁי Dolia, ciphi, secundum Lyram: uel uinacia secundum Hieronymum Oseæ tertio

tertio. Et ipſi reſpectant ad deos alienos & diligunt uinacia uuarum: Hebræi transferunt לגיגוח lagenas.

אֲשִׁישׁוֹת Racemi, palmites, quæq; uirentia: translatio communis habet flores: ut Canticorum ſecundo. Fulcite me floribus: quod Hieronymus in eius libri omilijs de Origene translatis omilia tertio ſic expoſuit: Confirmate me in ungētis. Hebræi accipiunt pro priori ſignificato. אֲשִׁישָׁה Puls, offa, frixa oleo ſimila: ut primo Paralippomenon decimoſexto. Et frixam oleo ſimilam.

אֲשִׁיָּה Fundamentum: ut Hieremię 50. Ceciderũt fundamenta eius: ubi ſcribitur in plurali אֲשִׁיּוֹת Idem אֻשַּׁיָּא in Ezra.

* אֶשֶׁר Radix, ſcaturigo, oſtium, effuſio, fluctus, riuus, torrens, decurſus aquarum: ut Numeri uiceſimoprimo. Scopuli torrentum inclinati ſunt: quod Onkelus Chaldæus effuſionē traduxit. In plurali אֲשֵׁרוֹת Iſaiæ decimo.

* אֶשֶׁךְ Coleus, teſto, ſeu teſticulus: ut Leuitici uiceſimoprimo, ubi ponitur hernioſus, ibi hebraica ueritas habet, cō preſſo uel attrito teſticulo: quem Vlpianus de uerborum ſignificatione uocat θλασίαν.

* אֶשֶׁל Arbor: & eſt nomen generale ad omnes arbores & omnia ligna ſyluarũ: ut Geneſis uiceſimoprimo. Abraham uero plantauit nemus.

* אָשַׁם & אָשֵׁם Peccauit: & nomen אָשָׁם. delictum, mulcta: ut Leuitici quinto, quia per errorem deliquit in dominum. Item oblatio pro delicto Leuitici quarto & quinto. Item אַשְׁמָן eſt locus immundus & deſolatus: Iſaię 59.

* אַשָּׁה & אַשָּׁף Magus, ut noſtra translatio habet Danielis ſecundo: uerbum huiuſcemodi ſuſcitatur ab omni ariolo & mago & Chaldęo: & paulo antè, ut cōuocarentur arioli & magi & malefici & Chaldæi. Sed hebræorum magiſtri dicunt eſſe הוזה בכוכבים aſtrologum. Abraham Ezraides exponit prędictum locum de רופאים medicis.

אַשְׁפֹּת Stercus: ut Pſalmo centeſimo decimotertio: Et de ſtercore erigēs pauperem. Et Nehemiæ ſecundo: Et ad portam ſtercoris: & pluraliter אַשְׁפַּתּוֹת ut Threnorum quarto. Amplexati ſunt ſtercora. Inuenitur etiam Nehemiæ tertio he poni loco aleph. אַשְׁפָּה Pharetra: ut Iob triceſimonono. Super ipſum ſonabit pharetra: & Threnorum tertio. Miſit in renibus meis filios pharetræ, id eſt, ſagittas.

* אֲשֶׁר Relatiuum omnis generis & utriuſq; numeri, quis, quę, quod, qui, quæ, qua: Numeri tredecimo. Hęc ſunt nomina uirorum quos miſit Moſes. Significat etiam coniunctionem quòd, quia, quoniam, imò: ut primo Regum decimoquinto. Et ait Saul ad Samuelem: Imò audiui uocem domini. Item quandoq; ponitur loco לְמַעַן id eſt, ut, quatenus: Ruth tertio. Et prouidebo ut bene ſit tibi: ubi ponitur אֲשֶׁר nam in cęteris ſimilibus locutionibus inuenies priorem dictionem nempe למען ut Deuteronomij duodecimo, ut bene ſit tibi: ſimiliter Geneſis duodecimo, ut bene ſit mihi propter te. אֲשֵׁרָה Lucus: ut Deuteronomij decimoſexto. Non plātabis tibi lucum omnis arboris iuxta altare. Et habet pluralem numerum maſculini generis אֲשֵׁרִים ut Exodi triceſimoquarto, lucosq; ſuccide. אַשְׁרֵי

Bene

Bene uel beatus: ut Psalmo primo: Beatus uir qui non abijt: quod hebręi quidã exponunt, Bene uiro qui non abijt. Et inuenitur tantum in forma pluralis constructiui. אֶשֶׁר Beatitudo, ut Genesis 30. Dixitq́ Lia, hoc ꝑ beatitudine mea, inde uerbum אשֵׁר beatifico: ut eodem loco pro beatificabũt, legimus אִשְּׁרוּנִי beatam quippe me dicent omnes mulieres, propterea appellauit eum Aser.

אֲשּׁוּר Gressus, uestigium, incessus: ut Psalmo 73. Pene effusi sunt gressus mei: & ponitur aliquãdo sine uau per kybuz & per dages אֲשֻּׁר ut Iob 31. Si declinauit gressus meus de uia: omnia hęc & eis similia significãt semitã, uiam, uestigiũ: inde uenit uerbum אִשֵּׁר Ambulauit: ut Prouerbiorum 9. Et ambulate per uias prudentiæ. Sic Isaię 1. & 9. exponitur pro הדְרִיךְ direxit, fecit incedere. תְּאַשּׁוּר Est genus arboris, quã alij cedrũ, alij lignũ quod Barbarice prisiliũ uocãt: multi multis modis: Isa. 41.

* אֵת Articulus obliquorum casuũ: ut Genesis 1. In principio creauit deus את שמים cœlũ & terram, ubi ante cœlum ponitur אֵת & ante terram etiam ponitur אֵת ubiq; cum quodam alio appropriato articulo הַ ha. Reperit̃ & quãdoq; articulus esse recti seu nominatiui, sed raro: ut Exodi 10. ubi nos legimus: Reuocaueruntq́ Mosen & Aaron, ibi hebraica scriptura secundum accomodata puncta sic habet: וַיּוּשַׁב אֶת מֹשֶׁה וְאֶת אַהֲרֹן & reuocatus est ipse Moses & ipse Aaron, scilicet collectiue duo tanquã unus. Expono iam articulũ per ipse: habet enim talem sæpe significantiam segregatę substantiæ quasi suijpsius, quod ex deriuatis eius cognoscitur אותו ut Deuter. ultimo: וַיִּקְבֹּר אֹתוֹ Et sepeliuit eũ in ualle terræ Moab: qđ Hebręi exponũt. Et sepeliuit si ipsum in ualle: ponit̃ em̃ illic אותו Sic אותי id est, ego ipse, אֹתָם illi ipsi, uariãdo secundũ casus. Aliquãdo addita met particula. Significat etiã in qbusdã locis de uel ab uel ex: ut Genesis quadragesimonono: ubi nos legimus: Deus patris tui erit adiutor tuus & omnipotens benedicet tibi: In eo loco textus hebraicus habet: à deo patris tui & à Sadai, hoc est, ab omnipotẽte: ubi ponitur אֵת Similiter Genesis 41. ubi nos legimus: nec erat qui interpretaretur: ueritas habet: אֵין פּוֹתֵר אוֹתָם Et nõ erat interpres ex eis Pharaoni. Significat etiã præpositionẽ cum: ut Genesis 43. Quos cum ille uidisset & Beniamin simul אִתָּם cum eis. Item paulo post: quoniã hodie אִתִּי mecũ sunt comesturi meridie. Capitur aliquando pro lamed articulo datiuo: ut Leuitici 16. Cumq; mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra uelum sicut præceptũ est de sanguine uituli: ubi hebraice sic legit̃: Inferet sanguinẽ eius intra uelum, & faciet את דָּמוֹ ipsi sanguini eius sicut fecit sanguini uituli. Significat etiã in uel ad: ut Psalmo 78. Et non est creditus cũ deo spiritus eius: quod exponunt in deo: ubi ponitur אֵת Et cum iod finali prima fortificata syllaba per dages inuenitur hortandi pro heus ueni אִתִּי mecum: ut Canticorũ quarto: Veni de libano sponsa, ueni de libano. אֵת & in plurali את אֵתִּים & אתים Vomeres uel ferramenta quibus proscinditur terra: Hieronymus traduxit aratra Ioëlis tertio. Concidite aratra uestra in gladios. Quidã putant ligones esse quibus fodimus terram

siue bidentes.

* אַתְּ Tu, pronomen secundæ personæ singularis numeri, fœminini generis & aliquando masc. ut Deuteronomij 5. Loquerisq; ad nos & nos audiêtes faciemus: & pluraliter אַתֶּן & אַתֶּם ut Genesis 42. Exploratores uos estis: Et assumit hoc pronomen in singulari quando que he in fine אַתָּה ut Psalmo 6. Et tu domine usq; quo: quod tamen fœmininū eius nunquā facit, sed semper sine he reperitur contrario aliorum nominum more.

* אָתָה Venit: ut Isaiæ 21. Venit mane & nox: & Iob 3. Quia timor quē timebam euenit mihi. Et reperies illud quandoq; per defectū aleph in principio, & cōmutata he in aleph in fine: ut Deuter. 33. וַיֵּתֵא רָאשֵׁי עָם qui uenit cū principibus populi & fecit iusticias dñi. Et mutatꝰ aliquādo he finalis in iod, ut Isaiæ 56. omnes bestię agri אֵתָיוּ uenite ad deuorandum. Similiter mutatꝰ aliquando aleph principalis in he, ut Isaiæ 21. Occurrentes sitienti הֵתָיוּ afferte aquam, pro facite uenire aquam.

* אָתוֹן Asina: Numeri 22. Et strata asina profectus est: scribitur etiam cū uau post thau, ut eodem cap. reperies sępius. הָאָתוֹן Cumq; uidisset asina angelum.

בצורת המלמד אדם דעת

ב In uel cum: & præponitur uel nomini uel gerundiuis: Genesis primo. בראשית In principio creauit: & eodē tricesimo tertio. Et prosequerer te cum gaudio & cum canticis & cum tympanis & cum citharis.

* בָּבַת Pupilla: ut Zachariæ secundo. Qui enim tetigerit uos, tangit pupillam oculi mei. Inuenitur autē per aphæresin, ut Threnorum secundo. Neq; taceat בַּת עֵינֵךְ pupilla oculi tui.

* בֵּאֵר Declarauit, enunciauit, enarrauit, explanauit: ut Deuteronomij primo: Cœpit Moses explanare legem & dicere. בְּאֵר Puteus, cisterna, fons: Genesis 26. ubi nos legimus, Foderūtq; in torrētem & repererūt aquam uiuam: ibi hebraica ueritas habet, Et foderunt serui Isahac in torrentem & inuenerunt illic fontem aquæ uiuæ. Ponitur autem hęc dictio sępe pro puteo in eodem capitulo. In plurali בְּאֵרוֹת & בְּאֵרוֹת fontes.

* בָּאַשׁ Putruit, fœtuit, pessime oluit: ut Exodi septimo. Pisces quoq; in fluuio morientur, & putrescet aqua: pro, fœtebit aqua. Inde nomen uerbale fetorem significans Ioëlis 2. Et ascendet בָּאְשׁוֹ fœtor eius: & uerbum transitiuū secundi ponitur Ecclesiastis decimo. Muscæ morientes יַבְאִישׁ perdunt suauitatē ungenti, id est, fœtere faciunt. Simile uerbū reperies Exo. 5. Videat dñs & iudicet, quoniā fœtore fecisti odorē nostrū. Omnia huiusmodi significāt כְּרִיחַ id est, fœtorē. Significant etiā odiosum esse & nauseabile: ut Gen. 34. Odiosum fecistis me Cananęis: ubi est לְהַבְאִישֵׁנִי in hiphil. בְּאֻשִׁים Vuę odibiles & mali saporis, quas uocamus labruscas: ut Isaiæ quinto. An quod expectaui quod faceret uuas & fecit labruscas.

* בַּג Esca, ferculum, cibus: ut Danielis primo: Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis.

* בָּגַר Spreuit, fefellit, præuaricatus est;

eſt. Threnorum primo. Omnes amici eius ſpreuerunt eam: & Hieremiæ 12. Bene eſt omnibus præuaricatoribus qui prꝫuaricantur. Hinc בֶּגֶד præuaricatio, ibidem. בֶּגֶד Veſtis uel ueſtimentũ: ut Exodi 28. Facieſq; ueſtem ſanctã Aaron fratri tuo: & infrà: Hꝫc erunt בְּגָדִים ueſtimenta. בִּגְלַל Nomine, gratia, propter: Geneſis 12. Et uiuet anima mea ob gratiam tui.

✱ בַּד Linum uel linteum: ut Leuitici decimoſexto. Tunica linea ueſtietur, fœminalibus lineis uerenda cælabit: accingetur zona linea: cidarim lineam imponat capiti. בַּד Mendax, diuinus ſiue diuinator: ut Ieremiꝫ 50. Gladius ad בַּדִּים diuinos eius qui ſtulti erũt. Sic Ioſeph Kimhi in cõmentarijs Hieremiꝫ allegans thargum Ionathꝫ: nam alij interpretantur mendaces. בַּד Fulcimentũ, baculus, haſtile, uectis: ut Exodi 25. Faciesq; uectes de lignis Setim. בַּדֵּי Mẽbra, fulciti, fortes, ſolitarij, profunda: ut Iob 17. In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea. בַּד Pondus, ut Exodi 30. ꝫqualis ponderis erunt omnia, pro quo hebraica ſcriptura habet בַּד בְּבַד bad cum bad: quod Onkelus Chaldꝫus interpretatur põdus cum põdere: alij, unumquodq; ſeorſum, quod medici dicunt ana.

✱ בָּדָד Solus, ſolitarius, generis omnis utriuſq; numeri: Threnorum primo. Quomodo ſedet ſola ciuitas: & Deuteronomij 33. Habitabit Iſraël confidenter & ſolus: quod Onkelus Chaldꝫus traduxit in unione. Nicolaus de Lyra recipiens uerba Salomonis commentatoris Vangionis, exponit pro ſingulariter & non gregatim. Item pluraliter eodem ut ſupra modo receptis articulis: ut Micheꝫ 7. Habitantes ſolos in ſaltu. Inde componitur מִלְּבַד id eſt, dẽpto ſolo ſeu prꝫter: ut Leuitici 23. Exceptis ſabbatis domini. Frequenter enim reperitur per apocopam alterius daleth.

בּוֹדֵד Solitarius, per epentheſim uau: ut Oſeæ 8. Onager ſolitarius ſibi Effraim: & Pſalmo 102. Sicut paſſer ſolitarius in tecto.

✱ בָּדָא Excogitauit, finxit, mentitus eſt: ut tertio Regum duodecimo. Quintadecima die menſis octaui quem finxerat de corde ſuo.

✱ בָּדַל Diuiſit, ſeparauit, ut Gen. primo: Et diuiſit lucem à tenebris. Alia deriuata multa reperies ab eo: ut Numeri decimoſexto. Nunquid parum uobis eſt quod ſeparauit uos deus: ut infrà. הִבָּדְלוּ Separamini de medio congregationis huius. בְּדַל Cartilago ſiue extremum auris: ut Amos tertio. Si eruat paſtor de ore leonis duo crura aut extremum auriculæ. Quidam putant in hoc nomine beth initialem literam eſſe ſeruilem, ut ſit hæc interpretatio eius, in tenuitate auriculæ. Eſt enim דַל idem quod רַךְ teneritas.

בְּדִיל Stannum uel lithargyrium Zachariæ tertio. Et uidebunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel.

✱ בְּדֹלַח Bdellium: quod ſecundum Priſcianum in primo eſt genus lapidis: ut Gen. ſecundo. Ibiq; inuenitur bdelliũ & lapis onychinus. Sunt qui pro bdellio transferunt carbũculum: teſte Hieronymo de hebraicis quæſtionibus.

✱ בָּדַק Rimatus eſt, ſartiuit, rimas & fiſſuras reſtaurauit: ut ſecundo Paralipomenon triceſimoquarto. Vt inſtaura-

rent templum & infirma quæq; sartirent. Inde בֶּדֶק rima, fissura, ruina, & omne quod uenit restaurādum: ut quarto Regum duodecimo. Et instaurent sartatecta domus si quid necessarium uiderint instauratione.

* בהו Priuatio materiæ seu uacuū: ut Genesis 1. Terra autem erat inanis & uacua: sic etiam Onkelus Chaldaice traduxit. Sed scribunt præstātiores Hebræorum magistri quod התהו sit res omni forma carens, ut est materia prima: & ב בהו aptitudo habendi siue desyderium quod mouet materiā primam ad omnē formam naturalem, ut in primo physici auditus libro determiuauit Aristoteles. Radicem pro hac dictione Kimhi בהה assignat.

* בַּהַט Smaragdus, uel alius quidam lapis ex gemmis enumeratis Ester 1. Super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide. Quidam Hebræi genus quoddam marmoris dicunt esse.

* בָּהַל Turbauit, terruit, horruit, stupuit: Hieronymus traduxit cōturbatus est: primo Regnm 28. Ingressa est itaq; mulier illą ad Saul, conturbatus enim erat ualde, ubi hebręi legunt. Et uidit ipsa כִּי נִבְהַל מְאֹד quod ille tremuit uel stupuit, seu uerius, quod attonitus erat ualde. Similiter Psalmo 6. Et anima mea turbata est ualde: & in fine: Erubescāt & conturbentur uehementer, id est, terreant. בִּהֵל In piel, & הִבְהִיל in hiphil, Nimium uelociter accelerauit, temere festinauit, irruit concitus, & obruit incōsulto: Ecclesiast. 4 Ne temere quid loquaris, & eiusdē 7. Ne sis uelox ad irascendū. Hester 6. Et cito eum ad conuiuium quod regina parauerat יַבְהִילֻ pergere compulerunt. בֶּהָלָה Terror, turbatio. Hieronymus traduxit uelociter: Leuitici uicesimosexto. Visitabo uos uelociter in egestate &c. quasi diceretur: Constituam super uos terrorē: utrunq; igitur significabit.

* בְּהֵמָה Bestia, animal: ut Deuteronomij decimoquarto. Hoc est animal quod comedere debetis. In regimine בֶּהֱמַת in plurali בְּהֵמוֹת iumenta.

* בֹּהֶן Pollex seu pedica magna: ut Leuitici decimoquarto: Et super pollices manus eius ac pedis dexteri: & pluraliter declinatur in fœminino addito uau בְּהוֹנוֹת Iudicum primo.

* בֹּהַק Lentigo, albedo maligna cutis. Hieronymus traduxit maculam coloris candidi Leuitici tredecimo. Sciat non esse lepram sed maculam coloris cādidi & hominem mundum: quod alij lētiginem exponunt.

* בָּהַר Canduit: Leuitici tredecimo. Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit: inde בָּהִיר lucidum, candidum, ut nix. Item בַּהֶרֶת macula alba.

* בוא Venit: ut Psalmo tricesimo sexto. Non ueniet mihi pes superbiæ: quod per defectum uau sæpius reperitur בָּא ut primo Regum quarto. Timueruntq; Philistim dicentes: uenit deus in castra. Inde תְּבוּאָה id est, prouentus, redditus: quarto Regum octauo. Restitue ei omnia quæ sua sunt & uniuersos redditus agrorum. Variantur eius deriuata & cōposita mirum in modum per multas regulas grammaticę, tam abundantia quam defectu,

בון

* בוז Approbrauit, despexit, contempsit: ut Prouerbiorum uicesimotertio. In auribus insipientum ne loquaris, quia despiciunt doctrinam eloquij tui: quod saepius per syncopam uau reperitur בָּז ut Prouerbiorum primo. Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt: & apertius scribitur Zachariae quarto. Quis enim despexit dies paruos, & Malachiae secundo, Propter quod & ego dedi uos contemptibiles: ubi ponitur נִבְזִים cum nun passiua litera.

* בוך Irretiuit, inde uenit נָבוֹךְ perplexus est, oberrauit, confusus & dubius fuit: Hester 3. pro eo quod interpres traduxit. Et cunctis Iudaeis qui in urbe erant flentibus, hebraica ueritas habet: & ciuitas Susan perplexa fuit. Inuenitur etiam per defectum uau cuius loco surek punctus pronũciatur Exodi decimo quarto, ubi nos legimus coartati sunt in terra, ibi ponitur נְבֻכִים id est, oberrantes, irretiti, dubij, confusi.

* בול Truncus, palus ligneus: Isaiae 44. Ante truncum ligni procidam: est autem species ligni ut sit appositiua constructio secundum magistrum Ionam, palus lignum, quasi diceret lignum palum adorabo, sicut terram puluerem & imbrem pluuiam. בול Frutex: quod Hieronymus traduxit herbam, Iob 40. Hinc montes herbas ferunt. Significat autem omne quod terra producit, ut sunt fructus & frutices, & palmites, & sic de quibuscumq; alijs quae media sunt inter herbam & lignum. Simile est יְבוּל ut Psalmo 67. terra dedit fructũ suum.

בול October mensis: ut tertio Regum sexto. Et in anno undecimo mense bul ipse est mensis octauus perfecta est domus. Dicunt quidam Hebraeorum mensem eum uocari מַבּוּל id est, diluuium Genesis sexto. Ecce ego adducam aquas diluuij super terram: eo quod ille mensis abundet imbribus.

* בוס Pessundedit, conculcauit, inquinauit, ad nihilum deduxit: ut Psalmo 60 Et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Hieronymus in translatione hebraica interpretatur conculcabit. Inde nomen uerbale Zachariae decimo. Et erunt quasi fortes בּוֹסִים conculcantes lutum in medio uiarum in prelio. Intercipit sin literam: ut Amos quinto. Iccirco pro eo quod בּוֹשַׁסְכֶם diripiebatis pauperem.

* בוץ Linum: quod Hieronymus byssum interpretatur: Hester 1. Sustẽta funibus byssinis atque purpureis.

* בוק Euacuauit, dissipauit: ut Nahum secundo: Dissipata est & scissa & dilacerata, & geminata ultima litera בּוֹקֵק deuastauit, uacuauit, dissipauit. Isaiae uicesimoquarto. Ecce dominus dissipauit terram. Et paulo inferius: הִבּוֹק תִּבּוֹק Dissipatione dissipabitur terra.

* בולק Vastauit, nudauit: ut loco quo supra, Isaiae uicesimoquarto. Et nudabit eam.

* בור Puteus, cisterna: ut Genesis tricesimoseptimo. Miserũtq; eum in cisternam ueterem quae nõ habebat aquam: & differt à בְּאֵר quod illud manu artificis, hoc duce natura constat. Item significat carcerem: ut Genesis 41. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt. Item significat sepulchrum uel foueam, quod Hieronymus traduxit lacũ: ut Psalmo uicesimooctauo. Et assimilabor descendẽtibus in

lacum:id eſt, ſepulchrum ſecūdum Hebręos. Significat etiam terram incultam & in ſolitudinem redactam & locum deſertum.

* בוש Confuſus eſt, erubuit, ut Pſalmo 71. Cum confuſi fuerint & reueriti qui quęrunt mala mihi: & ſupra Pſalmo 70. Confundantur & reuereantur qui quęrunt animam meam. Inde בֹּשֶׁת Opprobrium, uerecundia, confuſio: ut Pſalmo 89. Perfudiſti eum confuſione: & per epēthesim quandoq; recipit nun literam, & dicitur בָּשְׁנָה Verecundia, confuſio: ut Oſeę decimo. Confuſio Ephraim capiet & confundetur. Inde tranſitiuum hiphil הֵבִישׁ ut Pſalmo 53. Cōfuſi ſunt quoniam deus ſpreuit eos. Inde מֵבִישׁ id eſt, confuſionem faciens. Prouerbiorum decimo. Et putredo in oſſibus eius, quæ confuſione res dignas gerit, id eſt, confuſionem facit.

* בזז Rapuit, prędatus eſt: ut Iſaię 24. Diſſipatione diſſipabitur terra, & de prędatione prędabitur. Et geminata ultima litera inuenitur per defectum uau בָּזַז deprędatus eſt, diripuit: ut Ezechielis tricesimonono: Et deprędabūtur eos quibus prędę fuerant. Et pronunciatur quandoq; per apocopen unica zain litera. Inde nomen uenit uerbale בִּזָּה prędа: ut Eſter nono: Prędas de ſubſtantijs eorum agere noluerunt.

* בָּזָה Contempſit, uilefecit, ſpreuit: ut Numeri decimoquinto. Verbum enim domini contempſit. Hinc uenit בִּזָּיוֹן contemptus, Eſter 1. & נִבְזֶה contemptus in Pſalmo decimoquinto.

* בָּזָא Diripuit, deprędatus eſt, rapuit: ut Iſaiæ decimoectauo. Diripuerunt flumina terrā eius. Nam ſuprà oſtendimus quod בָּזַז inuenitur per apocopē, ſed & tunc addit he literam, & dicitur בָּזָה in eodem prædationis ſignificato: quę quidē aſpiratio ſępe mutatᷓ in aleph, ut hic. . Kimhi dicit he hic poni loco aleph.

* בָּזָק Scintillatio, coruſcatio, fulgur: ut Ezechielis 1. Et animalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis: dictum quaſi בָּרָק quod idem ſignificat. Eſt etiam בֶּזֶק nomen loci: Iudicum primo: Et inuenerunt Adonibezek in Bezek.

* בָּזַר Diſperſit quaſi פָּזַר ſparſit: ut Pſalmo 147. Nebulam ſicut cinerem ſparget. Et Ioēlis tertio: quos diſperſerūt in nationibus. . Scribitur in hoc loco beth pro pe, quia ſunt literæ eiuſdem prolatiōis, quę facile ad inuicem permutantur.

* בָּחַל Horruit, abominatus eſt, tæduit: ut Zacharię undecimo, pro eo qđ nos legimus: ſiquidem & anima eorum uariauit in me: Hebręi exponunt, nauſeauit, abhorruit.

* בָּחַן Probauit, tentauit: Zacharię tredecimo. Et probabo eos ſicut probatur aurum: & Ezechielis uiceſimoprimo. Plaude ſuper fœmur quia probatū eſt. בַּחוֹן Arx, fortalicium, turris, propugnaculū, & robuſtiſſimus quiſq;, trāſlatiue loquendo: ut Iſaię 23. In captiuitatem traduxerunt robuſtos eius. בָּחַר Elegit: ut Pſalmo 135. Quoniam Iacob elegit ſibi dominus: & Iudicum quinto, Noua eliget dominus. Inde בָּחוּר Adoleſcens, iuuenis bellicoſus, uir electus, puer ualidus; ſecūdo Regum ſexto: Congregauit autē rurſus Dauid omnes

electos

electos ex Israël. In plurali בחירים Inde nomen בחירה adulescentia & iuuētus: ut Ecclesiastis 11. Lętare ergo iuuenis in adulescentia tua & in diebus iuuentutis tuæ. בחיר Electus: ut Psalmo 89. Disposui testamentum לבחירי electis meis.

* בטא Lubrice oblocutus est uel protulit: ut Leuitici quinto. Anima quæ iurauerit & protulerit labijs suis, & in nomine uerbali mutat aleph in he literā, ut בוטה Prouerb. 12. Item מבטא prolatio: Numeri 30.

* בטח Sperauit, ut Psalmo 28. In ipso sperauit cor meum. Multas & diuersissimas habet deriuatorum uariatiões, quas ex arte grammatica quęrere oportet, & usu librorū. מבטח בטחון בטח בטחה Omnes istę formæ significant spem, fiduciam & securitatē. In hiphil utuntur rabini pro promittere.

* בטל Vacauit, ociosus fuit: ut Ecclesiastis duodecimo. Et ociosi erunt molētes in minuto numero. Apud magistros in piel significat cassare, eneruare & annihilare.

* בטן Venter: ut Prouerbiorum tredecimo. Venter autem impiorum insaturabilis. בטנים Pineæ: Hieronymus traduxit Terebinthi fructus, ut Genesis quadragesimotertio. Stactes & terebinthi & amygdalorum: & in thargū Ierosolymitano sumitur pro oleo aromatico. Habet thargum משח דלוזים oleum auellanicum.

* ביב Concauum, uacuum, inane: Exodi 27. Non solidum sed inane & cauatum intrinsecus facies illud. Scribitur ibi sicut & Iob undecimo נבוב in passiua uoce.

* בין Intellexit. Danielis ultimo. Et ego audiui & non intellexi. Hinc בינה Intelligentia: quamuis Hieronymus uarie in diuersis locis transferat. Nam Prouerb 4. interpretatus est prudentiam. Audite filij disciplinam patris, & attendite ut sciatis prudētiam: & eiusdem 30. traduxit sapientiam. Stultissimus sum uirorum, & sapientia hominū non est mecum. Inde הבין id est, intelligere: ut Prouerb. 14. Sapientia callidi est intelligere uiam suam. Inde נבון ut eodem, Et doctrina prudentum facilis. Inde תבונה id est, intelligētia: quod etiam quandoque prudentiam & aliquado sapientiam traduxerunt: ut Psalmo 147. Et sapientiæ eius non est numerus, & sic de alijs deriuatis, in quorum omnium expositione magis proprie loquūtur Cabalistę, cum de quinquaginta portis intelligentię scribunt. Non prudentię neque sapientię, nec cognitiōis siue scientię: ostenduntque multas inter sapientiā & intelligentiā esse differētias, quod altera est iudicij, altera gratię in: arbore decem numerationum ea clarius tractantur, & Iob 28. in fine eius.

בין Inter: ut Genesis primo, ubi legimus, Diuisitque aquas quę erant sub firmamento &c. ibi habet hebraica scriptura: Et fecit differentiam inter aquas quæ sunt sub firmamento, & inter aquas quę sunt super firmamentum, similiter ubi sequitur, Et diuidant diem ac noctem, ibi hebraice legitur, ad faciendum differentiam inter diem & inter noctem. Inuenitur etiam בינות ut Ezechielis 10. Et imple manum tuam prunis ignis, quę sunt inter Cherubim. Et accipit præpositiones quandoque, & nonnunquam articulos, sed inuenitur quoque

declinari per numeros. Hinc איש ה הַבֵּנַיִם uir intermedius 1. Regum 17.

* בֵּיצִים Oua: ut Deuteronomij uicesimosecundo. Et matrem pullis uel ouis desuper incubantem: eius singulare in sacris literis raro legitur, in alijs tamē libris בֵּיצָה heteroclite inuenimus, quo etiam nomine singularis quidam liber inscriptus est. Apud magistros significat quoq; testiculum.

* בּוֹר Fouea, cisterna, puteus, quasi בְּאֵר Hieremiæ sexto. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam. Item בִּירָה Palatium, regia residentia: quod Hieronymus regni exordium traduxit, Ester primo: Susan ciuitas regni eius exordiū fuit, id est, palatium & residentia: & habet pluralem numerum בִּירָנִיּוֹת secūdo 1 Paralippomenon decimoseptimo.

* בַּיִת Domus: ut Exodi duodecimo. Neq; enim erat domus in qua non iaceret mortuus. Significat etiam prosapiam seu stirpem: ut Deuteronomij uicesimoquinto. Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui. Item nidum & quodcunq; habitaculum: ut Psalmo 84. Etenim passer inuenit sibi domum. In plurali בָּתִּים latente iod in thau dagessato. בַּיִת Intus uel intrinsecus: ut Genesis sexto. Et bitumine linies intrinsecus & extrinsecus: & Ezech. primo. Velut aspectum ignis intrinsecus per circuitum eius. בִּיתָן Palatium, aula, ut Ester septimo, pro eo quod nos legimus, Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuij locum, Hebræi legunt: Et rex reuertebatur de horto palatij ad domum conuiuij.

* בָּכָא Arboris genus, quam aliqui morum, Hieronymus pyrum appellauit: secundo Regum quinto: Et uenies ad eos ex aduerso pyrorum, & cum audieris sonitum gradientis, in cacumine pyrorum.

* בָּכָה Fleuit: ut Oseæ duodecimo: Fleuit & rogauit eum. Et quandoq; ponitur absq; he litera finali: ut Genesis quinquagesimo, Ruit super faciem patris, & fleuit super eum, & osculatus est eum. Inde nomen uerbale בֶּכִי id est, fletus: ut Psalmo tricesimo: Ad uesperum demorabitur fletus: quod & בָּכָה & quandoque etiam בָּכוּת nominatur: ut Genesis tricesimoquinto. Vocatumq; est nomē loci illius quercus fletus. Inde quoq; riuorum sinus deriuatur, ad similitudinem lachrymarum abundantium.

* בְּכוֹר Primogenitus: Psalmo octogesimonono: At ego primogenitum ponam illum. Declinatur heteroclite pluraliter בְּכוֹרוֹת uel בְּכוֹרֵי significat etiam בְּכוֹר מָוֶת angelum, mammona præfectum morti, quem Hieronymus appellauit primogenita mors: ut Iob decimooctauo: Et consumat brachia illius primogenita mors. Eam Rabi Ioseph putat esse morbum letalem, quem sequitur mors. Lyra intelligit mortem anticipatam, quę pręuenit mortem naturalem.

בִּכּוּרֵי Primitię: ut Exodi tricesimo quarto. Primitias frugum terrę tuę offeres in domo domini dei tui.

בִּכְרֵי Isaię 60. sunt gameli iuuenes, aut primogeniti eorum.

* בַּל Non uel ne: ut Psalmo decimosexto: Quoniam à dextris est mihi ne cōmouear. Assumit in fine iod, ut בְּלִי id est, non: secundo Regum primo. Clypeus Saul quasi non esset unctus oleo.

Rursus

Rursus idē assumit in principio mem, ut מִבְּלִי id est, non uel sine: Iob quarto. Tigris perijt, eo quod non haberet prędā. Inde לִבְלִתִּי tantummodo, ut non, prę ter: ut Leuitici uicesimo, & מִבַּלְתִּי & מִבַּלְעֲדֵי & cætera quæ negationem nisi, præter, sine, significant: ut Psalmo decimooctauo. Quoniam quis deus prę ter dn̄m, aut quis deus p̄ter deū nostrū:

✱ בְּלִיַּעַל Malum, iniquum: ut Psal mo 41. Verbum iniquum constituerūt aduersum me. Inde nomē dæmonis qui est pater omnis mali: ut Nahum primo. Et non adijciet ultra ut pertranseat in te Belial. Vnde qui ex patre diabolo sunt, dicūtur filij Belial: ut Iudicum 19. Venerūt uiri ciuitatis illius filij Belial. Chaldaica translatio exponit filios malicię. Quidam Hebræorū cōpositū arbitrantur à בְּלִי & יַעַל id est, absq; ascensu, qđ mētem nostrā non patitur ferri sursum.

✱ בָּלַל Permiscuit, confudit: ut Genesis 11. Quia ibi confusum est labiū uniuersę terrę: quod hebraice legit̄ כִּי שָׁם בָּלַל יְיָ Quia ibi permiscuit seu cōfudit dominus labiū uniuersæ terræ, & cōuersione ultimę literę in he aspirationē, ponitur in eodē cap. paulo superius נָבְלָה id est, cōfundamus ibi linguā eorum. Inde uolunt deriuare בְּלוּלָה id est, permixta: quod Hieronymus conspersum transduxit Leuitici 2. Similę cōspersæ oleo & absq; fermento. Verbū hoc tinctores inficere dicunt: inde תֶּבֶל id est, confusio, scelus: ut Leuitici 20. Si quis dormierit cum nuru sua, uterq; moriatur, quia scelus operati sunt. Inde תְּבַלּוּל id est, macula oculi, quam Hieronymus albuginē nominauit, Leuitici 21. Si albuginem habens in oculo; dictū sic à בִּלְבֵּל id est, cōfusiōe pupillę in oculo, à q̄ etiā בָּבֶל Babylonia dicta est, quasi balbel. inde בְּלִיל Stramentū iumētorū ex diuersis mixtū fœno & palea & quisquilijs, à cōfusione siue mixtiōe diuersorū sic dictū: qđ Hieron. migma grece, non inueniēs latinū, à mixtura uocauit. Isaię 30. Cōmixtū migma comedēt sicut in area uentilatū est.

✱ בָּלַג Contentus est, perstitit firme, ualuit, roboratus est, confortatus: quanquam Hieronymus tormenta doloris esse uoluit, Iob nono. Cū dixero nequaquam ita loquar, commuto faciem meā, & dolore torqueor: ubi ponitur אַבְלִיגָה quod Hebræi exponunt, Si dixero obliuiscar querelæ meæ, dimittam iram meam & confortabor.

✱ בָּלָה Inueterauit, detritum est, cō putruit: ut Deuteronomij 29. Non sunt attrita uestimenta uestra, nec calciamenta pedum uestrorum uetustate consumpta sunt. Inde בָּלָה id est, uetula. Hinc בָּלֶה uetustus, Iosuę 9. תַּבְלִית absumptio: Isaiæ 10. & בְּלוֹאֵי corruptiones. Ierem. 38.

✱ בַּלָּהָה Terror, stupor, turbatio subita: ut Isaiæ decimoseptimo. In tempore uesperæ & ecce turbatio uel stupefactio, sicut בְּהָלָה de quo superius dictum est.

✱ בַּלַּט Paulatim, clam, ut primo Regum 18. Loquimini ad Dauid clam. Est dictio composita ex לט & præpositione beth.

✱ בָּלַם Coartauit, clausit, obturauit, constrinxit, refrenauit: ut Psalmo tricesimosecundo. In camo & freno maxillas eorum constringe: id est, ad constringēdum seu coartandum; sic enim legitur לִבְלוֹם in infinitiuo.

✱ בנה Ædificauit: ut Psalmo 102. Quia ædificauit dominus Sion, & coniugatur בְּנִיתִי defectiue: ut 3. Regū 8. Ædificans ædificaui domum habitaculum tuum. De hoc faciunt Hebręorum grammatici mentionem in capitulo de ijs quę in fine deficiunt. Hinc בִּנְיָן Structura, ædificium: ut Ezechielis 40. Et mensus est latitudinem ędificij calamo uno, altitudinē quoque calamo uno: & capitur in grammatica Hebræorum pro coniugatione.

✱ בן Filius: ut Exodi secundo, Quæ concepit & peperit filium. Et pluraliter בָּנִים ut Iob primo. Natiq; sunt ei septē filij. Inde בַּת filia, ut Psalmo 137. Filia Babylonis misera: & pluraliter בָּנוֹת ut Iob superiori loco, Et tres filias. Dicitur etiam בַּת pupilla oculi: ut Psalmo decimo sexto. Custodi me ut pupillam oculi. Quomodo autem hoc uocabulum significans filios uel filias reperiatur diuersis in locis, legere posthac poteris in amplioribus grammaticis.

✱ בֹּסֶר Vua acerba: ut Hiere. tricesimo primo. Patres comederunt uuam acerbam & dentes filiorum obstupuerunt. Potest etiam significare quemlibet fructum immaturum.

✱ בעה Petijt, quęsiuit, rogauit: ut Isaiæ 21. Si quęritis quærite, conuertimini & uenite. Et Isaię 30. Et requisita in muro excelso. בְּעָה Fecit proijcere ampullas, à feruendo dictum secūdum Dauid Kimhi in cōmentarijs, Isaię eo quod aqua feruēs tales fungos seu uesicas proijciat. Vnde Hieron. ardere interpretatus est Isaię 64. Sicut exustio igni tabescerent, aquę arderent igni. Inde uenit אֲבַעְבֻּעֹת id est, ampullæ uel inflationes, pustulę, uesicæ: ut Exodi nono. Erūt enim in hominibus & iumentis ulcera & uesicæ.

✱ בעט Recalcitrauit, ut Deutoronomij tricesimotertio. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.

✱ בעל Rem cum muliere habuit, coiuit, subagitauit, maritauit, subiugauit, dominatus est, subiugauit. Heronymus honeste traduxit, habuit mulierem: ut Deuterono. 24. Si acceperit homo uxorem & habuerit eam, & eiusdem libri cap. 21. uariando traduxit pro dormies cum ea. Et postea intrabis ad eam dormiesq; cum illa. Et hoc modo omne qđ preeminet & ante stat seu subiectum aliquid habet dicit' בַּעַל autor, magister, dominus, maritus. Exodi 21. Si habens uxorem & uxor egredieť simul: pro quo Hebręi legunt: Si maritus uxoris est & exibit uxor eius secum. Significat magistrum: ut Genesis 49. Inuideruntq; ei habentes iacula, id est, periti sagittarij, hoc est, magistri balistarum. Significat dominum seu principem, Leuit. 21. Sed ne in principe populi sui cōtaminabit'. Deriuata lectione cognosces, ut est בְּעָלִיל & בַּעֲלַת &c. Deut. 22. Si dormierit uir cū uxore alterius, pro maritata marito. De בְּעָלִיל habes infra in radice עלל Ab hac radice uenit quoq; idolum Baal, quod ceu dominum suum cultores eius uenerati sunt.

✱ בער Cōbustus est, arsit: Num. 21. Vocauitq; nomē loci illius תַּבְעֵרָה incēsio, eo qđ succēsus fuisset cōtra eos ignis dñi. Et Psal. 18. Et carbones succensi sunt ab eo: & Exodi 3. Et uidebat quod rubus arderet, & sequit' infra: Quare non cōburat' rubus. Isa. 1. Et succēdet utrūq; simul.

בער

בָּעַר Tulit, ut Deuteronomij uicesimo secundo. Et auferes malũ de medio tui, & eiusdem uicesimosexto. Attuli quod sanctificatum est de domo mea, & sequitur, Nec separaui ea in qualibet im mundicia: ecce idem uerbum transtulit separaui. בָּעַר Ardor, succensio: Isaię quarto. In spiritu iudicij & spiritu ardoris. Hebręi exponunt destructionem, deuastationem, & exterminationem.

בָּעַר Consumpsit, molestauit, læsit, depastus est, eruit: ut Exodi uicesimosecundo. Si læserit quispiam agrum uel uineam. בְּעִיר Iumentũ, ut loco supra citato: Exodi uicesimosecundo. Et dimiserit iumentum suum ut depascatur aliena. Duo uocabula disces hac allegatione, scilicet בְּעִיר iumentũ & יְבַעֵר depascatur in coniugatione hiphil.

בַּעַר Desipuit, insaniuit, infatuatus est: ut Ieremiæ decimo. Pariter insipientes & stulti probabuntur: fortasse à iumẽto seu bruto superiori dictum, quia stultus bruto similis est. Inde בַּעַר stultus, insipiens, fatuus: Psalmo nonagesimo quarto. Intelligite insipientes in populo: & Psalmo nonagesimosecundo. Vir insipiens non cognoscet: ubi scribitur בַּעַר cum duplici patha.

✠ בָּעַת Terruit, stupefecit: Isaię uicesimoprimo. Emarcuit cor meum, tenebrę stupefecerunt me. Inuenitur etiam in kal: Daniel. octauo. Hinc nomen בְּעָתָה terrror, Ieremię octauo. & בִּעוּת Iob sexto.

✠ בֹּץ בִּצָּה Lutum, argilla: ut Ieremię tricesimooctauo. Demerserunt te in cœno, & in lubrico pedes tuos: lubricum pro luto ponitur.

✠ בָּצָל Cepe: ut Numeri 11. Porrię & cepe & allia, ubi בְּצָלִים in plurali scribitur.

✠ בָּצַע Profuit: ut Genesis tricesimo septimo. Quid prodest si occiderimus fratrem nostrum: id est, quæ cupiditas siue licentia in malum. Nota quod significant hęc & inde deriuata iniuriam, fraudem, calumniam, & auariciam: ut Exodi decimooctauo. Et qui oderint auariciã, ubi est בֶּצַע nomen. בָּצַע Compleuit, perfecit, ut Threnorum secundo. Compleuit sermonem suum quem pręceperat à diebus antiquis. Idem Isaię decimo. בָּצַע Percussit, uulnerauit, incidit, fidit à findo: ut Amos nono. pro eo quod nos legimus, Auaricia enim in capite omnium: Hebręi legunt, Et uulnerabit eos in capite omnes: uel secundum Dauid Kimhi in commentarijs hebraicis super duodecim minores: Et incidit seu percussit caput omnium: quod Septuaginta melius expresserunt, sic scribẽtes: ut dissecaret in capitibus omnium.

✠ בָּצֵק Pasta, massa parata ad coquẽdum panem: ut Exodi duodecimo: Tulit igitur populus conspersam farinam.

בָּצֵק Tumuit. Hieronymus transtulit subtritus est, Deuteronomij octauo. Et pes tuus non est subtritus. Hebraice: pes tuus nunquam tumuit.

✠ בָּצַר Incidit arbores, uindemiauit: ut Deuteronomij uicesimoquarto. Si uindemiaueris uineam tuam. Hinc בָּצִיר uindemia: Leuitici uicesimosexto.

בָּצַר Muniuit: ut Numeri tricesimosecundo. Paruuli nostri & quicquid habere possumus erunt in urbibus munitis. בִּיצּוּר Firmus, fortis, munitus: ut Numeri tredecimo. Sed cultores fortissi-

fortissimos habet, & urbes grandes atque muratas. [illegible] Hebraismus habet hic עָרִים בְּצֻרוֹת ciuitates munitas, scribiturque in fœminino paul.

בִּצָּרוֹן Munitio, fortificatio murorum: Zachariæ nono. Conuertimini ad munitionem. Idem מִבְצָר Iosuæ decimo. בָּצַר Destitit, uitauit, prohibitus est: ut Genesis undecimo. Nec desistent à cogitationibus suis donec eas opere compleant. Hinc deriuatur בַּצֹּרֶת caristia, sterilitas terræ seu retentio pluuiæ: Ieremiæ decimo quarto, & decimoseptimo.

בֶּצֶר Aurum: Iob uicesimosecũdo, pro eo quod nos legimus, Dabit pro terra silicem &c. Hebræorum magistri traducunt sic: Et reponet pro puluere aurũ, & in petra fluuiorum ophir, hoc est, aurum obrizũ: & plur. בְּצָרִים ibidem.

* בָּקַק Vacuauit, destruxit, uastauit: Nahum 2. Quia uastatores dissipauerũt eos: Hinc גֶּפֶן בּוֹקֵק uitis inanis: Hoseæ 10. בַּקְבּוּק Vas testaceum quasi gutturnum, à sono nomen accipiens cũ in aquam mergitur, quod Hieronymus lagunculam traduxit. Ieremiæ 19. Vade & accipe lagunculam.

* בָּקַע Fidit, rupit, scidit, diuisit, dissecuit: ut Amos 1. Eo quod dissecuerit prægnantes Galaad. Isaiæ 58. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum. בִּקְעָה Planicies, uallis, campus: Genesis 11. Inuenerunt campũ in terra Senaar: & Deuteronomij 8. In cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi. בֶּקַע Semissis uel dimidium pondus: ut Exodi tricesimooctauo, ubi nos legimus: oblatum est autem ab ijs qui transierunt: ibi ueritas hebraica testante Nicolao de Lyra sic habet, Dimidius siclus per singula capita.

* בָּקַר Quæsiuit, explorauit: ut Leuitici decimotertio. Sin autem post emũdationem rursus creuerit macula in cute, non quæret amplius. בֹּקֶר Mane: ut Genesis 1. Et factum est uespere & mane dies unus, & pluraliter בְּקָרִים ut Isaię tricesimotertio. Esto brachium nostrum in mane: dictum fortasse à quęrendo, nam incipimus res quęrere cum mane lucescit. בָּקָר Vacca siue bos: ut Genesis 12. Fueruntque ei oues & boues: & pluraliter בְּקָרִים uaccę, quod Hieronymus traduxit bubali: Amos sexto. Aut arari potest in bubalis. Inde בּוֹקֵר armentarius, ut Amos septimo, Sed armentarius ego sum.

* בִּקֵּשׁ Quęsiuit, ut Canticorum 5. Quęsiui & non inueni illum. Hinc deriuatur nomen בַּקָּשָׁה petitio, postulatio: Esther 5.

* בַּר Mundus, purus: ut Psalmo 23. Innocens manibus & mundo corde. Inde puritas בֹּר Psalmo 18. Et secundũ puritatem manuum mearum, alias mũdiciem. Significat etiam בַּר electus: ut eodem Psalmo. Et cum electo electus eris. Item significat foris: ut Iob 39. secundum Hebræos, ubi nos legimus: & pergunt ad pastum, ibi Iudæorum magistri interpretantur sic: & pergunt foras, uel cornupetũt foris. Item בַּר filius: ut Prouerbiorum 31. ubi nos legimus. Quid electe mi quid electe uteri mei, quid electe uotorum meorum: ibi hebræi legũt, quid fili mi? quid fili uteri mei? quid fili uotorũ meorum? Item significat triticũ: ut Gen. 45. Et totidẽ asinas triticum in itinere, panesque portãtes; cuius instar sic

K expone-

exponetur uersus Psalmi 72. ubi pro eo quod legimus, Erit firmamentum in terra, legunt Hebręi frumentum. Nam teste Burgense, translatio secundũ hebraicam ueritatem talis est: Erit placenta frumenti in terra: ergo conclusionẽ huius uocabuli cum sententia S. Hieronymi faciamus, qui in apologetico cõtra Rufinũ Pammachio sic scribit. Bar apud Hebręos diuersa significat: dicitẽ enim & filius ut est istud: Bar Iona filius colũbę, & Bartolomeus filius Ptolemęi, & Barchinæus, & Barchiseus, & Barrabas. Triticum quoq; & spinarum fasciculus, & electus, ac purus. Hęc idem Hieronymus.

* בָּרַר Secreuit, elegit, clarificauit: inde dicitur id quod scribitur 1. Paralip. 16. Et post eum Heman & Idithun & reliquos electos, hoc est, pręclaros: & uidetur multis uerbum primitiuum esse præcedentis.

* בָּרָא Finxit, creauit: Genesis 1. In principio creauit deus cœlũ & terram. Hinc בּוֹרֵא creator. בָּרָא Succidit uel excidit, eruit, ut Iosuę 17. Ascende in syluam & succide tibi spacia, & paulo inferius. Succides tibi atq; purgabis ad habitandum spacia. בְּרִיאָה Res noua quę prius non fuit, quam nos creaturam uocamus: ut Numeri 16. Sin autem nouam rem fecerit dominus. בָּרִיא Firmus, sanus, pinguis, crassus: ut Iudicum tertio. Erat autẽ Eglon uir crassus nimis. Deriuata legendo inuenies: & sæpe per defectum aleph in fine inuenies בְּרִיָּה ut Ezechielis tricesimoquarto. Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum.

* בַּרְבּוּר Gallinaceus, uel auis altilis: ut 3. Regum 4. Excepta uenatiõe ceruorum caprearum atq; bubalorum, & auium altiliũ, ubi ponit בַּרְבֻּרִים אֲבוּסִים id est, altilium saginatorum in stabulis, hoc est, stabulantium.

* בָּרָד Grando: ut Exodi nono. Ecce pluam cras hac ipsa hora grandinẽ multam nimis. Inde uerbum בָּרַד prima camez, secunda patha. בְּרֻדִּים Respersi punctis seu maculis: ut Genesis 31. Varios maculosos atq; respersos.

* בָּרָה Elegit: ut primo Regum decimoseptimo. Eligite ex uobis uirum. בָּרָה Pransus est, comedit 2. Regum 13. Comedam de manu eius. Inde deriuata nomina uerbalia Psalmo 69. Et dederunt in escam meam fel: & secundo Regum tredecimo. Infer cibum in conclaui, & uescar de manu tua: putant ex hoc intelligi uersiculum Genesis quadragesimooctauo. Eratq; uernum tempus: ubi secundum hebraicam ueritatem legendum est (cum iam esset quasi pascuus ager) quam certe parenthesim circumloquendo aliis uerbis expressit interpres dicens: Erat enim uernum tempus.

* בַּרְזֶל Ferrum: Psalmo 105. Ferrũ pertransiit animam eius.

* בָּרַח Fugit, ut secundo Regum tredecimo. Porro Absolom fugiens abiit. Item contignauit, clausit, ut infrà.

בְּרִיחַ Repagulum, hastile, tignum, uectis: ut Exodi uicesimosexto, pro eo quod nos legimus: & eiusdẽ numeri ad occidẽtalem plagam: sequitur: Qui mittentur per medias tabulas, hebraica ueritas sic habet: Et tignus transiens in medio tabularum contignans à termino ad terminum. Significat & feram uel repagulum: ut Iob tricesimooctauo. Et posui uectem, id est, repagulum & ostia.

ברר

✱ בָּרַךְ Benedixit: ut Psalmo 118. Benedictus qui uenit in nomine domini. Benediximus uobis de domo domini. Item salutauit: ut Genesis 47. Qui benedicens illi: pro quo hebraica ueritas habet: Et salutauit Iacob Pharaonem. Item flexit genua: ut Psalmo 95. secundum hebraicam ueritatem: uenite adoremus, curuemur, flectamus genua: & Genesis 24. Cumque camelos fecisset accumbere. Item בָּרַךְ Blasphemauit, increpauit, reprehendit, maledixit: ut 3. Regum 21. pro'eo quod nos legimus: Benedixit Naboth deum & regem, quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. Hebraei transferunt sic: blasphemauit: & Chaldaica translatio Ionathae habet גָּרִית id est, contempsit: unde Lyra exponit benedixit, id est, maledixit. Sic Iob 2. Benedic deo, & morere, Hebrei exponunt, increpa & reprehende deum. בְּרָכָה Munus, donū: Genesis 33. Et suscipe benedictionem quā attuli tibi: id est, suscipe munus quod allatum est tibi. בִּרְכַּי uel בִּרְכַּיִם Genua: ut Deuteronomij 28. Percutiat te dominus ulcere pessimo in genibus & in suris. בְּרֵכָה Fons, uiuarium, stagnū, piscina: ut Canticorum septimo. Oculi tui sicut piscinae in Hesebon.

✱ בְּרֹם Vestis cuiusdam preciosissimae genus. Alij putant esse scriniolum preciosorum iocaluim. Heronymus traduxit gazam preciosam, Ezechielis 27. Ipsi negociatores tui multipharium inuo lucris hiacynthi & polymitorum gazarumque preciosarum: ubi Septuaginta interpretati sunt, thesauros electos.

✱ בָּרָק Resplendentia, fulgur, coruscatio, scintillatio, secundo Regum uicesimo secundo. Misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgur & consumpsit eos. Significat & lapidem eiuscemodi.

✱ בַּרְקָנִים Spinarum quaedam species, quas translatio nostra tribulos uocauit. Iudicum 8. Et cum reuersus fuero uictor in pace, conteram carnes uestras cū spinis tribulisque deserti.

✱ בְּרוֹשׁ Arbor quaedam ex qua fiūt iacula. Hieronymus traduxit, abietem, alij cedrum: Isaiae 55. pro saliuncula ascēdet abies: & eiusdem 60. abies & buxus & pinus simul. בְּרוֹשִׁים Missilia, lanceae, tela, iacula, sagittae: quoniam eae hastae ex arbore prius nominata, propter ipsius proceritatem fiunt. Hieronymus autem agitatores traduxit: & translatio Septuag. exposuit equites. Nahum 2. Et agitatores consopiti sunt Septuag. sic: & equites timuerunt in exercitibus. Voluerunt enim pro uirili sua imitari Chaldaicam translationem Ionathae, qui excelsos & magnates exponit, & exercituū magistros. Et Ioseph Kimhi putauit ita eos appellari à proceritate arboris siue cedri seu abietis, teste filio suo in cōmentarijs super duodecim. Ego lanceatos seu balistarios dicerem.

✱ בְּרָת Cypressus: Canticorum primo. Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra בְּרוֹתִים cupressina. בְּרִית Foedus, pactum: ut Ieremiae tricesimo primo. Ecce dies uenient dicit dominus. Et feriam domui Israël & domui Iuda foedus nouum, non secundum pactum. Ecce idem uocabulum dupliciter traduxit. Quidam putant hoc nomen esse à uerbo ברא quod in una significatione idem ualet quod ברת succidit.

* בָּשַׁל Maturauit:ut Ioëlis 3. Mitte falces quoniā maturauit messis. בָּשַׁל Coxit:ut Exodi 12. Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua: & Ezechielis 24. & discocta sunt ossa illius in medio eius. [illegible] Kimhi exponit בָּשֵׁל adiectiue pro coctus, Exodi 12.

* בֹּשֶׂם Suauis odor, aroma: ut Isaię 3. Et erit pro suaui odore fœtor: & cum sex pūctis בֶּשֶׂם aromaticū: ut Exodi 30. Sume tibi aromata primę myrrhę, & cinnamomi aromatici. Item & calami aromatici, ita enim legendū est: & Cant. 5. Messui myrrhā meā cū aromate meo.

* בָּשַׁס Onerauit, oppressit, grauauit: Hieronymus interpretatus est diripuit: Amos 5. Iccirco pro eo quod diripiebatis pauperē ubi ponitur בּוֹשַׁסְכֶם quod exponunt hebræi עֲמַסְכֶם id est, onerauit uos, intelligentes de principibus & iudicibus, autoritatem allegatā. Rabi Ioseph Kimhi putat sin literam pro samech positam, ut alias sępe: uide supra in בוס

* בָּשָׂר Caro: Psalmo 145. Et benedicat omnis caro nomini sancto eius.

בִּשֵּׂר Annunciauit, euangelisauit: ut Isaię 52. Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum: ubi ponitur nomen eius מְבַשֵּׂר euangelista, nuncius: qui barbarice ambassator dicitur. Inde בְּשׂוֹרָה Præmium uel merces pro nuncio relato: ut secundo Regum quarto. Cui oportebat me mercedem dare pro nuncio.

* בַּתָּה Inanis, deserta, uastata: ut Isaiæ quinto. Et ponam eam desertam.

בַּת Est mensura liquidorum, quam Hieronymus alludens uocabulo bathū traduxit Ezechielis quadragesimoquinto. Statera iusta, & ephi iustum, & bathus iustus erit uobis.

[illegible] Est bath mensura liquidorum sicut epha siccorum, nec est una maior altera. Est etiam בַּת filia de quo supra in בֵּן dictum est.

* בְּתוּלָה Virgo: ut Genesis uicesimoquarto, uirgoq; pulcherrima incognita uiro, & pluraliter בְּתוּלוֹת ut Amos octauo. In die illa deficient uirgines pulchræ: nā pluralia masc. generis בְּתוּלִים & בְּתוּלֵי significant integritates seu signa uirginitatis: ut Deuteronomij uicesimosecundo, non inueni filiam tuam uirginem, pro eo quod legere deberemus: Non inueni in filia tua incorruptiones siue integritates: &, hæc sunt signa uirginitatis filię meę.

* בָּתַק Perfodit, interfecit, trucidauit: Ezechielis decimosexto. Et trucidabunt te gladijs suis.

* בָּתַר Separauit, partitus est, diuisit: ut Genesis decimoquinto, aues autē non diuisit. בֶּתֶר Pars, diuisio, separatio, portio siue partitio: ut Genesis decimoquinto, ubi supra: & utrasq; partes contra se altrinsecus posuit. Et Canticorum secundo. Similis esto dilecte mi capreæ hinnuloq; ceruorum super montes Bæther: ubi quidam ignari scriptores posuerūt l, pro r, Bęthel, sed Hebręi legunt super montes partitionis seu separationis.

בשם אדני עליון

גג Tectum, ut Pſalmo 102. Et factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto: & declinatur heteroclite ſecundum genus fœmininum pluraliter גגות ut Sophoniæ primo: & eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli.

✻ גאה Elatus eſt, eleuatus eſt & exaltatus, dominatus eſt, & glorioſe magnificatus eſt, neutraliter: ut Exodi decimo quinto. Cantemus domino, glorioſe enim magnificatus eſt: quod uerbũ è uerbo legitur: גאה גאות Superbiendo ſuperbiuit, ſeu dominando dominatus eſt: & Iſaiæ decimoſexto, גאון ſignificat arrogantiam & ſuperbiam: ut, Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt ualde, ſuperbia eius & arrogantia eius &c. inde גאוה ſuperbia, גאה & גא ſuperbus. גאון Eo uocabulo Hieronymus in cõmentarijs ſuper duodecim dicit ſignificari fremitum & ſonitum aquæ decurrentis: Zachariæ undecimo, ubi translatio Septuag. dicit: Vox rugientium leonum quia afflictus fremitus Iordanis: ſed rectius in noſtra ſic legitur: uox rugitus leonũ quia uaſtata eſt ſuperbia Iordanis: quod etiam teſtatur Chaldaica translatio Ionathæ, qui exponit, altitudo Iordanis.

✻ גאל Luit, redemit: ut Iſaiæ quadrageſimooctauo. Dicite redemit dominus ſeruum ſuum Iacob. Inde גאלה & גאל & multa alia deriuata inuenies Leuitici uiceſimoquinto, luitionem & redemptionem & liberationem ſignificantia. Item ſignificat fœdare, inquinare, detur pare, obſcurare: ut Iob tertio. Obſcurẽt eum tenebræ & umbra mortis, Itẽ etiam polluere: ut Danielis primo: Propoſuit autẽ Daniel in corde ſuo ne pollueret.

✻ גב Cacumen, dorſum, altitudo, ſummitas: ut Pſalmo 129. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores. Item ſignificat גבות ſupercilium: Leuitici decimoquarto, & die ſeptimo radet capillos capitis, barbamq; & ſupercilia. Et quandoq; additur nun litera, ut Pſalmo 68. הרים גבננים ubi nos legimus: Mons coagulatus, ibi Hieronymus in Pſalterio de hebraica ueritate rectius traduxit, mons excelſus. Quidam ecõtrario exponunt humilis mons & colliculoſus, id eſt, gibberoſus, & ſic deriuatur à ſequenti.

✻ גבן Gibbus ſeu gibberoſus, tractum fortaſſis à dorſi altitudine, ſic enim Hieronymus traduxit Leuit. uiceſimo primo. Si fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus: quanquam thargum Hieroſolymitanum intelligat hoc uocabulum de his quibus in utroq; oculorum ſinu ſuperciliorum pili excreſcunt, quod nunc cõmuniter ſequuntur Iudæi exponẽtes eandem dictionem de homine cuius oculos ſupercilia obnubunt atq; condenſant, quem ego dicerem ſupercilioſum.

גבא Fouea, ciſterna, palus, & omnis aquarum cõſeruatio: ut Iſaiæ triceſimo. Aut hauriatur parum aquæ de fouea. Sic enim Onkelus Chaldæus in ſua trãſlatione pro בור hebraico uocabulo ponit גובה nomen Chaldaicum, Geneſis triceſimoſeptimo. גבה Superbiuit, exaltatus eſt, tumuit: Pſalmo 131. Domine non eſt exaltatum cor meum neq; elati ſunt oculi mei: ubi quandoq; he aſpiratio mutatur in aleph ut גבהא Inde גבה ſuperbus, Pſalmo 101. Superbo oculo &

insatiabili. In alia etiam coniugatione & forma inuenies hoc uerbū in Abdia. Si exaltatus fueris ut aquila: quod exponūt quidam magistri Iudæorum transitiue: si axaltaueris supple nidum tuum. Alij neutraliter seu intransitiue, ut hic: & in alia quoq; forma Psalmo 113. Qui in altis habitat: ubi iod finale superfluum est, ut sæpe alias. Hęc est una ex quatuor radicibus quę habet tertiam radicalem he literam nunquam mutabilē, ideo plerunq; signatur puncto mappic. Inde גֹּבַהּ Altitudo. Psalmo centesimotertio. Quoniam secundum altitudinem cœli à terra.

* גִּבֵּחַ Caluus, depilatus: ut Leuitici tredecimo. Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est. Inde גַּבַּחַת id est, caluicies seu alopecia, ut eodem loco.

* גְּבוּל Limes, terminus, finis, regio: Deuteronomij decimonono. Non assumes seu transferes terminos proximi tui: & sequitur uerbum inde deriuatum: גָּבַל Limitauit, terminauit, diffiniuit regionem agrorum: ut eodem loco suprà citato, Quos fixerunt priores.

* גְּבִינָה Caseus: ut Iob decimo. Nōne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti.

* גֶּבַע Collis: ut Zachariæ decimo quarto. De colle Remmon ad austrum Ierusalem, & quandoq; cata paragogen assumit in fine he aspirationem, ut Ieremiæ quinquagesimo, גִּבְעָה De monte in collem transierunt. מִגְבָּעָה Pileus, galerus, tiara: Exodi uicesimooctauo. Et baltheos ac tiaras in gloriam & decorem.

* גִּבְעֹל Folliculus lini; Exodi nono, Et linum iam folliculos germinaret, ponitur enim illic uerbale גִּבְעֹל. Kimhi exponit simpliciter pro קנה הפשתן folliculo seu canna lini.

* גָּבִיעַ Calix, poculum, scyphus: ut Genesis 44. Scyphum autem meum scyphum argēteum pone in ore sacci iunioris. Nam ueru, id est, obelisco debet confodi, quod nos legimus: & precium quod dedit tritici: & Exodi 25. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos.

* גָּבַר Præualuit, uiguit, robustus fuit, uires cepit, nos legimus, corroborauit: Psalmo 103. Corroborauit misericordiam suam super timentes: sed Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate melius transtulit, Confortata est misericordia eius super timentes eum: id est, conualuit, ita enim traduxit Genesis 49. Benedictiones patris tui cōfortatę sunt. Item Genesis 7. Et aquæ pręualuerunt nimis super terram. Inde nomen substantiuum גְּבוּרָה quod robur, fortitudinem, uirtutem, uires, potētiam interpretantur: ut 2. Paralippomenon 22. In manu tua est fortitudo & potentia, & Psalmo 89. Si autem in potentatibus. In alia coniugationis forma reperimus נַגְבִּיר Psalmo 12. Linguam nostram magnificabimus, quod Hieronymus traduxit in Psalterio de hebraica ueritate: linguam nostram roboremus. גִּבּוֹר Potens, fortis, robustus: ut Genesis 10. Ipse cœpit esse potens in terra: sequiturq;, & erat robustus uenator. ubi unum & idem uocabulum mox aliter traduxit interpres: & Canticorum 3. En lectulū Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, גְּבִיר Dominus, caput, superior: ut

or:ut Genesis 27. En dominum tuum il lum constitui. Fœmininum eius גְּבִירָה Imperatrix, domina, regina: ut Hieremię 13. Dic regi & dominatrici. גֶּבֶר Vir, à mascula uirtute & potestate supra mulierem: ut Prouerbiorum tricesimo: Viam uiri in adulescẽtula. In alia forma ponitur Psalmo decimooctauo גְּבַר Et cum uiro innocente innocens eris. Cũ tamen in eodem cantico quod scribitur secundo Regum 22. ponatur גְּבוֹר & cum robusto perfectus. גֶּבֶר gallus gallinaceus: Isaiæ 22. Sicut asportatur gallus gallinaceus, ita enim se didicisse affirmat à suo pręceptore Iudæo Hieronymus in cõmentarijs.

* גָּבִישׁ Lapis preciosus: Iob uicesimooctauo, ubi translatio nostra habet. Excelsa & eminentia non commemorabuntur: ibi hebraica ueritas hos duos lapides preciosissimos notat, qui in raro sunt usu, dicens: Ramoth & Gabis non cõmemorabuntur. Nam comparatione eius hoc totum obelisco auferẽdum est. Error autem interpreti accidit hic, propter incuriam & negligẽtiam orthographiæ, quæ multos sæpe decepit, ut patet in uarijs locis.

* גַּד Coriandrum: ut Numeri undecimo. Erat autem man quasi semen coriandri, גָּד Fortuna dea: ut Isaiæ sexagesimoquinto. Qui disponitis fortunæ mensam. Rabi Moses cohen dicit, quod sit stella Iouis, & quod Iupiter in lingua Cedar, id est, Arabica sic uocetur: & Rabi Dauid Kimhi in cõmentarijs Isaię exponit pro sydere.

גָּדַד Collegit exercitum, accinxit se ad prælium, expediuit se: ut Genesis quadragesimonono. Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum: quem uersiculum Hieronymus in libro hebraicarum quęstionũ sic transfert: Gad latrunculus latrocinabitur eum, & ipse latrocinabitur plantã, & tamen ibi Gedud exponit accinctus & expeditus: ego supplerem cohorte, ut secundo Regum uicesimosecundo. In te enim curram accinctus: quod similiter Rabi Salomon Gallus, in superiori loco exponit חָלוּץ id est, expeditus: non legimus eiuscemodi milites latrunculos: ut quarto Regum uicesimoquarto, Immisitq; ei dominus latrunculos Chaldęorum, & latrunculos Syrię, & latrunculos Moab, & latrũculos filiorum Ammon, ubi semper ponitur גְּדוּדֵי & Ionathas Chaldęus מַשְׁרִיַּת exponit, tanquam expeditionem bellicam. גָּדַד Dilaniauit, dilacerauit, excoriauit, scalpsit: Ieremię quadragesimoseptimo. Usq; quo concideris, ubi in hithpael scribitur תִּתְגּוֹדָדִי in fœminino.

* גְּדִי Hœdus: ut Genesis tricesimooctauo. Misit autem Iudas hœdum caprarum per pastorem suum: & Iudicum decimoquinto. Et attulit ei hœdum de capris: & pluraliter declinatur utroq; genere, in masculino גְּדָיִים ut Genesis uicesimoseptimo. Affer mihi duos hœdos optimos: in fœminino גְּדִיּוֹת ut Cãticorum primo. Et pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. גְּדוֹת Litora, ripę: ut Iosuæ 3. Iordanis autẽ ripas aluei sui tempore messis impleuerat.

* גָּדַל Magnificauit, magnus fuit, magnificatus est: ut Psalmo centesimo quarto. Domine deus meus magnificatus es uehemẽter: primo Paralippomenon 29. Magnificauit ergo dominus

Salomonem: & Genesis 41. pro eo quod legimus, uno tantum regni solio præcedam te, uerbum è uerbo sic legitur: tantummodo sedem magnificabo supra tuam uel supra te: sed potius quæ à facio latine componuntur, ea ueniunt hebraice à coniugatione graui גדל quod ponitur Ester tertio. Post hæc rex Asuerus exaltauit Aman, pro magnificauit, & Genesis uicesimoquinto, pro eo quod nostra trāslatio legit, quibus adultis, hebraica ueritas habet, Et magnificati sunt pueri, id est, creuerunt: in eo & similibus semper seruatur punctus dages.

Inde גדול magnus: Exodi undecimo. Fuitq; Moses uir magnus ualde: omnia eiuscemodi significant magnificētiam, honorem, pulchritudinē, staturam, fortitudinem & robur: Ezechielis decimosexto, Et fornicata est cum filijs Ægypti uicinis tuis magnarum carnium, ubi ponitur גדלי in plurali constructiuo.

גדל Magnitudo uel magnum, substantiuum nomen: ut Deuteronomij 5. Ecce ostendit nobis dominus deus noster maiestatem & magnitudinē suam: & quandoq; scribitur prima cum pūcto surek, ut Psalmo ultimo: Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius: & quandoq; accipit he in fine cum surek in penultima: ut Psalmo 145. Et magnitudinis eius non est finis. Inuenies omnia inde deriuata supereminentiam significare qualitatis aut quantitatis.

מגדל Turris: Cāticorum quarto. Sicut turris Dauid collum tuum, & heteroclite declinatur pluraliter masculine & fœminine. גדילים Phylacteria uestium, seu funiculi in fimbrijs: Deuteronomij tricesimosecundo, Funiculos in fimbrijs facies.

* גדע Fregit, abscidit: Psalmo 75. Et omnia cornua peccatorum cōfringam: & Ieremiæ quadragesimooctauo: abscissum est cornu Moab.

* גדף Contempsit, opprobrauit, blasphemauit: Sophoniæ secundo. Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon. Hinc nomen גדופה blasphemia.

* גדר Circumscripsit, sepiuit, cōclusit, circumædificauit, muro cinxit: Threnorum tertio. Circumædificauit aduersum me: item conclusit uias meas lapidibus. Inde nomen גדר Sepes, caula, maceria uel murus: ut Numeri uicesimosecundo, pro eo quod nos habemus: in angustijs duarum maceriarum, quibus uineæ cingebantur, Hebræi legunt sepes hinc, & sepes inde: & reperitur tā in masculino genere qnam in fœminino: primum Psalmo 80. ut quid destruxisti maceriam eius: secūdum Psalmo 89. destruxisti omnes גדרותיו sepes eius. Significatur hoc uocabulo apud logicos definitio, eo quod terminet & circunscribat rem definitam.

* גדיש Aceruus manipulorum siue frugum in aristis: ut Exodi uicesimosecūdo. Si egressus ignis inuenerit spicas & comprehenderit aceruos frugum.

* גה Hic: ut Ezechielis 47. Hic est terminus in quo possidebitis terram: & dicitur loco זה secūdum Rabi Kimhi in cōmentarijs super Ezechielem, mutatione zain in gimel iuxta morem אטבח de cuius alphabeti arcana & elegāti practica plene tractatur in libro Ioseph Catonis qui inscribitur hortus nucum.

* גהה Medicatus est, sanauit, cessa‑

refecit

re fecit, depoſuit, ſoluit: ut Oſeę 5. Nec ſoluere poterit à uobis uinculum: quod Septuaginta tranſtulerũt, ceſſare faciet: & Ionathas Chaldęus exponit, non faci et quieſcere à uobis flagellum. גחר Proſtrauit, inclinatus ad terram, pronus ſuper uentre: ut 3. Regum 18. Et pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua.

Intus ſeu medium: ut Iob 30. pro eo quod nos habemus, qui de cõuallibus iſta rapientes, Hebręi legunt, ab in tra uel de intus expellent: & aſſumit he in fine, ut Iob 20. Eductus & egrediens de uagina ſua, pro eo quod transferri debuit: de interiori ſiue de intus ſeu de medio. Nã ubi in hebraico ponitur מִתּוֹךְ id eſt, de medio: ibi translator Chaldęus poſuit מִגּוֹא Numeri 16. Separamini de medio congregationis: uide in eo loco Onkelum. גֵּו Tergum, corpus: ut Iſaiæ 50. Corpus meum dedi percutientibus: & transfertur dorſum Prouerbiorum 10. Et uirga in dorſo eius qui indiget corde: propter ſimilitudinem pronunciationis uau & beth, ut ſuprà. Sic Nehemiæ nono. Et proiecerunt legem tuam poſt terga ſua: & pluraliter habet גְּוִיּוֹת generis fœminini, ut eodem cap. in fine. Et corporibus noſtris dominantur: quod rectius à גְּוִיָּה deſcendit, ut infrà.

גֵּב Cauea, congregatio: ut Nahum tertio, pro congregare, ſicut cõgregatio locuſtæ. גּוֹבַי Locuſta: Amos ſeptimo. Et ecce fictor locuſtæ: ſecundũ Septuag. bruchus.

גּוּד Latrocinatus eſt: Geneſis 49. Gad accinctus latrocinabitur eũ. Idem quod גְּדוּד de quo ſupra tractauimus.

גְּוִיָּה Cadauer, corpus: ut Iudicũ decimoquarto. Nec tamen uoluit indicare quod mel de corpore leonis aſſumpſerat: fortè à גְּוִיָּה tractum quod aſſumpta he aſpiratione à uocabulo גֵּו deducitur. Similiter Danielis decimo. Et corpus eius quaſi Chryſolitus, dictũ quaſi גְּוִיָּה quod etiam corpus ſignificat.

גּוּז Volauit: Numeri undecimo. pro eo quod noſtra translatio habet, uẽtus autem egrediens à domino arreptas trans mare coturnices dedit: Hebræi legũt, Et ſpiritus profectus eſt à domino, et fecit uolare coturnices de mari. Et quanquã ſine uau in eo loco ſcribaẽ, tamen in ſupplementũ eius ponĩẽ camez. גּוֹזִי Educator, qui educit aliquid de potentia ad actum. Item protector: Pſalmo 71. Tu es protector meus.

גִּיחַ Truſit, eduxit, extraxit: Pſalmo 22. quoniã tu es qui extraxiſti me de uentre: & uerbũ tranſitiuũ ſecundũ, ut Iob 40. quod influat Iordanis in os eius: id eſt, quod faciat extrahi iordanẽ in os eius: ubi ponitur יָגִיחַ Quidã dicunt inde nomen accepiſſe fluuiũ paradiſi גִּיחוֹן gehon, quod educitur ad irrigandũ hortũ: quo nomine lacus etiã Hieroſolymitanus uocabaẽ, qui Siloah diciẽ. Significat etiã gemere & anxiari: Micheæ 4. Dole & ſatage, pro ingemiſce: ab eo for taſſe quod etiam educit lachrymas.

גּוֹי Gens, natio: nam utrunq; ſup eodem uerbo ponitur Deuter. 4. nec eſt alia natio tam grandis. Itẽ, quę enim eſt alia gens ſic inclyta: Hebręi nũc uocant eos qui nõ ſunt Iſraëlitę גּוֹיִים goię, id eſt, ethnicos & gentiles: ſecundũ qđ Ioëlis 1. diciẽ: Gens em̃ aſcendit ſup terrã meã: qđ tamẽ Ionat. Chal. traduxit populus.

* גיל Exultauit: Isaiæ 65. Et exultabo in Ierusalē, & gaudebo in populo meo: & apertius Prouerbiorum uicesimotertio. Exultat gaudio pater iusti: quamuis habeat translatio cōmunis Psalmo uicesimosecundo, Sperauit in domino eripiat eum, & Hieronymus, cōfugit ad dominum: sed rectius, Exultauit super dominum. Inde transitiuum alterum: ut Isaiæ prædicto capite. Sed gaudebitis & exultabitis. Inde גִּילָה exultatio, paulo post. Ecce ego creo Ierusalem exultationem: & reperitur per apocopen finalis aspirationis, Oseæ nono. Noli lętari Israël ad exultationem sicut populi.

* Hebræi hūc locum גֹּל אֶל יְיָ Psalmo uicesimosecundo, non aiunt deriuari ab ista radice sed à גלל ut sit sensus: deuolutus est ad dominum, eripiat eum nunc si uult.

* גָּוַע Consumptus est, expirauit, interijt, obijt: Genesis 49. Et obijt appositusq́ue est ad populum suum: & Numeri decimoseptimo. Ecce cōsumpti sumus, omnes perimus. Inde nomen גָּוַע laborans in extremis ut Psalmo 88. Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute. Quod Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate transfert, ærumnosus à iuuentute: hoc nos fatiscens, expirans, defessus, dehiscēs exponere possumus.

* גוית Corpus, cadauer, & illa persona materialis quæ singularem quenq; hominem circumdat: Exodi uicesimo primo, pro eo quod translatio nostra habet, Cū quali ueste intrauerit cū tali exeat: Hebręi legūt: Si cū corpore suo intrauit, cū corpore suo exibit: & exponūt sic, Si in psona sua & nō cū altera psona intrauit. Qđ Onkelus Chaldęus magis sensum quam uerbum exprimens sic transfert: Si intrauit solus, etiam solus exeat. Nicolaus de Lyra putat hoc nomen panū significare: nihil uero pro se allegat. Sed translatio Chaldaica Ionathæ proprietatem huius uocabuli nobis certe ostendit. Pro cadauere namq; seu corpore גּוּפָא ponit, ut primo Regum uicesimoprimo. Et tulerunt cadauer Saul & cadauer filiorum eius. Et Hebræorum magistri præsentem dictionem usurpant cōmuniter pro corpore in genere substantię: ut Rabi Moses Ægyptius in libro primo perplexorum in capitulo quadragesimonono, ubi docet quod multa uerba dicuntur de creatore, ex quibus si uocabula nude intelligerentur, aliquis posset opinari quod creator esset גוית חי id est, corpus uiuum.

* גור Habitauit, tanquam aduena seu inquilinus: Psalmo decimoquinto. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: & Isaiæ decimosexto. Habitabunt apud te profugi mei. Significat etiam peregrinatus est, Genesis uicesimosexto, & peregrinare in ea. Vnde, גֵּר Peregrinus, aduena, inquilinus: Leuitici decimoseptimo. Et de aduenis qui peregrinantur apud uos: & pluraliter גֵּרִים & גָּרִים Isaię quinto. Aduenę comedent. Inde alia deriuantur quę habitationem, conuenticulum & habitaculum significant: Psalmo quinquagesimoquinto. Quoniam nequicię in habitaculis eorum: quod exponunt in conuenticulis eorum: ubi scribitur בִּמְגוּרָם Idem מָגוֹר Iob decimooctauo. Item גור Timuit, expauit, ueritus est: Iob tertio. Et quod uerebar accidit mihi. Inde מָגוֹר timor seu pauor: ut Ieremię 6. Quoniā gladius

gladius inimici pauor in circuitu. Sic leguнt uerſiculum hunc Deuteronomij 32. Niſi iram inimicorũ timerẽ, pro quo nos legimus: Sed propter irã inimicorũ diſtuli. Alij uero ab אֲגִירָה id eſt, collectione ſic legunt. Si non ira inimicorum collecta & aucta fuiſſet. Diximus ſupra in aleph de hoc uocabulo. גּוּר Auxit, adduxit, congregauit: Habacuk primo. Traxit illud in ſagena ſua & congregauit in rete ſuum: quicquid noſtra trãſlatio dicat uel etiam Septuaginta. Ita namq; Dauid Kimhi maximus apud Hebræos uerborum criticus in ſuis cõmentarijs ſuper duodecim exponit. Ad hũc modum quidam intelligunt Oſeam decimo. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ: pro quo legunt, timuerunt, alij congregauerunt, alij adduxerunt. Ionathas Chaldęus, aſcendere fecerunt: Septuaginta, morabantur: ego dicerem, adduxerunt: quod conuenit & hiſtorię & idiomati. גּוּר Pullus animalis ſeu catulus: ut Geneſis quadrageſimonono, Catulus leonis Iuda. מְגוּרָה Horreum, & quilibet locus quo fruges reponũtur. Hieronymus proprietatem eius uocabuli ſagacius & rationabilius inueſtigauit, dicens ſignificare folliculũ & thecam frumenti, in cõmentarijs ſuper duodecim, ubi legitur Haggei ſecũdo: Nunquid iam ſemen in germine eſt: Septuaginta uero tranſtulerunt aream.

* גּוּשׁ Gleba & luti portiuncula. Hieronymus traduxit ſordes: Iob ſeptimo. Induta eſt caro mea putredine & ſordibus pulueris.

* גָּזַז Totondit: Geneſis triceſimo primo. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues ſuas. Et primo Regum uiceſimoquinto, Audiui quod tonderent paſtores tui greges tuos: & per apocopen ultimæ literæ reperitur monaſyllabum, Iob primo, ubi legimus: & tonſo capite, ueritas habet: & יָּגָז totondit caput ſuum. Item Amos ſeptimo: Poſt tonſionem regis.

* גִּזְבָּר * Theſaurarius ſeu cuſtos arcæ publicæ: Ezræ ſeptimo. Omnibus cuſtodibus arcæ publicæ.

* גִּזָּה & גֵּז Vellus: Pſalmo ſeptuageſimoſecundo. Deſcẽdit ſicut pluuia in uellus: & Iudicum ſexto: Ponam hoc uellus lanæ in area.

* גָּזִית Leuigatum, cæſum, raſum & politum: & dicitur de lapidibus: primo Paralip. uiceſimoſecundo. Ad cædẽdos lapides & poliendos. Hieronymus traduxit lapides quadros: Threnorum tertio. Concluſit uias meas lapidibus quadris.

* גָּזַל Rapuit, ui extorſit, prædatus eſt: ut Leuitici ſexto, uel ui aliquid extorſerit: & ſequitur, reddet omnia quæ per fraudem uoluit obtinere: ubi ueritas hebraica habet: reddet prædam quam prędatus eſt, aut quod per calũniam obtinuit. &c. Nominaliter ſic ſcribitur גָּזֵל rapina. Item גּוֹזָל Pullus: quod Hieronymus traduxit columbam Geneſis 15. Turturẽ quoq; & columbam, ſed eſt etiam alterius ſpeciei: ut Deuteronomij triceſimoſecũdo. Sicut aquila prouocãs ad uolandum pullos ſuos.

* גָּזָם Eruca, uermis naſcens in holeribus: Ioẽlis primo. Reſiduum erucæ comedit locuſta.

* גֶּזַע Radix, ſtirps, germen, propago:

go: Isaiæ undecimo. Et egredietur uirga de radice Iesse.

✠ גזר Excidit, abscidit, incidit, ordinauit, disposuit, statuit: Habacuk tertio. Abscidetur de ouili pecus. Psalmo octogesimooctauo. Quotidiana lectio habet: & ipsi de manu tua repulsi sunt, sed rectius Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate: qui de manu tua abscisi sunt: & tertio Regum sexto, Cum uenissent ad Iordanem cædebant ligna, Inde nomen uerbale גזר ut Genesis decimoquinto. Et lampas ignis transiens inter diuisiões illas. Vocabulum istud aliter transfertur Threnorum tertio. Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi perij: quod Hebræi exponunt prædestinatus & ad id ordinatus sum. Est enim passiuũ in hoc loco: & eiusdem quarto. Dispositionem ad pulchritudinem retulit trãslator cum dixit, sapphiro pulchriores: quod rectius interpretamur, Sapphirus dispositio eorum. Sic Ester secundo, pro eo quod legimus: & quæ passura esset, hebraica ueritas habet: & quid dispositum seu ordinatum erat super eam. Similiter Leuitici decimosexto, translator interpretatus est: Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terrã solitariam, Hebræi exponũt אל ארץ גזרה in terram destinatam: scilicet ut fuerit à pontifice ordinatum, uel uerius in terram extra omnem hominum habitatonem tanquã abscisam & despectam. מגזרות Cunei, claui, seu instrumenta quibus finduntur ligna aut aliud robur. Hieronymus traduxit cultros: secundo Regum duodecimo, diuisitque cultris: quod Iudæi dicunt, pugionibus seu cuneis ferreis: alij uocant ferras.

✠ גחל Carbo, pruna: Prouerbiorũ uicesimoquinto, prunas enim congregabis super caput eius: gimel scribitur per segol diuisim legendo, secundo Regum uicesimosecundo. גחלים Carbones succensi sunt ab eo, sed cõiunctim scribitur per patha, ut eodem. גחלי carbones ignis. Assumit quandoque in fine thau fœmininum גחלת Isaię 47.

✠ גחון Venter, nos legimus pectus Leuitici undecimo, quicquid super pectus graditur: & Genesis tertio. Super pectus tuũ gradieris: sed Onkelus Chaldęus uentrem magis proprie traduxit, cui assentimur.

✠ גיא Vallis, ut Isaię quadragesimo: omnis uallis exaltabitur: & inuenitur quoque in fœminino genere Zachariæ decimoquarto, uallis magna ualde: pro quo nos legimus prerupta grandi ualle. Reperitur etiam sine aleph, ut Iosuæ octauo. Inter quam & eos uallis erat media, & habet pluralem numerum more fœminino, ut Ezechielis sexto, mõtibus & collibus, rupibus & uallibus, & eiusdem tricesimoquinto. In collibus tuis & in uallibus tuis גיאותיך & in hoc fit sæpius uariatio ipsius iod, modo ante aleph modo post: succedit namque loco he aspirationis quã uocabulũ hoc sibi quandoque assumit de quo in arte grammatica tractãt autores.

✠ גיד Neruus: ut Genesis tricesimo secundo. Quam ob causam non comedunt filij Israël neruum qui emarcuit: & pluraliter Iob decimo, & neruis compegisti me. גיד Baculus, funis, neruus, lorum: ut Isaię quadragesimooctauo. Nec ferrea est ceruix tua.

✠ גיל Par, coëtaneus, coęuus: Danielis pri

elis 1. Prę cæteris adulescentibus coæuis uestris.

* גִּית Clausit: ut Nehemiæ 7. Cũq; adhuc assisterent, clausę portę sunt & oppilatę: pro quo ueritas, claudant portas.

* גִּיר Crusta ex tunsis in puluerem lapidibus parieti pauimẽto'ue apta. Quidam uolunt significare cemẽtum ex calce quo parietes leuigantur. De ijs minutulis & in puluerẽ redactis lapillis legitur Isaię 27. & iste omnis fructus ut auferatᵗ peccatũ eius, cũ posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos. Septuaginta sic transtulerũt, quãdo posuerit omnes lapides ararum contritos quasi cinerem comminutum.

* גָּלַל Girauit, mouit, uoluit, rotauit: Genesis 29. & amoueamus lapidem de ore putei: & Genesis 23. ut deuoluat in nos calumniam. Et Psalmo 37. reuela dño uiam tuam: pro uolue aut promoue ad dñm uiam tuam: & exponũt reuela uel aperi, propter aliquas autoritates ubi ea significatio bene quadrat: sed ea deriuãtur à גָּלָה ut infra patebit: ut Psalmo 119. reuela oculos meos: & Num. 22. protinus aperuit dñs oculos Balaam. Tamen oculis etiã potest cõuenire ut moueantᵗ & girẽtur, propter eorũ rotunditatẽ & uolubilẽ motũ. Vnde גַּלְגַּלֵּי rotæ uolubiles dicuntᵗ, quod Hieron. à rotũditate tornatiles traduxit. Cant. 5. manus meę tornatiles: alij dicũt rotę aureę, alio in loco interpretantᵗ circuli, Esther 1. Qui eburneis circulis inserti erãt: alij sphęras transferunt, & quodlibet rotundũ. Vnde גַּלְגַּל Sphęra, circulus, rota: quo nomine cœlũ uocatᵗ: ut Psalmo 77. Vox tonitrui tui in rota. Vnde nomẽ proprium Galgale, Iosue 10. & inueniᵗ uerbũ hoc quandoq; per simplex l, ut eodẽ 10. Iosuę uoluite saxa ingentia ad os putei. Et à uoluendo מְגִלָּה Volumẽ, libellus, epistola, scriptura, schedula: eo modo quo solebant antiqui chartas uoluere nõ plicare, qui mos adhuc apud oriẽtales cerniᵗ. Inde illud Zach. 5. Et ecce uolumẽ uolans.

* גָּלָל Palea siue stercus: ut Ezechielis 4. Et stercore quod egreditur de homine operies illud. Et Sophonię primo pluraliter sic גְּלָלִים Et corpora eorum sicut stercora. Hinc גִּילּוּל Idolum, dictũ sic à fœtore & abominatiõe: ut Deuteronomij 29. Abominationes & sordes, id est, idola, uel dicitur à marmore nitido tãquam ebore, qđ eo nomine uocatur unde fabricantᵗ idola. גֻּלְגֹּלֶת Craniũ, testa capitis, caluaria, caput: ut Exodi 16. Gomor per singula capita: cuius locum corrupto uocabulo pronunciamus golgatha, uolentes dicere craniarium seu caluariæ locum: quod rectius legeremus golgatha Matthęi 27. Et uenerunt in locum qui dicitur golgatha, hebraice gulgoleth, sed Syriace gulgaltha.

* גַּל Aceruus lapidum: Genesis 31. Afferte lapides, qui congregantes fecerũt tumulum, & pluraliter גַּלִּים Oseæ 12. Altaria eorum quasi aceruí. גַּל Vortex, scaturigo seu eruptio fontis, propter circuitum quem quasi ebuliendo facit in gyrum: Canticorum 4. Fons signatus: & pluraliter גֻּלּוֹת fontes uel uortices, à uertendo gyrando & mouendo: quę transferuntur à Hieronymo irrigationes seu irrigua, Iosuę 15. & Iudicũ primo. Dedit itaq; ei Caleb irriguum superius & irriguum inferius. Vnde scribitur Amos quinto. Et reuelabitur quasi aqua iudicium, quod Hebręi exponũt:

& abibit, mouebitur, deuoluetur sicut aqua: à uerbo גָּלַל quod punctus patha indicat. גַּלִּי procellæ, fluctus & uoragines, à circulis & globulis quibus se girant: ut Ionæ 2. Omnes gurgites tui & fluctus tui super me transierunt.

* גֻּל uel גֻּלָּה Lenticula, uas rotundum sicut peluis: Hieronymus traduxit lampas: Zachariæ 4. una à dextris lampadis & una à sinistris.

* גְּלִיל Limes, terminus, regio, finis seu confinium: translatio nostra habet similiter & Septuaginta interpretati sunt Galilæa: Isaiæ nono. Via maris trās Iordanem Galileę gentium, quibus etiā Matthæus euangelista cōsentit: fortasse quia Græci iam translationem Septuag. assumpserant: sed Hebręi & simul cum ijs Symmachus traducunt terminū seu confinium: & Ionathas Chaldęus exponit urbes propinquas gentiū, quod idem est sicut cōfinium gentium: & pluraliter Iosuę 13. Omnis uidelicet Galilæa Philistim: quod exponunt Hebræi, omnes fines Palęstinorū, seu uniuersi limites Philistęorum: & uenit a גְּלִילָה quod Hieronymus Aquilam imitatus traduxit tumulum harenarum siue sabuli, quasi deriuatum esset à גַּל Ezechielis quadragesimoseptimo. Aquę istę quę egrediuntur ad tumulos sabuli oriētalis. Sed mea sententia multo melius traduxit Symmachus etiam in hoc loco pro confinio, iuxta Hebręorū interpretationem, quanquam alij dicant quod sit nomen proprium loci. בִּגְלַל Gratia, contemplatione, ob, propter: Genesis 12. & uiuat anima mea ob gratiam tui.

* גַּלָּב Tonsor, coriator, membranarius; Ezechielis quinto. Sume tibi gladium acutum radentium pilos. Dicuntur etiam chartularij, librarij, scribę, & senatores גַּלָּבִים ut sit idē quod סופרים

* גֶּלֶד Cutis: ut Iob 16. Saccum consui super cutem meam.

* גַּלְמוּד Solitarius, orbus, derelictus: Iob 3. Sit nox illa solitaria.

* גָּלָה Transmigrauit, abijt, exulauit. Hieronymus traduxit translatum est, primo Regum quarto. Translata est gloria domini de Israēl. Transitiuū eius ponitur primo Paralip. nono. Translatiq; sunt in Babylonem: & Isaiæ quinto. Propterea captiuus ductus est populus meus. Sic גָּלָה peregrinauit, seu exulauit: ut Amos quinto. Quia Galgala captiua ducetur. Hebręi exponunt, expellendo repelletur. Quod Hieronymus interpretatus est, abstulit, Iosuę quinto. Hodie abstuli opprobrium Ægypti à uobis: hoc est, transmigrare feci. Vnde גָּלוּת transmigratio traducitur, Abdiæ ultimo. Et transmigratio exercitus huius filiorum Israēl, id est, expulsio. Idem גּוֹלָה Et sic uocant Iudæi nostro tempore exilium cui subijciuntur. גָּלָה Aperuit, reuelauit, detexit, discooperuit: Amos tertio. Quia non faciet dominus deus uerbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Et sine he cum dages & prima hirek, Ezechielis uicesimotertio. Ipsi גִּלּוּ discooperuerunt ignominiam eius. Et iterum: Denudauit quoque fornicationes suas. Passiuum eius paulo infra inuenies: Et וְנִגְלָה reuelabitur ignominia fornicationum tuarum. Inde nomen גָּלוּי apertus, ut Ieremiæ tricesimosecundo. Librum emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est,

גליון

גליון Libellus, charta siue membrana: Isaiæ octauo. Sume tibi librum grandem. גליונים Specula, à corporis reuelatione dicta: Isaiæ tertio. Et specula, & sindones, & uittas.

* גלח Rasit, Deuteronomij uicesimoprimo. Quæ radet cęsariem, & circũcidet ungues: & Iudicum decimosexto. Si rasum fuerit caput meum: & infra, uocauitq; tonsorem & rasit.

* גלם Glomerauit, inuoluit, compegit, ut quarto Regum secundo. Tulitq; Elias pallium suum & inuoluit illud, & percussit aquas. Hinc, גלם Corpus imperfectũm in quãtum corpus, in quo nulla cõsyderatur forma, quasi esset materia formis priuata: Psalmo 139. Imperfectum meum uiderunt oculi tui. Taliter enim nominatur homo in quo nulla est sapientia, secundum magistros Hebræorum.

* גלע Confudit, miscuit, cuius hith pael legitur Prouerbiorũ 17. Qui dimittit aquam caput est iurgiorũ, & antequã calumniã patiatur iudiciũ deserit: pro eo quod legendũ esset: aperiens aquã, principiũ est litis, & antequam cõminiscetur seu confunditur lis, desiste. Et uide quomodo paulo post idem uocabulũ traducitur eiusdẽ 18. Omni tẽpore erit exprobrabilis: equidem miror hanc translationem, sicut & multas alias.

* גלש Depilauit: Canticorum quarto, pro eo quod nos legimus: quæ ascenderunt de monte Galaad: Hebræi exponunt, capilli tui sicut gregis caprarũ quæ depilatæ sunt. Vnde quod raso capite seu caluum est, גלוש dicitur.

* גם Etiam, quoq;, &, q;: Genesis 31. Et uendidit comeditq; precium nostrũ: hebraica ueritas habet: & comedit etiã preciun nostrum. Et sæpius ponitur in oratione Pharaonis, quando post mortem primogenitorum dimisit filios Israël, dicẽs Exodi duodecimo. Surgite egredimini à populo meo & uos & filij Israël. Et infra: & oues uestras & armenta assumite ut petieratis, & abeuntes benedicite etiam mihi. Sed translatio ubiq; traduxit &. Significat autem, &, quotiens à principio orationis deinceps multiplicatur: ut, & pius & prudens.

* גמא Celeriter imbibit, uelociter ingurgitauit: Genesis uicesimoquarto. pauxillum aquę mihi ad bibendum prebe: id est, fac me ingurgitare seu ingurgitare paululum aquæ de hydria. Scribitur aũt ibi in hiphil: & Iob 39. scribit in piel.

* גמא Scirpus, iuncus, arundo, papyrus ex qua cauantur lintres, lignum leuissimum: Exodi secundo: Sumpsit fiscellã scirpeam, idem quod cõmuni magistrorum sermone dicitur גמי

* גמד Mensura palmæ manus, seu pugnus: alij exponunt cubitum siue ulnam. Primum traducitur Iudicum tertio: qui fecit sibi gladium ancipitem habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus: quo nomine pygmęi dicuntur à tantilla statura, Ezechielis 27. Sed & גמדים pygmæi qui erant in turribus tuis.

* גמה Aduersum, contra, quod ponitur Habacuk 1. sed nostra translatio quam legimus, eãdem dictionẽ obmisit dicens: facies eorum uentus urens, cum legi deberet, ex aduersum faciebus eorũ. Vnde Septuagin. rectius interpretati sunt, consummatio in impios ueniet resistẽtes faciebus eorũ ex aduerso: & Iona

thas Chaldęus transtulit מקביל id est, נגד quod significat contra: hoc ideo cõmemini, quia sunt aliqui putãtes aspectum uultuum seu formam significare.

* גמל Retribuit, persoluit, repẽdit, reddidit, ut Psalmo 116. Conuertere anima mea in requiem tuam quia dominus benefecit tibi: pro quo Hebraica ueritas habet teste Hieronymo: quia dominus reddidit tibi: & Psalmo 119. Retribue seruo tuo. Inde uicem dicunt גמול retributio. גמל Ablactauit: ut Gen. 21. Creuit igitũ puer & ablactatus est: & Oseę 1. Et ablactauit eam quę erat absq; misericordia. גמל Camelus: ut Deuteronomij 14, Camelum leporẽ χοιρογύλλιον chœrogylium. In plurali גמלים mutata uoce magna in patha & dages.

* גומץ Fouea: Ezechielis 10. Qui fodit foueam incidet in eam. Scribitur etiam per uau & dages puncto.

* גמר Finiuit, defecit, cõsummatus est: ut Psalmo 12. Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus. Hinc pro, & cætera, Hebræi extra bibliam dicunt וגומר

* גן Hortus: ut Genesis 2. Plantauerat autẽ dominus deus paradisum uoluptatis à principio: & Canticorum 4. hortus cõclusus soror mea: & pluraliter גנים ut eodem, fons hortorum. Inuenitũ etiam in fœminino genere singulariter & pluraliter גנה גנות ut Isaię 1. uelut hortus absq; aqua. Et paulo superius. Erubescetis super hortis quos elegeratis: & per kirek Cant. 6. In hortum nucum descendi, ubi ponitur גנת Putant radicẽ esse ex duplicatis, id quod arguunt ex punctulo dages.

* גנן Protexit: ut Isaię tricesimoseptimo. Et protegam ciuitatem istam ut saluem eam: ubi loco ablatę nun literę ponitur dages. Nam integrum legitur eiusdẽ 31. protegens & liberans, transiens & saluans: ubi etiam ponitur uerbũ graue & defectiuum יגן sic proteget dominus exercituũ Ierusalem. Vnde nomẽ מגן protectio, scutũ, pelta, clypeus: Cantic. 4. Mille clypei pẽdent ex ea: declinatur tam in masc. quam in fœmin. ut מגנות & מגנים 2. Paralip. 9. & 22. מגנת Tegumentũ, alij dicunt fragmentũ seu detrimentũ, alij scutũ seu protectionẽ: Threnorum 4. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Inde uerbum nominale Oseę 11. Protegam te Israël.

* גנב Furatus est, surripuit: Genesis 31. Cur furatus es deos meos. Hinc גנב fur, גנבה furtum: Exodi uicesimosecundo.

* גנז Id est, recondit. Inde גנזי Gaza, thesaurus, uel locus quo reponitũ aurum, argentum seu uestes preciosę: Ester tertio. Et decem millia talẽtorum appendam arcarijs gazę tuę. Singulare eius est גנז

* גנזך Cellarium, repositoriũ 1. Paralippomenon 28. Descriptionem porticus & templi & cellariorum.

* געה Mugiuit: ut Iob 6. aut mugiet bos cum ante pręsepe plenũ steterit.

* געל Abominatus est, respuit: Leuitici 26. Et abominabitur uos anima mea. Hinc nomen געל abominatio, Ezechielis 16.

* גער Insonuit, increpauit, ut Zacharię 3. Increpet dñs in te Satã. Hinc גערה increpatio: Prouerb. 13. Idem מגערת Deuteronomij 28.

* געש Impetum fecit, cõmouit, discursa-

ſcurſauit, tremuit: ut Pſalmo decimooctauo. Commota eſt & contremuit terra. Ieremiæ uiceſimoquinto, & quadrageſimoſexto, inuenitur in hithpael.

✻ גַּף Arx, ala, pinnaculum: Prouerbiorum nono, ut uocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis: cui addit aleph per protheſin, & dicitur אֲגַף de quo ſupra tractauimus.

✻ גֶּפֶן Vitis: ut Geneſis quadrageſimo. Videbam coram me uitem: in plurali גְּפָנִים

✻ גֹּפֶר Lignum ſtillans picem ſeu reſinam: uolunt quidam cedri genus eſſe, quod Onkelus Chaldæus ſenſit cum expoſuit קַדְרוֹס Vnde quidam errantes, lignum quadrum, hoc eſt, quadratum expoſuerunt: ut Geneſis ſexto. Fac tibi arcam de lignis quadratis, pro quo nos habemus, de lignis leuigatis. Hieron. in libro de hebraicis quęſtionibus exponit, bituminatis. Cõmuniter Iudæi hoc lignum nominant abietẽ uel pinum. Poſſent quidam opinari lignum eſſe de cuius cortice fiũt hypodemata: nam aliqui exponunt lignum leue, nihil uero cortice hoc leuius. גָּפְרִית Sulphur: Geneſis decimonono. Igitur dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem à domino de cœlo.

✻ גָּרַר Serrauit. Inde מְגֵרָה Serra, tertio Regum ſeptimo, pro eo quod legimus, omnia lapidibus pręcioſis qui ad normam quandam atq; menſuram tam intrinſecus quã extrinſecus ſerrati erãt, Hebræi ſic habent: omnia hęc lapidibus pręcioſis admodum politorum ſerratis ſerra intrinſecus & extrinſecus. Vnde uerſiculum hunc Prouerbiorum uiceſimoprimo. Rapinæ impiorum detrahẽt eos, exponunt, dæmon impiorum diſſecabit ſeu ſerrabit eos: fortaſſe quia attrahitur & detrahit ſerra, ideo exponi poſſit diſtrahet. Et Ieremiæ triceſimo, procella ruẽs in capite impiorum quieſcet: dicunt hebræi diſtrahens, & Ioſeph Kimhi interimens ſeu detruncans.

✻ גַּרְגְּרֹת Guttur: Hieronymus traduxit collum. Prouerbiorum primo. Et torquens collo tuo: ſed eiuſdem tertio, Circunda eas gutturi tuo.

✻ גָּרַד Scalpſit, ut Iob ſecundo. Qui teſta ſaniem radebat: Hebræi legunt, & tulit teſtam ad ſcalpendum ſe ea.

✻ גָּרָב Scabies: ut Deuteronomij uiceſimooctauo. Scabie quoq; & prurigine ita quod curari nequeas.

✻ גַּרְגַּר Granum uel ſemen arboris. Hieronymus traduxit oliuam: Iſaiæ decimoſeptimo. Duarum uel trium oliuarũ in ſummitate rami.

✻ גָּרָה Incitauit, irritauit, prouocauit: Prouerbiorum docimoquinto. Vir iracundus prouocat rixas: & Deuteronomij ſecundo. Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos, id eſt, ne irritetis eos: hæc omnia & ſimilia ſignificãt mouere litem. גֵּרָה Ruminauit, ut Leuitici undecimo. Et ſus qui cum ungulam diuidat non ruminat. גֵּרָה Obolus ſeu alia moneta modica, ut Exodi triceſimo. Siclus uiginti obolos habet, & cum litera hæemanthica אֲגוֹרַת de quo ſupra. גָּרוֹן Guttur, Pſalmo centeſimodecimoquinto. Non clamabunt in gutture ſuo.

✻ גָּרַז Excidit, ut Pſalmo triceſimo primo, pro eo quod nos legimus, Ego autem dixi in exceſſu mentis meę, proiectus ſum à facie oculorum tuorum. He-

bræi legunt, exciſus ſum ab oculis tuis. Hinc גַּרְזֶן Securis, à ſuperiori uerbo exciſionis ſic dicta, ut Deuteronomĩj decimonono. Et in ſucciſione lignorum ſecuris fugerit manu.

* גּוֹרָל Sors, Numeri 33. Singulis ut ſors ceciderit ita tribuetur hæreditas.

* גֶּרֶם Os oſſis, Prouerbiorum 17. Spiritus triſtis exiccat oſſa. Inde dicitur oſſeus, fortis & ualidus: Geneſis 49. Iſachar חֲמוֹר גֶּרֶם aſinus fortis. גֶּרֶם Faſtigium ſeu gradus aſcenſionis: uarie namq; transfertur 4. Regum 9. Et unuſquiſq; tollens pallium ſuum, poſuerunt ſub pedibus eius in ſimilitudinem tribunalis: hebraice ſic legitur, Et tulerũt unuſquiſq; ueſtimentum ſuum, & poſuerunt ſubter eum ad gradum aſcenſionis: ſignificat enim gradũ ſolis in horologio, qđ latine ſolarium dicimus. Eſt autem lapis in foro publico ſublimatus ſignis horarũ inſculptus, de quo protenditur haſta quã gnomonem græce, ſtilum latine uocamus: uſq; ad eam ſublimitatẽ promouerunt Galaaditæ regem ſuum Iehu, ſuppoſitis ueſtibus ſuis, quibus aſcenderat uſq; ad lapidẽ ſolarĩj: unde Dauid Kimpi in cõmentarĩjs ſuis ſuper quatuor, exponit gradum aſcenſionis ad aſcenſionẽ ſupremam graduum illius lapidis, inſtar translationis chaldaicæ. Ionathas enim Chaldæus tranſtulit עַל דַּרְגָּא שָׁעַיָּא id eſt, ad gradum horologĩj ſeu clauum in pariete umbram linearem demonſtrantem: alĩj aliter exponunt. Vide cõmentarios ſuper uerſiculum hunc Canticorũ. 2. Columba mea in foraminibus petræ in cauerna maceriç. גָּרַם Diſlocauit, confregit: ut Numeri 24. Oſſaq; eorum confringent.

* גֹּרֶן Horreum, ſed rectius area, 2. Regum 24. Cui Dauid ait ut emam à te aream. Et primo Regum uiciſſim oTertio. Et diripuit areas. In areis enim habent orientales horrea ſua, quare alterũ ſępe accipitur pro altero.

* גָּרַס Obruit, confregit, fregit, contudit: ut Pſalmo 119. in gimel. Cõcupiuit anima mea deſyderare, pro eo quod Hebręi legunt, fracta eſt anima mea ad uoluptatem, ſiue contrita, ſeu potius obruta multitudine uoluptatũ: uerbum eius graue ponitur Threnorũ 3. Confregit ad calculum dentes meos: quod non ſolum per ſamech, ſed quandoq; per ſin literam ſcriptum inuenies: ut Leuitici 2. Et cõfringes in modum farris: quod ſcribitur ſex punctis גֶּרֶשׂ Inde מִגְרֶשֶׁת far, hoc eſt, demolitum, tuſum, detritũ quaſi ador.

* גָּרַע Diminuit: ut Deuteronomĩj 4. Nõ addetis ad uerbum, nec auferetis ex eo, id eſt, diminuetis: paſſiuũ eius Numeri 9. Quare fraudamur ut non ualeamus oblationem offerre, pro eo quod legendum eſt, quare minuimur, id eſt, deteriores ſumus.

* גָּרַת Detruſit, diſtraxit. deuoluit: Iudicum 5. Torrens Ciſon traxit cadauera eorum. אֶגְרוֹת Pugnus: Exodi 21. Et percuſſerit alter proximũ ſuum lapide uel pugno, per protheſin ipſius aleph literę. מְגְרְפוֹת Stercora præſepiorũ, ut Ioëlis 1. Computruerunt iumenta in ſtercore eorũ: translatio Septuag. habet in pręſepibus ſuis. Quidam ex hebræis ad uaſa transferunt, quod mucore putreſcant. Sed Rabi Dauid Kimhi ſuper duodecim dicit uocabulum hoc ſignificare, atomos pulueris.

Munſt.

חתיכת rl. In radicibus exponit חתיכת עפר portionem pulueris, id est, glebã.

* גרש Abiecit, expulit, reiecit: Genesis 4. Ecce eijcis me hodie à facie terræ: & Ionę 2. Et ego dixi abiectus sum à conspectu oculorum tuorum. Hinc גרושה mulier repudiata. גרש Maturitas, fruticatio, propagines fructiferarum arborum, excrescentia fructuum: ab expellendo fructus ex arboribus de mense ad mẽsem. Sic Deuteronomij 33. De pomis fructuum solis ac lunæ.

מגרש Suburbium, locus extra urbẽ: ut Numeri tricesimoquinto. Et suburbana sint pecoribus: sic Ezechielis quadragesimooctauo. מגרשה & מגרש cum smol: De his uocabulis supra locuti sumus in uerbo גרש

* גשש Palpauit, attrectauit: ut Isaiæ 59. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus, idem quod משש

* גשם Pluuia, imber, ut Isaiæ 55. Quomodo descẽdit imber & nix de cœlo: à quo מגשימים uerbum, & participiũ Ieremiæ 24. Nũquid sunt in sculptilibus gentiũ qui pluant. Vtũtur etiam eo ipso uocabulo Syri, simulq; cum illis magistri Hebræorum pro corpore: ut Rabi Moses Ægyptius libro 1. perplexorum cap. 49. tractans de angelis, dicit quod non sint גשמים id est, corpora. Vtuntur autem maxime illo uocabulo in genere quantitatis continuę: unde dicunt quod גשם est res quæ habet longum latũ & profundum, ut legimus in arte logica sapientis philosophi Abenrust, qui apud nos propter ignorantiam græcarum literarum dictus est Auerrois, ob quandã characterum ny & rho similitudinem & intrichationem sigma cum taf. Ita enim græce scribit̃ ἀβενράς id est, Abenrust, quod maiores nostri linguarũ imperiti legerũt Auerroys, sicut in multis quoq; alijs paralogizantur. Habeo ego eiusdem philosophi logicen, opus propriũ hebraicis literis conscriptum.

* גת Mola tunsilis, torcular: Iudicũ sexto. Cumq; Gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumenta in torculari. Et Ioëlis tertio: Venite & descendite, quia plenum est torcular: & pluraliter גתות Nehemiæ tredecimo. In diebus illis uidi in Iuda calcantes torcularia in sabbato. Alludit superscriptio Psalmi octaui: Ad uictoriam super Githith. Dicunt enim pręstantes Hebræorum præceptores, quod eum Psalmum Dauid composuerit cum esset in torcularibus Philistæorum, quantumuis repugnet Aben Azra.

בשורת חשם

דד Mamilla, uber. Canticorum primo, quia meliora sunt ubera tua uino. In plurali דדים Prouerb. 5.

* דאב Anhelauit, doluit, languit, infirmatus est: Psal. octogesimooctauo. Oculi mei languerunt prę inopia. Hieronymus in hebraica ueritate, oculus meus infirmatus est ab afflictione: cuius uerbum graue notatur Leuitici 26. Et cõsumat animas uestras, id est, dolere & infirmare faciat animas uestras: scribiturq; illic kata syncopen ipsius aleph, מדיבות Inde nomen Iob 41. Et faciem eius præcedit egestas דאבה id est, asthma uel difficilis anhelitus.

* ראג Formidauit, timuit, sollicitus fuit: Ieremię quadragesimosecundo. Et fames pro qua estis solliciti adhęrebit uobis, & Isaię quinquagesimoseptimo, pro quo sollicita timuisti. Hinc nomen דאגה sollicitudo: Isaię 22.

* דאה Volauit: ut Deuteronomij uicesimooctauo. In similitudinem aquilę uolantis, pro quo hebręi legunt, Sicut uolabit aquila: & inuenitur per defectū cata apocopē he finalis, Psalmo decimo octauo. Et secundo Regum uicesimosecundo. Volauit super pēnas uentorum, ubi est וַיֵּרָא Item דאה Auis immūda, quam Hieronymus Ixon nominauit. Deuteronomij decimoquarto. Ixon & uulturem ac miluum.

* דביונים Fimus uel stercora columbarum, quarto Regum sexto. Et quarta pars cabi stercorum columbarū quinque argenteis. Quidam putant hoc stercus usurpatum loco ligni, Alij intelligunt per ipsum semina quę in uesicula columbarum inueniebantur, quæ homines fame laborantes comedebant.

* דבב Denunciauit, famam conciliauit, diffamauit, rumigerauit, fecit loqui: Canticorum septimo, pro eo quod translatio nostra habet, Labijsque & dentibus illius ad ruminandum: hebraica ueritas sic legit: Faciens loqui uetera, fortassis scriptor errauit, ruminandum scribens pro rumigerandum, id est, famandum: & capitur in partem iustam & iniustā. Nam primo uere famauit Ioseph fratres suos, Genesis tricesimoseptimo. Accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo: ubi hebraica ueritas sic legit: & fecit uenire Ioseph דִּבָּתָם famā eorum malam ad patrem suum. Secūdo autem false diffamabant terram Chanaan qui cum Caleb erant, Numeri tredecimo. Detraxeruntque terrę quam aspexerant: ubi scriptura hebraica legit sic: Fecerunt exire infamiam terrę quam uiderant: sic fama siue uera seu falsa, dicitur דבה quod inuenio quandoque Septuag. psogon transtulisse, id est, uituperium, Psalmo tricesimoprimo. Quoniam audiui דבת uituperationem multorum. Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate interpretatur uituperium.

* דבא Senecta, secundum translationem nostram Deuteronomij tricesimotertio. Ferrum & æs calciamentum tuum, sicut dies iuuentutis tuę ita & senectus tua. Hebręi legunt. Et sicut dies tui, דָּבְאֶךָ ualiditas tua. Onkelus Chaldęus ita transtulit: Robustus sicut ferrum & æs, & sicut dies iuuentutis robur tuum: quare sic exponunt hebręi hanc benedictionem. Eris fortis & robustus in diebus senectę, sicut in diebus iuuentę.

* דבלה Carica, id est, massa ficuum: ut Isaię tricesimooctauo. Et iussit Isaias ut tollerent massam de ficis.

* דבק Adhęsit, ut Genesis secundo. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhęrebit uxori suę. Inuenitur etiam ultima per zere, ut quarto Regum tertio. Veruntamen in peccatis Hieroboam filij Nabat qui peccare fecit Israël דָּבֵק adhęsit: & uerbum trāsitiuum Ezechielis uicesimonono, וְהִדְבַּקְתִּי Et agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis, pro faciam adhęrere. Significat quandoque persequi, ut Ieremię quadragesimosecūdo. Et fames pro qua estis solliciti adhęrebit uobis, id est, persequetur uel comprehendet

hendet uos. 3. Hinc nomen רֶבֶק glutinum, Iſaię 41.

* דָּבָר Res, ut 4. Regum 5. Et ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta. Item ſignificat uerbum: ut Eſther 7. nec dum uerbum de ore regis exierat. Inde דִּבֵּר actiuum quod ſignificat loqui, ut Amos 3. Audite uerbum quod locutus eſt dominus. Et ponitƐ עַל דְּבַר uel עַל דִּבְרַת loco propter uel gratia alicuius, uel ſuper aut de aliquo: ut Eccleſiaſtis 3. Dixi in corde meo de filijs hominum, & trãſfertur ſecundũ ordinem: ut Pſalmo 110. Secundum ordinẽ Melchiſedek. Et Exodi 8 pro reſponſione ranarũ: & circuitus uerborũ dicitƐ inquiſitio in criminalibus, ut Deuteron. 22. Imponit ei nomẽ peſſimũ, id eſt, opprobriũ inquiſitiõis. דֶּבֶר Peſtis, peſtilẽtia, uel lues: ut Exodi 5. Ne forte accidat nobis peſtis aut gladius. Vnde deriuatƐ uerbũ tranſitiuũ quod ſignificat interimere, ut Pſal. 18. וַתַּדְבֵּר & ſubdis populos ſub me: quod Hebræi exponunt, Et occidis ſeu interimis populos ſub me. מִדְבָּר Deſertum, ſolitudo, uaſtitas, locus incultus: ut Exo. 19. In die hac uenerunt in ſolitudinem Sinai.

דֹּבֶר Inſtinctus, inclinatio, ductus, cõſuetudo, mos: ut Micheæ ſecundo. Quaſi pecus in medio caularũ. Quod Septuag. traduxerũt, quaſi gregem in medio cubili eorum: ſed Hebręi exponũt, ſicut grex in ſuo ductu ſeu more: nam Chaldaica translatio exponit uerbum duxit per hoc uerbum דַּבַּר Geneſis 31. Tulitq́ omnem ſubſtãtiam ſuam & greges, ubi pro hebraico וַיִּנְהַג ponit Onkelus וְדַבַּר unde proprietatem propoſiti uocabuli licebit agnoſcere, à quo pręcedẽs deſerti atq́ ſolitudinis nomen uolũt quidam ortum eſſe, quod eo pecora ducantur paſcendi cauſa. דֹּבְרוֹת Rates, ut 3. Regum 5. Et ego componam ea in ratibus. דְּבוֹרָה Apis, ut Iſaiæ 7. Et api quæ eſt in terra Aſſur: & pluraliter דְּבוֹרִים maſculine: ut Iudicum 14. Et ecce examen apum in ore leonis. דְּבִיר Adytum, hoc eſt, locus ſecretior templi unde promuntur oracula: & capitur etiam pro oraculo, ut 3. Regum 6. Oraculum autem in medio domus: & paulo ſuperius, per circuitum templi & oraculi.

* דְּבַשׁ Mel, ut Exodi 3. Ad terram fluentem lacte & melle.

* דַּבֶּשֶׁת Gibbus camelorum, in quo tanquam in ſella ſedetur: Iſaiæ triceſimo. Et ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos.

* דָּגָה Multiplicatum eſt, creuit: Geneſis quadrageſimo octauo. Et creſcant in multitudinem ſuper terram.

דָּגָה Piſcis: ut Iſaiæ quinquageſimo. Computreſcet piſcis eorum ſine aqua: & monoſyllabum maſculini generis דָּג etiam ſignificat piſcem: ut Ionæ ſecũdo. Et præparauit dominus piſcem grandẽ. Inde piſcari & דַּיָּג piſcator per parempτoſin iod. Ieremię 16. Ecce ego mittã piſcatores multos dicit dominus וְדִיגוּם & piſcabuntur eos.

* דֶּגֶל Signum exercitus, uexillum ſeu quodlibet inſigne: ut Numeri ſecundo. Singuli per turmas ſigna atque uexilla & domos cognationũ ſuarum caſtrametabuntur. Inde uerbum inſignire ſingulari nota tanquã uexillo: ut Canticorum quinto, dilectus meus candidus & rubicundus electus ex millibus, pro quo hebraica ueritas habet דָּגוּל Inſignis pre decem millibus, uel ſingulariter notatus

notatus ex multis millibus. Sic Psalmo uicesimo. Et in nomine dei nostri נִגְדֹּל magnificabimur: sic enim græca trãslatio habet, sed errauit in orthographia putans uerbum ipsum à גָּדוֹל deriuatum, cum sit ortum à dagal. Vnde Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate conatus est rectius traducere dicens: Et in nomine dei nostri ducemus choros. Quod ego magis proprie dici putauerim, In nomine dei nostri insignes & notabiles siue nobiles erimus.

* דָּגָן Frumentum, ut secũdo Paralipomenon tricesimosecundo. Apothecas quoq; frumenti, uini & olei.

* דָּגַר Incubuit seu fouit, ut solent aues super oua residere: Ieremiæ 17. Perdix fouit, quæ non peperit.

* דָּדָה Perrexit, paulatim & leniter mouit: item molliter incedendo ambulauit seu progressus est. Hierony. traduxit uarie. Nã Isaiæ tricesimooctauo, pro recogitatione ipsum accepit. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meę, id est, secundum Hebræos, אֶדַּדֶּה Faciam progredi seu cõmouebo omnes annos meos ad amaritudinem. Est enim transitiuum ad tertium: unde daleth pũcto dages notatur per defectum thau. Septuaginta græce transtulerũt ut nos legimus admirabile, Psalmo quadragesimosecundo. In locum tabernaculi admirabilis. Sed credo quod similitudo literarũ res & daleth uarietatem hanc effecerit, sicut sæpe alias. Nam Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate interpretatur aliter: tacebo usq; ad domum dei. Iudęi exponunt ambulatio cum eis, uel pergere eos faciam usq; ad domum dei: & Isaiæ decimo, Migrauit Medemna. Multam autem habet collusionem cum נָדַד id est, mouit: Isaiæ decimo, & non fuit qui moueret pennã.

* דָּהַב Aurum, per cognationem daleth cũ zain quasi זָהָב nam aurũ Chaldaice דַּהֲבָא nominatur. Vide Onkelum Genesis secundo, ubi nascitur aurũ, & aurum terrę illius optimum. Dicitur autem ab hoc uocabulo מַדְהֵבָה aurũ tributarium quo recognoscimus dominium, secũdum translationem quã legimus Isaiæ decimoquarto, quomodo cessauit exactor? quieuit tributum?

* דָּהַם Stupefecit, obruit curis: Inde est quod reperimus apud Ieremiam decimoquarto, נִדְהָם id est, consternatus mente. Hieronymus traduxit uagus: quare futurus es sicut uir uagus. Hebręi uero exponũt attonitus, stupidus, & quasi syncopizans.

* דָּהַר Concussit, fremuit in morem equi irascentis: item clamauit, Nahum tertio. Vox impetus rotę, & equi fremẽtis. תִּדְהָר Sapinus, arbor picea, seu alia cedri species. Hieronymus traduxit ulmum, Isaię quadragesimoprimo. Ponam in deserto abietem ulmum & buxũ simul: nostri Hebręi fagum exponunt.

* דּוֹב Vrsus, ut Threnorum tertio. Vrsus insidians factus est mihi. Plural. דֻּבִּים 4. Regum 2.

* דַּוָּג Piscator, mutatiõe iod in uau: Ezechielis quadragesimoseptimo. Et stabunt super illam piscatores. Inde דוּגָה instrumẽtum piscatorium quo pisces capiuntur: translatio nostra quam nos legimus, nescio quem feruorem significari eo uocabulo uoluit, Amos quarto. Et reliquias uestras in ollis feruentibus. Sed Aquila melius, & ad proprietatẽ linguæ

aptius interpretatus est, in lebetibus pisciculorum: chaldaica translatio piscatoriam uenationem intelligit.

* דוד Patruus, hoc est, patris frater: ut Leuitici uicesimoquinto. Qui uoluerit ex fratribus suis redimet eum aut patruus aut patruelis. Item דוד Amatus, dilectus: ut Canticorum secũdo. Dilectus meus mihi & ego illi. דוד Mãma, uber, secundum uulgatam translationem Canticorum primo. Qui meliora sunt ubera tua uino. Sed Hebręi nostri exponunt, Meliores sunt dilectiones & amores tui quam uinum. Nos autem ubera interpretamur Canticorum septimo. Ibi dabo tibi ubera mea, & Prouerbiorum septimo. Veni inebriemur uberibus. Sed istius uarietatis causa est orthographię uarietas. Nam pro amicicia uel dilectiõe scribitur cum uau, sed pro uberibus sine uau. דוד Ahenum, siue caldarium seu magna olla: ut primo Regum secundo. Et mittebat eam in lebetẽ uel in caldarium. Hieronymus & Septuaginta transtulerunt cophinum: ut Psalmo octogesimoprimo. Manus eius in cophino seruierunt: rectius ab olla transierunt: quod Hieronymus de hebraica ueritate traduxit, Manus eius à cophino recesserunt. Varietas hæc propter similitudinem accidit literarum res & daleth, ut sæpe alias. דודאים Violæ, mandragoræ: ut Canticorum septimo. Mandragoræ dederunt odorem. Et Genesis tricesimo. Reperit mandragoras quas matri Liæ dedit: & postea, nisi etiam mãdragoras filij mei tuleris. דָּוָה Patiens, dolens, mœrens: ut Threnorum primo. Tota die mœrore confectam, maxime autem dicitur de patiente fluxum, quasi זָבָה ut Leuitici decimoquinto. Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis &c. & quæ menstruis temporibus separatur. Et quandoq; mutatur he litera in iod, ut Threnorum primo. Et cor meum דַּוָּי mœrens. Inde nomen דְּוָה dolor, mœror, passio, angustia: ut Iob 6. Nunc prę angustia cibi mei sunt. Assumit etiam quandoque in principio mem, ut מַדְוֵי id est, infirmitas seu passio: ut Deuteron. 7. auferet dominus à te omnem languorẽ & infirmitates Ægypti. Significat etiam מַדְוֵי uestimenta, ut 2. Regum 10. Et pręcidit uestes eorum medias: uidebimus in dictione mad.

* דחה Eiecit, impulit, euertit, supplãtauit, detrusit: ut Psalmo tricesimoquinto. pro eo quod legimus, & angelus dñi coartans eos, Hieron. rectius in Psalterio de hebraica uertate traduxit: Et angelus domini impellat. Et Psalmo 118. Impulsus euersus sum ut caderem. Hieronymus sic: Impulsus pellebar ut caderẽ. Et Psalmo 140. qui cogitauerunt supplãtare gressus meos: & Psalmo 147. pro eo quod legimus, dispersiones Israëlis congregabit, Hieronymus traduxit melius de hebraica ueritate: Eiectos Israël congregabit. Item mutatione uau in iod הֵדִיחַ Lauit, ut Isaiæ quarto. Et sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius.

דוך Triuit, concussit seu quassauit. Inde מְדוֹכָה mortarium Numeri undecimo. Frangebat mola siue terebat in mortario. דום Tacuit, siluit: ut Leuitici decimo, Quod audiens tacuit Aaron. Inde דומה Cauerna, sepulchrum, infernus: ut Psalmo 94.

Paulo

Paulo minus habitasset in inferno anima mea: fortasse à fictione silētij, ut Virgilius in sexto. Dij quibus imperium est animarum umbręq; silentes: & chaos & phlegethon loca nocte silentia late. Item Ieremiæ 47. Refrigerare & sile.

| Inuenitur etiam hinc nomē hęc manthicum רוּמָם silentium, sicut à יוֹם dies fit יוֹמָם dierum cōtinuatio: Isaiæ 47.

* דִּין Certauit, disceptauit, litigauit, iudicio contendit, iudicauit: ut Genesis sexto, pro eo quod nos legimus, Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, hebraica ueritas habet secūdum Rabi Salomonē & Lyram, non disceptabit spiritus meus in ęternū: quod ex Chaldaica expositione licet intelligere: non erigetur generatio putrida contendere coram me in æternum. Sed Rabi Iuda putat hoc ipsum uerbum à נָדָן esse deriuatū hoc loco, quod significat uaginam: ut primo Paralippomenon uicesimoprimo. Præcepit dominus angelo & conuertit gladium suum in uaginam, & aphæresi locum esse, quasi dicat dominus: non uaginabitur spiritus meus in homine: quem imitatur Burgēsis in additionibus: quamuis eum quidā frater audaculus non intelligens neq; hebraicum neq; græcum, sicut sæpe alias, ita in hac quoq; expositione multum temere reprehendat. Sed ego non de sententia ut theologus, sed de uocabulis ut grammaticus disputo. Item contentionem & iudicialem quandam argumētationem significant deriuata eius: ut secū do Regum decimonono. Omnisq; populus נָדוֹן certabat in cunctis tribubus Israēl; id est, quibusdam contentiosis medijs argumētabatur: quod uidetur Ionathas Chaldæus probare, cum exponit, certabat, id est, liquidabat seu iustificabat. Inde cata syncopen דָּן filius Iacob & Balæ ancillæ. Vnde cognominata est una de duodecim tribubus, Genesis tricesimo. Iudicauit mihi dominus &c. & iccirco appellauit nomen eius Dan. Et quadragesimo nono: Dan iudicabit populum suum. Et secūdum quotidianam consuetudinem mutatione uau in iod דַּיָּן id est, iudex, ut Psalmo 68. Patris orphanorum & iudicis uiduarum, à uerbo דִּין id est, iudicauit: ut Psalmo 72. Iudicabit populum tuum in iusticia. Similiter Ecclesiastis sexto. Et non possit cōtra fortiorem se iudicio contendere. Inde,

מָדוֹן Contentio, lis, rixa: ut Prouerbiorum decimoquinto. Vir iracundus prouocat rixam. Item eiusdem libri decimosexto. Homo peruersus suscitat מ׳ מִדְיָנִים lites. Et uicesimoprimo quàm cum muliere litigiosa. Item eodem: quā cum אֵשֶׁת מִדְיָנִים muliere rixosa, id est, litium siue rixarum. מְדִינָה Prouincia, præsidatus: ut Esther primo. Super centum uigintiseptem prouincias: & sic dicitur à potestate iudicandi, eo quod præses sit iudex iudicum. דִּין Rigor, iudicium: nomen à superiori uerbo deriuatum: ut Iob tricesimoquinto, pro eo quod legimus. Iudicare coram illo & expecta eum. Multi hebræorum exponunt, Iudiciū coram illo, uel ultio, uel rigor: & in isto significato frequēs est eius uocabuli usus apud magistros Hebræorum, maxime autem cabalisticos. Vnde est illud de angelorum locis, ultionum & misericordiarum, ut uidere licet in scholijs circa arborem decem numerationum

rationum, ex qua illustris Ioannes Picus Mirādulanus comes, ętate nostra omnium nobilissimus philosophus, transtulit proprietatē clemētię & iudicij in suis cō clusionibus cabalisticis. Hieronymus etiam hoc nomen traduxit causam, scilicet quæ agitur in iudicio: ut Iob 36. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipiens: pro quo Hebræi legunt, Iudicium iniqui compleuisti &c.

* רוץ Lætatus est: ut Iob quadragesimoprimo, pro eo quod legimus. Et faciem eius præcedit egestas, Hebræi exponunt: Et coram eo lætabitur mœror, uel ante ipsum gaudebit dolor. Et profecto non tantum miror translationē quātum cōmentatorem nostrum de Lyra, qui penè semper transit perfunctorie, fortasse quod tātum honoris detulit sanctis doctoribus. Sed laudo Aristotelis sentētiam, Amicus Plato, maior amica ueritas.

* דור Durauit, habitauit, incoluit: ut Psalmo octogesimoquarto, quàm habitare in tabernaculis peccatorum, pro habitare enim chaldaica expositio hoc uocabulum traducit. דור Strues: Ezechielis uicesimoquarto. Compone quoq; struem ossium sub ea. Inde מ מְדוּרָה id est, pyra, rogus: ut eodem, Væ ciuitati sanguinum cuius ego grandem faciam pyram. דור Ætas, duratio, generatio: ut Ecclesiastis primo. Generatio præterit, & generatio aduenit: & pluraliter declinatur tam in masculino quam fœminino genere, deriuatum fortasse à priori uerbo, quasi quanto tempore homo in hoc seculo habitat uel durat, ipsa sit generatio uel ætas sua.

* דוש Triturauit: Micheæ quarto. Surge & tritura filia Sion: & Isaiæ uicesimoquinto. Et triturabitur Moab sub eo sicut teruntur paleæ in plaustro. Inde דַּיִשׁ Tritura, Leuitici uicesimosexto. Apprehendet messium tritura uindemiam. דִּישׁוֹן Pygargus, animal: Deuteronomij decimoquarto, Pygargum, orygem: alij nomināt unicornem, eo quod Onkelus Chaldæus transtulerit רֵימָא

* דָּחָה Pepulit, uertit, peruertit, errare uel labi fecit, ad mala induxit, decepit, supplantauit: & est idem cum superiori uerbo דחה ut Psalmo tricesimosexto. Expulsi sunt nec potuerunt stare. Et Psalmo centesimo quadragesimo. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos. Inde nomen uerbale, Psalmo 56. & pedes meos de lapsu. [illegible] Hinc nomen דְּחִי impulsio, Psalmo 116. Idem מִדְחֶה Prouerbiorum 26.

* דֹּחַן Milium: ut Ezechielis 4. Et tu sume tibi frumentum & hordeum & fabam, & lentem, & milium, & uiciam.

* דחף Impetu festinauit, impulit: Esther 3. Festinabant cursores qui missi erant: & eiusdem 6. Et Aman festinauit.

* דָּחַק Oppressit, coartauit, coēgit ui: ut Ioëlis secundo, unusquisq; fratrem suum non coartabit.

* דַּי & דֵּי Sufficientia, abundantia: Malachię 3. Et effudero uobis benedictionē usq; ad abundantiam: & Exodi 36. Eo quod oblata sufficerent & abundarent: & Leuitici 5. Sin autem non potuerit offerre pecus, id est, non sit sufficiētia pecudis. Significat etiā satis: ut Isaiæ 40. Et libanus nō sufficeret ad succendendū, & animalia eius non sufficerent ad holocaustum, id est, non erūt satis. Item cum

M affixo

affixo mem דַּיָּם Exodi 36. דַּי Trãsmigratio temporis, & cõmuniter sic reperitur cum mem מִדֵּי idest, de tempore in tempus: ut Isaiȩ ultimo, Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. דֵּי Syllabica quædam adiectio est, & præsertim cum iungitur beth literæ uel caph: ut Ieremiæ quinquagesimoprimo, & labores populorum ad nihilum & gentium in ignem erunt: quasi diceret, in דֵּי nihilum, & in דֵּי ignẽ.

* דַּיָּה Mi[l]uus, ut Deuteronomij decimoquarto. Vulturem ac miluum iuxta genus suum: & pluraliter etiam fœminine: ut Isaiȩ tricesimoquarto. Illic cõgregati sunt דַּיּוֹת milui alter ad alterum. דְּיוֹ Atramentũ, ut Ieremiȩ 36. & ego scribebã in uolumine atramẽto.

* דָּיֵק Antemurale, propugnaculum, munitio: ut Ezechielis 4. Et ȩdificabis munitionem.

* דִּכָּא Contriuit, confregit, contudit, suppressit, humiliauit: Psalmo 143. Humiliauit in terra uitam meã: pro quo Hieronymus in hebraica ueritate, Confregit in terra uitam meam, id est, contriuit: & Psalmo 34. Et humiles spiritu saluabis: rectius Hieronymus דַּכְּאֵי רוּחַ Et confractos spiritu saluabit, & quandoque inuenitur positum uau pro aleph, ut דַּכָּר Iob 5. Et adiectiuum דַּכָּא contritus.

* דָּכָה Contriuit, quassauit, humiliauit: ut Psalmo 51. Cor contritum & humiliatum deus non despicies: & in eodẽ. Et exultabunt ossa humiliata: & significat idem cum uerbo superiore. Hinc nomen דֳּכִי contritio: Psalmo nonagesimotertio.

* דַּךְ Egenus, inops, pauper: Psalmo 9. Et factus est dominus refugiũ pauperi. Cuius synonyma sunt עָנִי אֶבְיוֹן רָשׁ & דַּל מִסְכֵּן

* דּוּכִיפַת Gallus syluestris, uel secundum nostram translationem upupa: ut Leuitici undecimo. Vpupã quoque & uespertilionem.

* דָּלַל Exhausit, attenuauit, exiccauit: Isaiȩ decimonono. Attenuabuntur & siccabuntur riui fluminum. דַּל Miser, pauper, inops, ut supra: & Leuitici decimoquarto. Quod si pauper est & nõ potest manus eius inuenire quæ dicta sunt. Declinatur masculine & fœminine additis terminationibus. Inde דַּלַּת nomen collectiuum paupertas, sicut iuuentus apud latinos: quarto Regum ultimo. Et de pauperibus terræ reliquit uinitores & agricolas: ubi hebraice collectiuè ponitur: & de paupertate terrȩ, id est, de congregatione pauperum. דַּלַּת Cȩsaries, coma: ut Canticorum septimo. Et comȩ capitis tui sicut purpura regis.

* דָּלַג Transiliuit: Canticorum secundo. Ecce iste uenit saliens in montibus, transiliens colles, & Isaiæ tricesimo quinto. Tunc saliet sicut ceruus claudus.

* דָּלָה Hausit aquam: Exodi secundo. Insuper & hausit aquam nobiscum: & paulo ante: Quæ uenerant ad hauriendam aquam Hinc דְּלִי Situla, ut Isaiæ qnadragesimo. Ecce gentes quasi stilla situlæ. Sic quoque magistri Hebræorum uocãt signũ zodiaci, quod nos uocamus aquarium.

דָּלָה Eleuauit, sustulit: Isaiȩ tricesimo octauo. Attenuati sunt oculi mei, pro quo Hebræi exponunt: Eleuati sunt oculi mei, secundũ Dauid Kimhi in cõmenta

menta

mentarijs super Isaiam. Ionathas Chaldeus interpretatur erectionem. דלה Fastigium, culmen, secundum aliquos Isaię tricesimooctauo. Dum adhuc ordirer succidit me, pro, à summitate: alij à languore & miseria. דלה Erexit, eleuauit: ut Psalmo 30. Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me: pro quo Hebręi exponunt: quoniã eleuasti me: quod putarent aliqui cõcordare dicendo, suscipere est sursum capere, hoc est, eleuare, nisi Septuag. traduxissent elabes simpliciter, id est, cœpisti. Hieron. traduxit, quoniã saluasti me. Rabi Iacob filius Eleazari scribit per patha sub daleth, Prouerb. 26. ubi nos habemus: quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorũ parabola, Hebręi legunt, erigite crura à claudo & parabola in ore stultorum. דליות Rami, palmites, frondes: Ezechielis decimoseptimo. Respicientibus ramis eius ad eam: & infra, palmites suos extendit ad illam.

* דלח Turbauit: Ezechielis tricesimosecundo, & non conturbabit eas pes hominis ultra, neque ungula iumentorum turbabit eas.

* דלף Stillauit: ut Iob 16. Ad deum stillat oculus meus: & Psalmo 119. pro eo quod translatio Septuaginta habet, Dormitauit anima mea præ tędio, Hieronymus de hebraica ueritate rectius traduxit sic: destillauit anima mea pre stulticia.

* דלק Persecutus est, succendit: Abdias, & erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula, & succendent in eis: & Prouerbiorum 26. pro eo quod habemus sic, labia tumẽtia cum pessimo corde sociata, Hebræi legunt: labia ardentia uel persequẽtia. Inde nomen uerbale דלקת ardor: Deuteron. 28. Percutiet te dominus egestate, febre, frigore, & ardore. Significat etiam persequi, ut Genesis 31. & ob quod peccatũ meũ sic exarsisti post me: pro quo Hebręi legũt, quod peccatum meũ quod insequutus es post me: & hęc ęquiuocatio diuersitatem facit in translationibus: Psalmo 10. Dum superbit impius incenditur pauper: uel secundũ Hieron. de hebraica ueritate, In superbia impij ardet pauper: quod Hebręi sic legũt: In superbia nocentium persecutionem patitur pauper seu fugatur.

* דלת Ostium, ianua, ut Exodi 21. & applicabitur ad ostiũ & postes, & Genesis 19. Egressus ad eos Lot ac post tergũ claudens ostium: & pluraliter דלתים & דלתות declinatur cum masc. & fœmin. terminatione. Et inuenitur per apocopẽ דל Psalmo 141. Et ostium circũstantię labijs meis, quod Hieron. traduxit, Serua paupertatem labiorum meorum.

* דם Sanguis: ut Gen. 9. Quicunq; effuderit humanũ sanguinẽ fundetur sanguis illius: & plur. דמים secundũ Hebręos, Genes. 4. pro eo quod habemus: uox sanguinis fratris tui clamat ad me, illi legunt, uox sanguinum fratris tui clamãt ad me, in plurali numero, quamuis Onkelus Chaldęus etiã nobiscũ singulariter traduxerit: sic cõmuniter apud nos in singulari transfertur, ubi apud Hebręos in plurali ponitur, ut Zacharię 9. Et auferam sanguinem eius de ore eius, nisi quando crimen capitale & pœnã ultimi supplicij significat: ut Psalmo 51. Libera me de sanguinibus, id est, à pœna sanguinis: & etiam singulariter, quod Hieronymus noxam interpretatus est, Numeri

35. Absq; noxa erit qui eum occiderit: sic & pluraliter, Deuteronomij decimonono. Ne sis sanguinis reus, quod de uerbo ad uerbum hebraice legitur: eritq; super te sanguines, id est, ultimum supplicium seu pœna sanguinis. Significat etiam דם uinum rubeum, ut Deuteronomij 32. Et sanguinem uuę biberent meracissimum.

* דמם Quieuit, siluit, expectauit: Threnorũ 3. Bonum est prestolari cum silentio salutare domini: & Psalmo 107. Et statuit procellam eius לדממה in auram, quod Hieron. traduxit. Statuet turbinẽ in tranquillitatẽ, id est, silentium uel quietẽ: sic Iosuę 10. pro eo quod nos habemus, Sol cõtra Gabaon ne mouearis. Hebręi legunt, Sol contra Gabaon quiesce uel sile uel expecta: tunc sequitur, & stetit, id est, quieuit. Inde id quod in Psalmo 62. legimus, Non'ne deo subiecta erit anima mea, Hieron. de hebraica ueritate transtulit: Attamen ad deum silentium anima mea: & infra, Veruntamen deo subiecta esto anima mea: uerius multo Hieronymus, Veruntamen deo tace anima mea.

* דמה & דמה Assimilauit, similis factus est: ut Psalmo 144. homo uanitati similis factus est: & Ezechielis 31. Cui similis factus es in magnitudine tua. Inde דמות similitudo, Genesis 1. Faciamus hominẽ ad imaginem nostram secundũ similitudinem nostram: cuius proprietatem Moses Ægyptius libro perplexorũ primo explicauit. Significat etiam excidit, proiecit, uastauit, compescuit, consumpsit, finiuit: Oseę 10. Transire fecit Samaria regem suum, ubi translatio Septuaginta melius, scilicet: Proiecit Samaria regẽ suum: & eiusdem 11. ubi nos legimus, Sicut mane trãsijt pertrãsit rex. Septuaginta habẽt, Mane proiectus est rex. Quod uarie quidem in multis locis transferunt multi: ut Oseæ 4. Nocte tacere feci matrem tuam, pro quo Septuaginta, Nocti assimilaui matrẽ tuam: Hebręi exponunt, Compescui congregationem tuam. Sic Sophoniæ primo. Conticuit omnis populus Canaan. Septuaginta, Assimilatus est omnis populus Canaan: Hebręi exponũt, Excisus, perditus, et deuastatus est, ut dicit Dauid Kimhi in cõmentarijs super duodecim. Solẽt itaq; promiscue interpretari tam à superiori isto quam ab illo uerbo deriuata: ut Isaię 6. Væ mihi quia tacui: secundũ Hebræos, Fœdatus & deuastatus sum. Aliter significat etiam expectare uel sustinere aut suscipere: ut Psalmo 48. Suscepimus deus misericordiam tuam. Significat etiam cogitare, ut Psalmo 50. Existimasti inique quod ero tui similis: & Hieronymus sic, Existimasti me futurũ similem tui. Hinc nomen, דמיון Similitudo, ut Psalmo 17. pro eo quod nos legimus, Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, hebraica ueritas habet teste Hieronymo: Similitudo eius quasi leonis desyderantis prędam.

* דמן Sterquilinium, ut Ieremię octauo. In sterquilinium super faciem terrę erunt. Idem מדמנה Isaiæ uicesimoquinto.

* דמע Plorauit, lachrymatus est: ut Ieremię tredecimo. Plorans plorabit & deducet oculus meus דמעה lachrymam; ubi & uerbum & deriuatum

mea

nomen inuenies. Significat etiam דמע liquorem, Exodi uicesimosecundo, pro eo quod nos habemus, Decimas & primitias tuas non tardabis offerre: exponunt Hebręi, plenitudinē tuam, scilicet, frugum, & liquorem tuum, scilicet, uini uel olei ne differas.

* דמשק Damascus: Amos tertio. In plaga lectuli & in Damasci grabato: ubi plures Hebræorum magistri uolunt daleth abundare quasi syllabicā adiectionem, ut alias sæpe inuenitur quod supra docuimus, ut sit sensus: super cruribus seu sustentaculo grabati: & Genesis decimoquinto. Et filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer.

* דנג Cera, ut Micheæ primo. Sicut cera à facie ignis.

* דעך Contriuit, extinxit, consumpsit: Prouerbiorum uicesimo. Qui maledicit patri suo & matri extinguetur lumen eius in medijs tenebris: & Isaiæ 43. Contriti sunt, quasi linum extincti sunt. Et pro eo quod habetur Psalmo centesimo decimooctauo, Circumdederūt me sicut apes, exarserūt sicut ignis in spinis: quodq; Hieronymus traduxit, Extincti sunt quasi ignis spinarum, Hebręi legūt, consumpti sunt & dissipati.

* דפי Opprobrium, uitium, calumnia, scandalum: ut Psalmo 50. Et aduersus filium matris tuę ponebas scandalū: Hieronymus traduxit opprobrium.

* דפק Pulsauit: Canticorum quinto. Vox dilecti mei pulsantis: & Genesis tricesimotertio. Quas si plus in ambulando fecero laborare morientur uno die: uerius sic, Et pulsatę uno die morientur.

* דקק Attenuauit, subtiliauit, cōminuit, contriuit; ut Exodi tricesimosecundo. Combussit & contriuit: & Isaiæ uicesimonono. Et erit sicut puluis tenuis: & Psalmo decimooctauo. Vt lutum platearum delebo eos. Hieronymus, proijciā eos: Hebræi, attenuabo uel conterā eos. Aliqui Hebręorum errore similitudinis uau & res dicunt, euacuabo eos. דק Tenuem habens pellem super pupilla oculi, quod Hieronymus lippus transtulit: Leuitici uicesimoprimo. Si gibbus si lippus. דוק Pellis, membrana, cutis, tela aranearum. Hieronymus traduxit nihili: Isaię quadragesimo, q extendit uelut nihili cœlos. Lyra exponit telam, Hebræi cortinam seu pelles. דק Exiguus, tenuis, puluis, propter subtiliationem: ut Isaiæ 40. Ecce insulæ quasi puluis exiguus. . Hinc à subtili consideratione uocant grammaticam דקדוק duplicatis duabus primis literis.

* דיק Tormentum bellicum, quod bombardam uocant, eo quod conterat & cōminuat muros: qnod Hieronymus munitionem transtulit, Ezechielis uicesimosexto. Et circumdabit te munitionibus.

* דקר Perfodit, transfixit, confixit: Zachariæ duodecimo, & aspiciēt ad me quem confixerunt. Et Numeri uicesimo quinto. Et perfodit ambos simul uirum scilicet & mulierē. Hinc nomen מדקרה perfossio, Prouerb. 12.

* דר Lapis pręciosus: ut Esther primo: Super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide, & dicunt eum lucere sicut meridiem, unde nomen accepit. Nam דרום significat meridiē, ut paulo post suo loco dicetur.

* דרור Libertas, remissio: Leuitici uicesimoquinto. Et uocabis remissionem

cunctis habitatoribus terrę tuę. Inde qđ eſt liberum uocatur דְּרוֹר ut Exodi 30. Sume tibi aromata prima myrrhæ electę, id eſt eius quę libere fluit atq; ſua ſpōte, non demum inciſo cortice. Inde quędam auis dicta eſt דְּרוֹר quam quidam irundinem uocant, quia apud homines etiā in domibus libere nidificat abſq; ullo timore, ſicut Burgen. in additiōe Pſalmi octogeſimiquarti ſentit: Tranſlatio Septuagin. interpretatur trygona, id eſt, turturem, ſed Hieronymus auem, genus pro ſpecie.

* דֵּרָאוֹן Opprobrium: Danielis 12. Alij ignominiam & opprobriū ſemper: quod Septuagin. orthographia decepti tranſtulerunt, ut uideant ſemper.

* דָּרְבָן Stimulus, primo Regum duodecimo. Vſq; ad ſtimulum corrigendum. דֶּרֶג & מַדְרֵגָה Gradus ſuper muros ſeu in turribus, ut ſupra diximus in uerbo גָּרַם Inde Hieronymus maceriam traduxit Canticorum 2. In cauernis maceriæ: & Ezechielis triceſimooctauo tranſtulit ſepes. Et cadent ſepes & omnis murus. Sed poſtea in commentarijs ſe corrigens, exponit munitiōes, qđ rectius idiomati conſonat: & Lyra dicit fortalicia, quę Ionathas Chaldęus appellauit magdalaia. Sunt autē ſecundū Rabi Salomonem petræ erectæ & impendentes quaſi caſuræ uideantur. Onkelus Chaldæus nominat gradus דַּרְגִּין Exodi 20. Non aſcendes per gradus.

* דַּרְדַּר Sentis, ſpina, carduus: Geneſis tertio. Spinas & tribulos germinabit tibi.

* דָּרַךְ Inceſſit, iuit, calcauit, ambulauit: Deuteronomij primo, & ipſi dabo terram quam calcauit: & Numeri uiceſimoquarto. Oriet ſtella ex Iacob, quod Hebręi legūt. Inceſſit ſtella de Iacob: ſed Onkelus exponit chaldaice, quod eleuabitur rex de domo Iacob. Item הִדְרִיךְ in hiphil ſignificat direxit, hoc eſt, recte fecit incedere, ut Pſalmo 25. Diriget māſuetos in iudicio: & in eodem, dirige me in ueritate tua. דֶּרֶךְ Via, ut Numeri 21. Via regia gradiemur: & Pſalmo primo. Via peccatorum peribit: & Ezechielis 19. Vnumquemq; iuxta uias ſuas iudicabo. Inde uerbum Abacuk 3. דָּרַכְתָּ Viam feciſti equis tuis in mari. מִדְרָךְ Veſtigium, ut Deuteronomij 2. Quantum poteſt unius pedis calcare ueſtigiū.

דָּרַךְ Traxit, tetendit: ut Threnorum ſecundo. Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus: & Pſalmo ſexageſimoquarto. Intenderunt arcum rem amarā: Hieronymus, Tetenderunt ſagittas.

* דַּרְכְּמוֹן Drachma uel ſolidus: ut Eſræ ſecundo. Auri ſolidos quadraginta millia & mille. [illegible]. Aliquādo habet ſuperadditum aleph ut אֲדַרְכֹּן de quo ſupra in aleph.

* דָּרוֹם Meridies, ut Deuteronomij 33. Mare & meridiē poſſidebit, & idem eſt quod נֶגֶב uel תֵּימָן

* דָּרַשׁ Quęſiuit, ut Leuit. decimo. Cum quęreret Moſes, exuſtum reperit. Hinc nomen מִדְרָשׁ indagatio 2. Paralippomenon 13.

* דָּשָׁא Pullulauit, germinauit, herbam fecit: Ioēlis ſecundo. Quia germinauerūt ſpecioſa deſerti. Inde דֶּשֶׁא herba tenera & recens orta. Geneſis primo. Germinet terra herbam uirentem: ea enim herba quando tractu temporis conſolidata fuerit dicitur עֵשֶׂב

* דָּשֵׁן Pingueſcebat ſeu pinguefactus

ctus est, ut Deuteronomij 31. Cumq; comederint & saturati crassiq; fuerint. Inde רֶשֶׁן pinguedo per sex puncta: Psalmo 63. Sicut adipe & pinguedine.

רֶשֶׁן Cinis: ut Leuitici primo, In loco in quo cineres effundi solent: Hebraice, In locum cineris. Vnde uersum hunc Psalmi uigesimi, Et holocaustum tuum pingue fiat, exponunt Hebræi quidam, & holocaustũ tuũ incineretur semper.

Numeri quarto, inuenitur uerbum graue רִשֵּׁן pro, repurgauit cineres. Sic Exodi 27.

* דָּת Lex, constitutio seu ius. Esther primo. Scientium leges ac iura maiorũ.

באל שרי

הָהּ Ah dolentis interiectio, cui sæpe additur in principio aleph, ut Ioëlis primo. אֲהָהּ Aa diei. Et Ieremiæ primo: Aa domine nescio loqui.

* הָא Ecce, ut Genesis quadragesimoseptimo, pro eo quod legimus, Accipite semina & serite agros: Hebraica ueritas sic habet: Ecce uobis semen, serite terram.

* הָבַל Vacauit, euanuit uel uanus factus est. Inde הֶבֶל uanitas uel uacuum: quæ dictiones ambæ in una sententia inueniuntur, Ieremiæ secundo. Et ambulauerunt post uanitatem, & uani facti sunt. Sic Ecclesiastis primo capitulo. הֲבֵל הֲבָלִים Vanitas uanitatum & omnia uanitas, id est, adnihilatio quędam.

* הָבֶן & in plurali הָבְנִים Alij Elephantem, alij pauonem, alij arborem uocant hebenum; & ideo uarie transferunt locum hunc Ezechielis uicesimoseptimo: Dentes eburneos & hebeninos cõmutauerunt in precio tuo. Septuaginta: Dentes elephantinos & ijs qui introducebantur reddebas merces tuas. Hieronymus in commentarijs exponit: Dentes eburneos eloquentiæ candorẽ pollicentes, ueruntamen hebenini sunt, id est, nigri coloris.

* הֹבֵר Astrologus. Quod Hieronymus iuxta Symmachum & Theodotionem augurem interpretatur: alij aruspicem: Isaię quadragesimoseptimo. Saluent te augures cœli qui contemplantur sydera. Rectius Septuaginta sic traduxerunt: Saluam te faciant astrologi cœli.

* הַבְהַב Oblatio, donum, munus: Oseæ octauo. Hostias offerent: quod Septuaginta sic, Simulant hostias: & secundum Dauid Kimhi in commentarijs super duodecim putatur ortum esse uocabulum à יָהַב id est, obtulit, adduxit, attulit, per geminationem sic dictum.

* הָגָה Dissertauit, meditatus est, disputauit, ratiocinatus est, locutus est, sonos seu uerba composuit: ut Psalm. septuagesimoseptimo: Et meditabor in omnibus operibus tuis. Et Psalmo centesimo decimoquinto. Et non clamabunt in gutture suo: quod non est recte translatum de Septuaginta qui græce traduxerũt φωνισώσιν debebat igitur iuxta proprietatem gręcitatis dicere, non uociferabunt uel loquentur, uel modulabũtur: sed Hieronymus de hebraica ueritate cõmodius interpretatur: Non sonabũt in gutture suo. Nos exponere possumus, non dissertabũt. Vnde logicã, rhetoricã, & poëticã, Hebręi sub uno artis

uocabulo comprehendentes הֶגְיוֹן nominant, quasi (ut Cicero ait in topicis) rationem differendi, seu etiam modulos siue sonos effingendi, quod Hieronymus meditationem traduxit: Psalmo decimo nono. Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Isaiæ 59. Locuti sumus de corde uerba mendacij. Et in eodem capit. Quasi columbæ meditātes gememus: nam columbarū & turturum uox dicitur gemitus. Inuenitur etiā הגג geminato gimel Psalmo tricesimonono. In meditatione mea exardescet ignis.

l ł. Hinc deriuantur uariæ formæ nominum, ut הֶגְיוֹן הֶגֶת הֲגִיג הָגוּת quæ omnia meditationē & submissam locutionem significant.

הָגָה Abstulit, amouit, ut Isaiæ uicesimoseptimo, pro eo quod nos legimus, meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus, docti Hebrǫorum magistri legunt, abstulit scilicet fructus in uento suo duro per dies orientales. Vnde est illud Prouerbiorum 25. הָגוֹ Aufer rubiginem de argento, & aufer impietatem de uultu regis.

הָגֵן ✻ Directum, paratum, secūdum Rabi Ionam: ut Ezechielis 42. pro eo q̃d nos legimus, Quę uia erat ante uestibulum separatum per uiam orientalem ingredientibus: magistri Hebrǫorum sic legunt: Ostium in capite uię, e regione antemuralis recta, hoc est, directa uersus pomerium siue peribolum uia subsolana ingredientibus. Noster Lyra cum multis alijs interpretibus hoc loco proprietatem uocabuli non accurate aspexit: exponit enim clausuram organizationis, putans hic הֲגִינָה idem esse quod נְגִינָה instrumentum musicum, quod ipse appellat organum in titulo Psalmi quarti, Ad uictoriā in organis Psalmus Dauid. Et utitur longa periphrasi ad unius tantum uocabuli errorem colorandum, quanquam & Hieronymus quoq; illud capitulū se nescire fatetur, propter interpretationum obscuritatem, allegās illud Socratis: Hoc scio quod nescio.

הֵד ✻ Sonitus seu strepitus, & uerius resonantia siue echo: unde illud Ezechielis septimo. Prope est dies occisiōis & non הֵד gloriæ mōtium: quod Symmachus traduxit, Prope est dies festinatiōis & non recrastinationis: & Septuaginta sic: appropinquauit dies nō cum perturbatione neq; cum doloribus. Theodotion autem, Prope est dies famis non glorię montium. Sed huius idiomatis periti sic interpretantur: prope est dies clamoris, eiulatus, seu luctus, & non echo uel sonitus montium. Talis enim fictus & non uerus est hominum sonus, qui inter altissimos montes uocem nostram imitari conatur. Vnde הֵידָד id est, clamor seu strepitus: quod Hieronymus celeuma transtulit, Ieremię uicesimoquinto. Celeuma quasi calcantium concinetur: ita enim uulgo dicitur, quāuis apud græcos mediante s regulariter celeusma scribendum sit. Est autem celeusma clamor nautarum & mutua cohortatio, apud Martialem: Lentos tingitis ad celeusma remos. Traduxit etiam Hieronymus alias idem uocabulum pro uoce calcantiū: ut Isaiæ decimosexto. Vox calcantium irruit, uocem calcantium abstuli.

הָדָה ✻ Posuit, extendit, porrexit, misit: ut Isaiæ undecimo. Et in cauernam reguli qui ablactatus fuerit manum suam mittet. Et inuenitur quandoq; he primæ

syllabę

syllabæ mutari in iod secundum doctrinam Rabi Iudæ qui exponit dictam sententiam sic: Et in cauernam reguli ablactatus mittendo mittet, aut ponens ponet: sicut Threnorum tertio. Et posuerunt lapidem super me. De hoc infra dicemus in litera iod.

✱ הָדַךְ Conculcauit, cõtriuit: ut Iob 40. Et contere impios in loco suo.

✱ הֲדֹם Scabellum: Isaiæ 66. Terra autem scabellum pedũ meorum, & Psalmo 110. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

✱ הֲדַס Myrtus: ut Nehemiæ octauo. Frondes myrti & ramos palmarum, & Isaię 55. pro urtica crescet myrtus.

✱ הָדַף Pulsauit, propulit seu impulit: Numeri 35. Si per odium quis hominem impulerit: & alibi Hieronymus deleuit interpretatus est, magis sensum de sensu, quam uerbum è uerbo, Deuteronomij sexto. Vt deleret omnes inimicos tuos coram te.

✱ הָדַר Decorauit, glorificauit, honorauit: Leuitici decimonono. Et honora personam senis: & Danielis quinto. Deum qui habet flatum tuum in manu sua non glorificasti. Inde nomen הֲדַר id est, magnificentia, gloria, decor, siue honor: ut Psalmo 145. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuę loquẽtur, quod aliquãto cõmodius traduxit Hieronymus: Decorem gloriæ magnitudinis tuæ & uerba mirabilium tuorum loquar: nisi quod הוֹד laudem & confessionem significat, non magnitudinẽ. Item Danielis quarto. Et in gloria decoris mei.

✱ הָדָר Decor, & scribitur sex punctis: ut Danielis undecimo. Et indignus decore regio. Septuaginta traduxerunt lamprotis, id est, claritudo seu splendor: Psalmo centesimo decimo. In splendoribus sanctorũ, quod Rabi Salomon Gallus exponit sic: Hoc tibi contigit in puritate claritudinis sanctę, quæ fuerat in te ab utero matris tuæ. Hieronymus in Psalterio hebraicę ueritatis intellexit res literam pro daleth: quia similitudine abductus, interpretatus est: In mõtibus sanctis: & assumit in fine he aspirationem, siue coniunctim thau, fitq; fœminini generis: ut Prouerbiorum decimoquarto, ubi transfertur pro dignitate, In multitudine populi dignitas regis. הֲדוּרִים Anfractus & abrupta uiarum, & circuitus & ambages: quod Hieronymus traduxit gloriosos, Isaiæ quadragesimo quinto. Et gloriosos terrę humiliabo: sed Ionathas Chaldæus מֵישְׁרָא Vnde illud exponunt Hebræi sic. Et abrupta uiarum æquabo.

✱ הוֹי Vę, heu: Amos 5. Et in cunctis quę foris sunt dicetur uę uæ.

✱ הוּא Hic: idem, uel ipse: ut Genesis quadragesimoquarto. Qui furatus est scyphũ ipse sit seruus meus, uos autem abite. ꞏ Vsurpat quoq; sæpe pro uerbo substantiuo est.

✱ הוֹד Laus, confessio: ut 1. Paralipomenon 29. Tua est domine magnificentia & potentia, et gloria atq; uictoria, & laus: & Psalmo 104. Confessionem & decorem induisti. Omnia ab eo deriuata significant uirtutem & magnidecentiam & confessionem. Inde יְהוּדָה scilicet à confessione laudis ac laudatione: Genesis 49. Iuda te laudabunt fratres tui. הָיָה Erat, fuit: ut Ecclesiastis secundo, pro eo quod translatio nostra habet, Quid enim proderit homini de uniuer-

uniuerso labore suo: Hebræi legunt: Nã מַה הֹוֶה quid est homini de uniuerso labore. Et Ezræ quinto: Templum quod erat extructum. Et eiusdem quarto. Nam & reges fortissimi fuerunt in Ierusalem: & sæpe mutatur uau in iod & ecõuerso, ut infrà dicetur in הָיָה quæ proprie est radix. הַוָּה Corruptela, peruersitas, quod Hieronymus desyderiũ transtulit, fortasse putãs esse ab אָוָה de quo superius tractauimus: ut Micheæ septimo. Et magnus locutus est desyderium animæ suæ. Nam aliter traduxit in Psalmo tricesimooctauo, de hebraica ueritate. Et inuestigantes mala mihi, loquebantur insidias: sed cõmodius ante eum Septuaginta matæotitas, id est, uanitates interpretati sunt. Et Isaiæ quadragesimoseptimo, putauerunt recte dici foueam in quã quis incidit: quod esse potest descriptio peruersitatis. Veruntamẽ illic Hieronymus aliquanto melius sic enunciauit: Irruet super te calamitas, Hebræi autem hoc modo: Et cadet in te peruersitas quam non poteris expiare. In plurali הַוּוֹת Psalmo 52.

* הוֹי Væ: ut Ieremiæ uicesimosecũdo. Væ frater & uæ soror, non plangẽt eum, uæ domine & uæ inclyte. Et inuenitur per defectum literæ iod, ut supra. Hieronymus super Isaiam uicesimonono, scribit eam interiectionem quãdoq; uocatiuo casu dici.

* הוֹן Copia diuitiarũ: Prouerb. 13. Est quasi pauper cum in multis diuitijs sit, quod paulo inferius substantia transfertur: ut substantia festinata minuetur. Significat etiam satis uel sufficiẽtia, Prouerb. 30. quartũ quod nunquã dicit sufficit, &, ignis uero nunquã dicit sufficit.

* הָזָה Dormitauit, quod uocabulũ circumlocutus est Hieronymus Isaiæ 56. Videntes uana, dormientes, & amantes somnia. Et Septuaginta sic: Somniantes, lectulum amantes, dormitantes.

* הִי Væ, hei, uox doloris: ut Ezechielis 2. Et scriptæ erant in eo lamentationes & carmen & uæ.

* הִיא Hæc, illa, ipsa: & sæpe capitur pro participio seu uerbo substantiuo: ut Genesis duodecimo. Quare non indicasti mihi quod uxor tua esset. Mutat etiã sæpe iod in uau: ut הִוא

* הָיָה Fuit, erat, Genesis decimo, hic erat robustus coram domino: uerbũ substantiuum. הָיָה Corrupit, destruxit, adnihilauit, & in passiuo euanuit: perijt, fugit: Danielis secundo. Et somnus eius נִהְיְתָה fugit ab eo.

* הֵיךְ Quomodo: primo Paralipomenon tredecimo. Quomodo possum ad me introducere arcam dei. Et conuertit he in aleph, de quo uocabulo dixi superius in prima litera. Interponitur etiam apud magistros litera aleph ut היאך

* הִים ·Perdidit, interfecit, & inuenitur per syncopam iod literæ: Deuteronomij septimo, וְהָמָם Et interficiet illos donec penitus deleãtur: ubi ultimũ mem non de substantia uerbi, sed pronomen relatiuum pluralis numeri est, & in sententia prædicta inuenies eius nomen uerbale, מְהוּמָה הִים Clamauit, fremuit, conturbauit, commouit, tumultuauit, rumores fecit, impetuose rumigerauit: ut Psalmo 55. pro eo quod nos legimus, Cõtristatus sum in exercitatiõe mea & conturbatus sum: hebraica ueritas habet, Lamentabor in sermone meo & tumul-

& tumultuabor. Quod Hieronymus futurum mutãs in preteritum traduxit sic: Humiliatus sum in meditatione mea & cõturbatus: & Ruth primo, ubi hoc uerbum periphrasticos circũlocutus est interpres dicẽs: Quibus urbem ingressis, uelox apud cunctos fama percrebruit: cum hebraice legatur: Et factũ est cum uenirent in Bethlehem rumigerauit tota ciuitas super eis, & dixerunt: Num hęc est Noami?

* חִין Voluit, paratus fuit: ut Deuteronomij primo. Cumque instructi armis pergeretis in montem: pro quo Hebræi legunt, וַתָּהִינוּ Voluistis ascendere montem, uel parati eratis ascendere.

הִין Mensura liquorum; ut Exodi 29. Et quartam partem hin.

* הֵכַל Regia, palatiũ, domus dominica: quã Gręci kyriakin, Germani kyrchen, Latini templum uocant 3. Regum 6. Et porticus erat ante templum, & cætera illic similia. Additur autẽ sępe iod post he per prothesin, & fit quatuor literarũ, sed nunquã est nisi dictio dissyllaba: declinatur autẽ in plurali tam masc. quam fœminine. Et nota dominũ per Ieremiã ter hoc nomen protulisse, Ieremiæ 7. Nolite confidere in uerbis mendacij dicentes: Templum domini, templum domini, templum domini est. Nihil enim spiritussanctus frustra loquitur.

* הָבַר Obruit, stupefecit, adduxit in admirationem uel in alienationem mentis, attonitum fecit: Quod Hieronymus oppressit interpretatur, Iob 19. Et nõ erubescitis opprimentes me.

* הִלֵּל Laudauit, laudẽ dixit: ut Psalmo 119. Septies in die laudem dixi tibi: & Psalmo 150. Omnis spiritus laudet dominum: ubi ponitur תְּהַלֵּל יָהּ inde הַלְלוּיָהּ alleluia, duæ sunt dictiones הַלְלוּ uerbum imperatiui modi pluralis numeri, יָהּ uero est unum de diuinis nominibus, & significat deum siue dominum. Et ut recte docet beatissimus Dionysius de ecclesiastica hierarchia cap. de sacra unctione, Allelu ia significat laudate dominũ. Consueuerunt autem uerbũ hoc & græci & latini sine aspiratione tam in principio quam in fine scribere, eo quod tantummodo hebraica penes nos aspirantur ea, quę per heth, id est, dasian, hoc est forti aspiratione scribuntur: cętera quæ psilen habent, id est, quę per he scribuntur, apud nos carent aspiratiõe. Unde cũ Heb. dicant halleluiah, nos scribimus alleluia.

* הָלַל Insaniuit, inique egit: Psalmo 75. Dixi לַהוֹלְלִים אַל תָּהֹלּוּ iniquis nolite inique agere, qđ Hieron. traduxit: Dixi inique agẽtibus, nolite inique agere. Alij exponũt: stolidis stolide agere siue stulte, iuxta paradoxũ Ciceronis. Omnes stultos insanire. Inde insania & stulticia & error הוֹלֵלוֹת ut Eccles. 7. Et ut cognoscerẽ impietatẽ stulti, & errorẽ imprudentiũ: & eiusden 10. Initium uerborum eius stulticia, & nouissimũ oris illius error pessimus. Ex deriuatis huius & superioris uerbi ꝓpter literarũ utriusque similitudinẽ sępe cõtingit interpretationũ uarietas, ut Psal. 102. Et qui laudabãt me aduersum me iurabant. Hieron. sic. Exultãtes per me iurabãt. Heb. nostri sic. מְהוֹלָלַי Insultãtes mihi uel infatuantes me, cõtra me iurabant. Inde illud Nahũ 2. In itineribus יִתְהוֹלְלוּ cõturbatę sunt quadrigæ: pro quo Septuaginta interpretes traduxerũt, confundẽtur currus, pro, inique agent, id est, ducent currus.

חלל

חָלַל Splenduit, luxit: Iob uiceſimononono. בְּהִלּוֹ Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum: ubi ſolum ponitur unum l, fortificatum per dages & hirek in prima, eſt enim officium dages ut compleat defectus: de quo plenius in arte grammatica. Et Iſaiæ tredecimo. Quoniam ſtellæ cœli & ſplendor earum non expandēt lumen ſuum, de quo ſuperius uide in אָהַל diximus.

* הָלְאָה Trans, ultra: Amos quinto. Et migrare uos faciam trans Damaſcū: & ab eo fit etiam uerbum, ut ſi dicerem ab ultra ultrare, ſicut ab intra intrare: Micheæ quarto, pro eo quod nos legimus, Et eā quę laborauerat in gentem robuſtam, hebraica ueritas habet, ſi latine dicere liceret, וְהַנַּהֲלָאָה לְגוֹי Et ulteriorаtam in gentem robuſtam: quod Septuaginta uolentes exprimere traduxerūt, Et repulſam, hoc eſt, procul pulſam in gētem fortē. Significat igitur remote tam à loco quam à tempore.

* הָלַה Inique egit, praue geſſit: idem cum ſuperiori uerbo הָלַל in ſecundo eius ſignificato, Iob quarto. Et in angelis ſuis reperit תָּהֳלָה prauitatem.

* הָלַךְ Tranſiuit, iuit, ambulauit, abiit: Pſalmo primo. Beatus uir qui nō abiit. Et Pſalmo centeſimo decimonono. Beati immaculati in uia qui ambulant in lege domini: & Pſalmo ſeptuageſimotertio. Et lingua eorum trāſiuit in terra. Inde nomen uerbale הֲלִיכָה & in plurali הֲלִיכוֹת Iter, ambulatio, Habacuk tertio. Ab itineribus æternitatis eius. Idem מַהֲלָךְ Ionę tertio, & הֵלֶךְ 2. Regum 12.

* הָלַם Quaſſauit, concuſſit: Hieronymus interpretatur cecidit, penultima producta, Iudicum quinto. Vngulæ equorum ceciderunt, id eſt, percuſſerūt. Sed ſecundum magiſtros Hebræorum de equo qui quatit ungulam uelociter currendo dicitur הָלַם Sed cum quatit non currēdo dicitur דָּהַר ut ſupra in daleth. Item ſignificat peſſundare, conculcare: Iſaiæ decimoſexto. Domini gentium exciderunt, pro, conculcauerunt.

הוֹלֵם Percutiens ſiue percuſſor, à ſuperiori uerbo deriuatum nomen ut Iſaię quadrageſimoprimo. Percutiēs malleo eum qui cudebat tunc temporis: ab רד הָלְמָה Iudicum quinto. Percuſſitq; Siſaram. הַלְמוּת Malleus: ut uerſu ſupradicto Iudicum quinto: Et dexteram ad fabrorum malleos. הַלֹּם Lapis precioſus, quem nominauit translatio noſtra Iaſpidem, Exodi uiceſimooctauo. In ſecundo carbunculus ſapphirus & iaſpis: ubi legitur hæc dictio יַהֲלֹם per protheſim iod: ſed ſcribit doctiſſimus Abraham filius Ezrę, quod Hiſpanus quidam in literis excellētiſſimus dixerit hūc lapidem eſſe adamanta, ſic nominatum quod frangat & diuidat robuſtiſſimas gemmas. הֲלֹם Huc, illuc: ut primo Regum decimo. Vtrum nam uenturus eſſet illuc. Inde noſtra translatio uerſum hunc primo Regum decimoquarto, ſic habet: Et ecce multitudo proſtrata & huc illucq; fugiens: quod Hebręi dicunt וַיֵּלֶךְ וַהֲלֹם expectauit, fregit, diſſipauit, diuiſit: non enim hoc loco aduerbiū eſſe poteſt, ſed uel uerbū uel participiū.

* הֵם Pronomen maſculini generis, tertię perſonæ, pluralis numeri: Pſalmo nonageſimoquinto. Et iſti non cognouerunt uias meas: Pſalmo triceſimooctauo, Et lumen oculorū meorum & ipſum non eſt

non eſt mecũ: & ponitur quandoq; pro uerbo ſubſtantiuo: ut Geneſis 48. Et reſpondit בָּנַי הֵם filij mei ſunt: & per paragogen recipit he aſpirationem הֵמָּה Pſalmo 20. Ipſi obligati ſunt & ceciderunt. Et accipit per protheſin mem, ut מֵהֶם & ſignificat illi: quod trãſlatio noſtra diuiſit dicens, ex eis Ezech. 7. Nõ ex eis & non ex populo, neq; ex ſonitu eorum: hoc ſic exponũt Hebręi: nõ illi, nõ diuites, nõ illi illi: ubi fit geminatio ſecũdum eorum doctrinam pro filijs filiorũ ſuorum, quod etiam translatio chaldaica Ionathę probat.

* הָמַם Fremuit, perſonuit, uociferauit. Hieronymus traduxit uexauit: Iſaię 29. Neq; uexabit eum rota plauſtri, quod Hebręi ſic: Et perſonabit rota plauſtri eius ſiue fremet. Significat etiã perdidit, conſumpſit, interfecit, conturbauit: Id quod ſupra in uocabulo חִים oſtenſum eſt in primo eius ſignificato: ſecundo Regum uiceſimoſecũdo. Fulgura & conſumpſit eos. Similiter Pſalmo deci mooctauo. Fulgura multiplicauit & conturbauit eos.

* הָמָה Conturbatus eſt, fremuit, tumultuauit, rumores fecit, clamauit, ſtridit. Hieronymus tranſtulit ſonuit, Iſaiæ 16. Super hoc uenter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit: & eiuſdem 17. ut multitudo maris ſonantis, ſed poſtea capite uiceſimoſecundo, traduxit frequentiam, urbs frequẽs, ubi Hebręi exponũt עִיר הוֹמִיָּה urbs clamoris ſiue rumoris. Inde הָמוֹן ſonitus, fremitus, clamor: & ex eo translatio noſtra legit populũ, hoc eſt, uulgum & plebẽ tumultuantẽ: Iſaiæ ubi ſupra cap. 16. Auferet̃ gloria Moab ſuper omni populo multo, ut inferius paptebit. Et in hac ſignificatiõe traduxit Hieronymus Amos quinto, Aufer à me tumultum carminum tuorum.

* הֲמוּלָּה Vociferatio, collatio, conuerſatio, diſſertatio: ut Ezech. primo, Quaſi ſonus erat multitudinis: quod opinantur uenire à מִלָּה id eſt, loquela ſeu uox, per protheſin he.

* הָמוֹן Multitudo, populus, excellentia, altitudo, copia, diuitię, uulgus: Ezech. 32. Fili hominis cane carmẽ lugubre ſuper multitudinẽ Ægypti. Item ſequitur infrà: Et attraxerunt eã & omnes populos eius: & ſuperius, In gladijs fortiũ deijciã multitudinẽ tuam: & eiuſdem 39. Et uocabit̃ uallis multitudinis Gog. & Gen. 17. Quia אַב הֲמוֹן גּוֹיִם patrẽ multarũ gentiũ conſtitui te: & Eccleſ. 5. Qui amat diuitias. Vnde uolunt מָמוֹן mamon dici, id eſt, pluto, quaſi מְהוּמָה id eſt, plurimũ ſeu copia: quod trãslatio noſtra inſaniã traduxit, Amos 3. Et uidete inſanias multas, quod alij exponunt copiã ſeu diuitias multas. Significat etiã fremitus & tumultus uulgi: ut 1. Regum 4. Quis eſt hic ſonitus tumultus huius.

הֲמוֹנָה Proprium nomen ciuitatis ubi ſepulchrum erit ipſius Gog apud Ezechielem 39.

* הֵמַס Extorruit, arefecit: quod trãſlatio noſtra expoſuit tabuit, Iſaię 64. Sicut exuſtio ignis tabeſcerent: quod Hebræi exponunt, Sicut ardore ignis extorret. Nam omnis ignis excellens, fortis, & magnus dicit̃ הֲמָסִים id eſt, exurens, deſiccans, & extorrens: ut ſcribit Dauid Kimhi in cõmentarijs ſuper Iſaiã. Dicũt autẽ hoc uerbum à מְסַס uenire per protheſin he aſpirationis, & apocopen geminationis, ita quod in proximo uoca-

bulo iod & mem notæ sint plural. numeri, Et Psalmo 68. transtulit Hieronymus in hebraica ueritate, Sicut tabescit cera à facie ignis: ubi cõmuni translatione legimus. Sicut fluit cera.

* מַהֲמֹרָה Fouea, decipula, pedica, plaga uenatorum: nostra translatio legit miseria: Psalmo 140. In miserijs non subsistent. Sed Hieronymus in hebraica ueritate traduxit sic: Deijcies eos in foueas ut non resurgant.

* הן En, ecce: ut Genesis 30. pro eo quod nos habemus, Gratũ habeo quod petis, Hebræi legunt: Ecce tantum fiat secundum uerbum tuum, & Psalmo 51. Ecce enim ueritatẽ dilexisti: & accipit he aspirationem in fine הִנֵּה ut Isaiæ 23. Ecce dies ueniunt dicit dominus: & seruit pronominibus sicut eccũ & ellum apud latinos. ... l. Cum affixis mutat zere in hirek sequente dages: ut הִנָּם ecce ipsi.

* הֵנָּה Modo uel huc: pręsens uel loci uel tẽporis, quod utroq; modo simul inuenitur in nostra translatione, Genesis decimoquinto. Generatione autem quarta reuertentur huc, nec dum enim completæ sunt iniquitates Amorręorũ usq; ad pręsens tempus.

* הֵן Pronomen fœminini generis, pluralis numeri, tertię psonę: ut Numeri 27. pro eo quod legimus, Et ei in hæreditatem succedant, hebraica ueritas habet: Et transire facias hęreditatem patris earum ad eas: & per paragogen recipit etiam he in fine הֵנָּה id est, ipsæ uel illæ: ut Exodi primo: Ipsę enim obstetricandi habent scientiam.

* הַסָּה Tacuit, siluit: Amos sexto. Tace & non recorderis nominis domini, & ab eo transitiuum Numeri decimotertio: Inter hęc Caleb compescens murmur, hoc est, silere fecit, וַיַּהַס pro וַיְּהַסֶּה

* הָפַךְ Subuertit, uertit, conuertit: Thren. 3. Tantum in me uertit & cõuertit manum suam. Transfertur quandoq; pro mutauit: ut Leuitici 13. Et pilos in album mutatos colorẽ: id est, uersos. Vnde deriuatur מִתְהַפֶּכֶת id est, uersatilis. Genesis 3. Et flãmeum gladium atq; uersatilẽ, & sic de cęteris deriuatis, ut הֲפֵכָה & הֶפֶךְ & תַּהְפֻּכָה quæ omnia significant subuersionem. מַהְפֶּכֶת Compedes, uincula, neruus, carcer, domus captiuorum: Ieremiæ 29. Vt mittas eũ in neruum & in carcerem.

* חֹצֶן Rheda uel quadriga: est autẽ instructio uecturæ, Ezechielis uicesimo tertio. Et uenient super te instructi curru & rota, uel secundum quosdam instructio exercitus.

* הַרַר Mons, ut Genesis 14. In montibus Seir usq; ad campestria, & Psalmo 50. Iumenta in mõtibus & boues. Et per apocopen inuenitur sæpius הַר ut Psalmo 24. Quis ascendet in mõtem domini. Et inuenitur in masculino & in fœmino genere: Amos 1. Eo quod dissecuerit pregnantes Galaad, quod Hebręorũ quidam interpretantur, Eo quod dissecuerint montes Galaad, sicut cõsequenter declarat scilicet ad dilatandũ terminũ suum, hoc est, latiores facerẽt limites regionis suę, exciderunt & abstulerunt montes Galaad. Reperitur & quandoq; translatiue pro ciuitate munita & forti quasi cincta montibus: ut quarto Regum decimoquinto, pro eo quod nos habemus, Et interfecit oẽs pgnãtes eius scidit eas, Heb.

Hebręorum magiſtri legũt. Et percuſſit omnes urbes eius diruens. ז.

Kimhi in radicibus dicit ſingulare huius nominis eſſe de forma אֶרֶץ hoc eſt, q̃d conſtet duplici ſægol.

* חָרַג Occidit, interfecit: ut Geneſ. 4. Conſurrexit Cain aduerſus fratrẽ ſuum Abel & interfecit eum: & infra, Omnis qui occiderit Cain. Et Eccleſ. 3. Tẽpus occidendi & tempus ſanandi. Inde nomen הֲרֵיגָה occiſio, ut Ieremię 12. Et ſanctifica eos in die occiſionis, & reperit̃ aliquando ſine he finali, ut הֶרֶג Iſaię 30.

* הָרָה Cõcepit: Iob 15. Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & inuenitur per holem loco camez: ut Iſaię 59. הֹרוֹ Conceperunt dolorẽ & pepererũt iniquitatẽ. Inde nomen הָרָה id eſt, pregnans uel quę cõcepit, Geneſis 38. De uiro cuius hęc ſunt concepi, pro, ego ſum cõcipiens: ita enim habet ſcriptura. Inde הֵרוֹן conceptio, Geneſis tertio. Multiplicabo ęrumnas tuas & cõceptus tuos: & inuenitur mediante iod הֵרָיוֹן Ruth 4. Et dedit illi dominus ut conciperet, pro, dedit conceptum.

* הָרַס Excuſſit, contriuit, depoſuit, euertit, deſtruxit: ut Exodi 15. Depoſuiſti aduerſarios meos, & Pſalmo 58. Deus conteret dentes eorum, pro quo Hieronymus, Deus excute dentes eorum. Inde הֲרִיסָה deſtructio. התת Inſidiatus eſt, prorupit in uerba maligna, irruit: ut Pſalmo 62. Quouſq; irruitis in hominẽ. Quod Hieron. in Pſalterio de hebraica ueritate traduxit, Vſque quo inſidiamini contra uirum. הָתַל Deluſit, fefellit, deriſit, circumuenit: ut Geneſis 31, Sed & pater ueſter circumuenit me. Et Iud. 16. Per tres uices mentitus es mihi. Inde nomen מַהֲתַלָּה mendacium, illuſio, Iſaię tricesimo.

Ἐν ὀνόματι τῷ τετραγράμματω.

ו Vau litera alphabeti: eſt etiam coniunctio copulatiua ſignificans &: ut Geneſis primo. In principio creauit deus cœlum & terram. Quandoq; uero nõ eſt coniunctio, quia non copulat aliquid ad aliquid: ut Geneſis 22. pro eo quod nos legimus, Die aũt tertio eleuatis oculis uidit locum procul, hebraica ueritas habet: In die tertio & leuauit Abraham oculos ſuos. Sed hoc modo conuertit futurum in prętęritum & econuerſo: ut in principijs librorũ ſcilicet Leuitici, Et uocauit Moſen: Numeri, Et locutus eſt dominus ad Moſen: Ioſuę, Et factũ eſt poſt mortem Moſi. Iudicum, Et factum eſt poſt mortem Ioſuę: Ruth, Et factum eſt in diebus iudicis Iudicum. Item Samuelis, Et fuit uir unus: Item Regum, Et rex Dauid ſenuerat. Itẽ Ezrę, Et in anno primo Cyri. Item in principio Eſther. Et factum eſt in diebus Ahaſueri. Item Ezechielis, Et factum eſt in triceſimo anno. Item Ionę, Et factũ eſt uerbum domini. In omnibus iſtis uau litera ponit̃ ab initio librorum quando nihil copulat. Sed uerbum quod alias de ſui coniugatione futuri erat temporis, facit hoc modo temporis prętęriti. Similiter econuerſo, uau præpoſitum uerbo præteriti, facit ipſum temporis futuri, ut Exodi uiceſimoquinto. Facientq; mihi ſanctuarium, & in conſequenter capitulis uiceſimoſexto, & uiceſimoſeptimo. In uerbo facies & facietis; & per ſcripturam ſacram in

plurimis locis, ut uidere licet in arte grãmatica.

ו . ו. Mutat uau ſcheua præteritum in futurum & rurſum uau patha mutat futurum in præteritum, præſertim accentu millel.

ו וָו Caput alicuius rei retortum inſtar literæ uau: ut Exodi uiceſimoſexto. Quarum erunt capita aurea & baſes æneæ: & eiuſdem uiceſimoſeptimo. Et capita earum cum celaturis ſuis argentea. In plurali וָוִים Exodi 38.

ו וָהֵב Moles, Numeri uiceſimoprimo, pro eo quod legimus, Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon: Hebræi transferunt uerbum de uerbo ſic: A mole in mari uſq; ad torrentes Arnon. Quæ translatio placet magiſtro Salomoni Gallo in commentarijs ſuper pentateuchum. Qui putat hoc uocabulum ſic dici, quaſi יָהַב id eſt, moles: ut Pſalmo quinquageſimoquinto. Iacta ſuper dominum curam tuam: rectius, molem tuam.

ו וַשְׁתִּי Reginæ proprium nomen. Eſther primo. Vaſthi quoque regina fecit conuiuium.

אתחיל זין בעזרת העליון

זְאֵב Lupus: ut Iſaiæ undecimo. Et habitabit lupus cum agno.

ז זְבוּב Muſca: Iſaiæ ſeptimo. Sibilabit dominus muſcæ quæ eſt in extremo fluminum Ægypti.

ז זֶבֶד Dos, donatio, portio legitima: Geneſis triceſimo. Dotauit me deus dote bona. Inde uerbum ut in eodem uerſiculo.

ז זָבַח Imolauit, ſacrificauit, occidit: Pſalmo quinquageſimo. Imola deo ſacrificium laudis. Et primo Regum primo. Et imolauit Elcana, inde nomẽ זֶבַח ſacrificium per ſægol. Item & alia deriuata quæ legendo bibliam inuenies. Inde locus ſuper quo ſacrificatur dictus eſt מִזְבֵּחַ id eſt, altare ſiue ara, Geneſis octauo. Ædificauit autem Noah altare domino.

ז זָבַל Cohabitauit: ut Geneſis 30. pro eo quod nos legimus, Etiã hac uice mecum erit uir meus: ueritas habet: hac uice cohabitabit mihi uir meus. Inde זְבוּל id eſt, habitaculum: ut 3. Regum 8. Ædificans ædificaui domum: habitaculum tuum: & recipit quandoq; in fine he aſpirationẽ: ut Habacuk 3. Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo.

ז זָג Folliculus ſiue cortex uuarũ exterior: Numeri ſexto. Quicquid ex uinea eſſe poteſt ab uua paſſa ad acinum nõ comedẽt: pro quo Hebræi ſic legũt: De omni quod factum erit ex uite uini ab acinis ad folliculum ſeu corium uuæ non comedat.

ז זֶה Is, ille, hic, iſte: ut Pſalmo 24. iuxta tranſlationem Hieronymi de hebraica ueritate: Quis iſte rex gloriæ: & infrà: quis ipſe iſte rex gloriæ: & in maſculino ſcribitur per ſægol ut ſupra, in fœminino autem per holẽ: ut Eccleſiaſtis 2. pro eo quod nos legimus, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis: hebraica ueritas habet: & leticiæ, quid ipſa facis: & ſcribitur quãdoq; per uau finale loco he זוּ ut Pſal. 132. Et teſtimonia mea hæc quæ docebo eos: qđ eſt utriuſq; numeri & omnis generis, ut Exodi 15. populo quem redemiſti. Et illud quidẽ in maſ. hoc aũt in fœm. in Pſal. cẽteſimo quadrageſimoſecũdo.

In uiã

Sacrif. Altare Ara

In uia hac qua ambulabam: nunc in numero plurali. Psalmo sexagesimosecundo. Duo hęc audiui. Item mutatur uau in aleph, & adiungitur thau terminatio fœminina, & dicitur זאת ut Psal. 132. Hęc requies mea.

* זָהָב Aurum: quarto Regum septimo. Tuleruntque inde argẽtum & aurũ. Et quia nihil in rebus nostris purius est auro, icc irco puritatem & serenitatem quoque significat: ut Iob tricesimoseptimo. Ab aquilone aurum uenit: id est, serenitas seu puritas aëris. Sic enim transfertur ab Hebræis. Ab aquilone serenitas adducetur, coram deo reuerendo decor. Et Abraham Aben Ezra hoc in loco intelligit splendorem cœli, quoniam specie assimilatur auro: & à regiõe aquilonis splendor cœli aperitur: cui astipulatur Aristoteles in libro meteorologicon secundo, ubi dicit ab arcto flare πνεῦμα λαμπρὸν id est, uentum splendidum. Constat autem apud eum, etesias aquilones esse, qui à nautis uocãtur delicati. Vnde etiam scribit ipse in eodẽ libro, serenitatem euenire quam νηνεμίαν appellat quasi carentem uento ac turbine.

* זָהַם Inquinauit, abominabile fecit & nauseabile: Iob 33. Abominabilis ei fit in uita panis.

* זָהַר Pręmonuit, admonuit, cauit, docuit seu instituit, ostendit: Exodi decimooctauo, Ostendasque populo cerimonias et ritus colẽdi: et Ecclesiastis quarto. Qui nescit pręuidere in posterum. Inde, נִזְהָר cautus & circumspectus, & prouidus, & præmonitus. זֹהַר Splendor: Ezechielis octauo. Quasi aspectus splendoris & uisio electri.

* זו Is, hic, ille: Rabi Ionas intelligit relatiue, qui quę quod: & rectius, is qui: ea quæ, id quod: Psalmo tricesimosecundo. Et instruam te in uia hac qua gradieris: & Psalmo centesimo quadragesimo secundo. In uia hac qua ambulabam: plerique arbitrantur he in uau esse mutatum, ut supra ostendimus.

* זוב Fluxit: Ieremiæ quadragesimonono. Quid gloriaris in uallibus tuis: fluxit uallis tua: exponunt Hebręi scilicet sanguine interfectorum.

* זוד Temerauit, licenter patrauit, superbe egit: Exodi decimooctauo, eo quod superbe egerint contra eos. Inde זֵד superbus, petulans, temerarius: Psalmo centesimo decimonono. Superbi inique agebant usque quaque: Et, increpasti superbos. Inde זָדוֹן petulãtia, temeritas, superbia: Prouerbiorum uicesimo primo. Superbus & arrogans uocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.

* זָוִית Acies, angulus, quod Hieronymus cornu trãstulit: Zachariæ nono. Et quasi cornua altaris: & Psalmo centesimo quadragesimoquarto, ubi nos legimus, Filię eorum cõpositę: rectius Hieronymus in Psalterio suo de hebraica ueritate interpretatur, Filię nostrę quasi anguli ornati.

* זוז Inde מְזוּזָה Superliminare, postis: limen, addito mem in principio et he in fine. Deuteron. sexto. Scribesque eam in limine & ostiis domus tuæ: & dicitur sic à sublimando.

* זול Vilipendit, spreuit, ut Threnorum primo, Omnes qui glorificabãt eam spreuerunt eam, & inuenitur geminato lamed in fine: ut Ieremiæ decimoquinto. Et separaueris preciosum à uili, ubi ponitur זולל

* זון Genus farris. Inde מָזוֹן esca uel alimentum: ut Genesis 45. Et totidē asinas triticum in itinere panesq́ portantes. Vbi deest, & farinam uel escam uel pulmentarium portantes, ut sit textus: asinas portantes triticum & panem & escam patri suo ad iter: sic enim hebraice ponitur. זן Formę genus uel species: Ita em̄ exponit Rabi Ionas hunc uersum Psalmi 144. ubi nos legimus, Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Ipse legit, Anguli nostri pleni expromētes de genere in genus: probat expositionē suā per translationē chaldaicam. Nam ubicunq; Genesis primo, legimus מִין id est, forma, genus uel species, ibi Onkelus traduxit זן Aliĳ exponunt annum dicentes: Emittentes de anno in annum, quasi esset corruptum à זְמַן

* זונה Meretrix: ut Iosuę secundo. Ingressi sunt domum mulieris meretricis. Aliĳ interpretantur lixa, quę discurrit hinc inde ut conferat escam. Sic Ionathas Chaldeus transfert cauponam. Vnde Rabi Ionas similiter hūc locum Ioēlis tertio, Et posuerunt puerum in prostibulo, exposuit sic: Et tradiderunt puerum in tabernam cauponariā; ubi ponit̄ זוּנָה

* זַיִן Arma, quod inuenitur per prothesin aleph אֵזֵן & significat instrumētum fodiendi & humandi, quod pala dicitur: & à Hieronymo diminutiue profertur Deuteronomiĳ uicesimotertio. Habebis locum extra castra ad quē egrediaris ad requisita naturę, gerens paxillā scilicet in fœminino à pala, non autem in masculino à palo, ut quidam mendose habent: quod tertio Regum uicesimosecundo, transfertur à Hieronymo habena. Et מזונות habenas lauerunt iuxta uerbum domini. Sed rectius secundum Nicolaum de Lyra: Et armaturas seu instrumenta lauerūt. Nam arma non tantum artificum & pugilum, sed etiam rusticorum & fossorum instrumenta sunt, teste Prisciano in libro de duodecim carminibus: ut Virgilius in primo georgicon, Dicendum & duris quę sint agrestibus arma.

* זוע Commouit: ut Ecclesiastis 12. Quādo cōmouebunt̄ custodes domus: & Esther 5. Et nō solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidē de loco sessionis suę: quod hebraice sine ambagibus sic legitur: & non surrexit & non mouit ab eo . Et reperitur מְזַעְזֵע geminatis syllabis prolatum Habacuk secundo. Et suscitabūtur lacerantes te. Septuaginta Insidiantes tibi: Hebræi, cōmouentes te seu commotores tui.

* זור Fregit, infirmauit, conculcauit: Iob 39. Obliuiscitur quod pes conculcet ea, id est, franget. Inde מָזוֹר conculcatio, prostratio, cōcussio. Hieronymus tamē & Septuaginta interpretati sunt insidias in Abdia. Ponēt insidias subter te; quod Dauid Kimhi Iudęus languorem, percussionem, & humiliationē exposuit in cōmentariĳs super duodecim, & aliĳ aliter traduxerunt Oseę 5. Hieronymus & Aquila sic: Et Iudas uinculū suum. Septuaginta uero sic: Et Iudas dolorē suū. Dicitur etiam cataplasma uel emplastrū quod uulneri apponitur medicinę loco: unde Isaiæ primo dicitur, uulnus & liuor & plaga tumēs non est circumligata nec curata medicamine, id est, cataplasmata: ubi ponitur זוררה in plurali piel secundum quosdam.

* זֹרֵר Oscitauit, ut 4. Regum 4. Et

oſcitauit puer ſepties: Hebręi transferũt ſternutauit, ut Rabi Kimhi in cõmentarĳs ſup quatuor allegans pro ſe illud Iob quadrageſimoprimo. Sternutatio eius ſplendor ignis: quod Syriace exponitur ודירוחי.

* זָחַח Leuauit, ſeparauit, depoſuit: ut Exodi uiceſimooctauo. Et à ſe inuicem rationale & ſuper humerale nequeant ſeparari: quod Hebræi ſic legunt. Et non יִזַּח leuabitur ſeu ſeparabitur rationale de Ephod.

* זָחַל Expauit: quod Hieronymus circumloquendo ſic traduxit: Ięcirco demiſſo capite ueritus ſum: ubi Hebræi legunt, Expaui & timui, & Rabi Ionas expoſuit, Subſtiti ſeu retroceſſi. זָחַל Serpſit, repſit: quæ ſimul Hieronymus comprehens tranſtulit Deuteronomĳ uiceſimoſecundo. Cum furore trahentium ſuper terram atq; ſerpentium, & Micheæ 7. Velut reptilia terrę.

* זִיו Aprilis menſis: ut tertio Regum ſexto. In anno quarto menſe zio ipſe eſt menſis ſecundus regni Salomõis: & ſic dicitur ab apparitione florum. Vnde Ionathas Chaldæus locum ſupra citatum interpretatur menſe zif gemmante ſeu floreſcente, quia ſcilicet in ſecundo menſium gemmant, refloreſcunt, & germinant uniuerſa plantarum genera.

* זִיז Amœnitas ſecundum Ionathã Chaldęum, pro quo Septuaginta introitum, Symmachus pinguedinem, Theodotio multitudinem, Aquila & Hieronymus omnimodum tranſtulerũt, Iſaiæ ſexageſimoſexto. Et delitĳs affluatis ab omnimoda gloria eius. Alio in loco licet Aquila omnimodum traduxerit, tamen Hieronymus ſpeciem interpretatus eſt, ubi tranſlatio noſtra legit pulchritudinem. Pſalmo quinquageſimo. Et pulchritudo agri mecũ eſt: quia Septuaginta oreotis, id eſt, ſpecioſitas traduxerunt, quod tamen Hieronymus in Pſalterio ſuo de hebraica ueritate uniuerſitatem tranſtulit. Sed eandem dictionem Septuagin. Pſalmo 80. monios interpretati ſunt, id eſt, ſingularis, hoc eſt, aper. Et ſingularis ferus depaſtus eſt eam: quod Hieron. in Pſalterio de hebraica ueritate, omnes beſtię agri uertit: et iccirco ſcribunt Hebręorũ magiſtri, qđ hęc dictio זיז ſit genus omnia animalia fera & agreſtia.

* זִיק Flamma, ſcintillatio: ut Iſaię 50. Ecce omnes uos accendentes ignem accincti flãmis, ambulate in lumine ignis ueſtri, & in flãmis quas ſuccẽdiſtis de manu mea. In plurali זִיקוֹת & זִיקִים Iſaiæ 50.

* זַיִת Oliua, Ieremiæ uudecimo. Oliuam uberem pulchram, & Leuitici uiceſimoquarto. Vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimum.

* זָכַךְ Mundatus eſt, purus fuit: Iob 15. Cœli non ſunt mundi in conſpectu eius. Inde nomen זַךְ id eſt, purus ſeu mundus: Leuitici 24. Vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimũ: & Iob 8. Si mũdus & rectus inceſſeris.

* זְכוּכִית Vitrũ cryſtallinũ: ut Iob 28. Non adęquabitur ei aurum uel uitrum. Dicitur autem ſic propter puritatem & tranſparentiam.

* זָכָה Apparuit mundus, emendauit, purificauit, correxit: Pſalmo centeſimo decimonono. In quo corriget adoleſcẽtior uiã ſuã. Et Iob 15. Quid eſt homo ut immaculatus & ut iuſtus appareat?

Similiter eiusdem uicesimoquinto. Apparere mundus, natus de muliere.

זָכַר * Meminit, recordatus est: Ionę secundo. Domini recordatus sum. Et Threnorum quinto. Recordare domine. Inde זִכָּרוֹן monumentum, memoriale, memoria, annales siue historia: Exodi tricesimonono. In monumentum filiorum Israël, & Hester sexto. Iussitq; sibi afferri historias & annales priorum temporum. Ecclesiastis 1. Non est priorū memoria. Inuenitur etiam absq; nun finali זֵכֶר in eodem significato, Exodi tertio. Et hoc memoriale meum in generatione & generationem. Reperitur & cum mem in principio מַזְכֶּרֶת commonefactio: ut Num. quinto, pro eo quod nos legimus: & oblatio inuestigans adulterium, hebraica ueritas habet, & memoriale commonefaciens crimen. זָכָר masculus seu uirilis sexus: Genesis primo. Masculum & fœminam creauit eos.

אַזְכָּרָה Memoria uel monumentū: Leuitici uicesimoquarto. Vt sit panis in monumentum oblationis domini: Hebræi exponunt, ut sit in odorem oblationis domini. Alij, ut sit representatio oblationis domini. Vnde illud quod scribitur Isaiæ sexagesimosexto, Qui recordatur thuris, uertūt sic, qui odorificat thus. Iccirco Rabi Dauid Kimhi in cōmentarijs hoc uerbum מַזְכִּיר exponit מַקְטִיר id est, suffumigat, cui assentitur translatio chaldaica Ionathę quia dictionem hanc interpretatur qui offert uel offerens. Simile contingit Canticorum primo, nam ubi nos legimus: memores uberum tuorum super uinum: ibi docti Hebræorum exponunt: odorificatus est amor tuus plus quam uinum.

זָלַל * Liguriuit, deuorauit, exedit, cōmessauit: Deuteronomij uicesimoprimo. Cōmessationibus uacat & luxuriæ atq; conuiuijs. Sic epulones dicuntur זוֹלְלִים Sed combibones & potatores סוֹבְאִים à qua leuitate quidam dictum putabant זוֹלֵל ignominiosum, uile, abiectum, leue: Thren. primo, uide domine & consydera quoniā facta sum uilis.

זָלַג * Reperitur per prothesin mem מַזְלֵג fuscinula seu tridens: primo Regum secundo. Et habebat fuscinulam tridentem: & tale instrumentum uocant harpicellum. Et pluraliter declinatur in fœminino, ut Exodi uicesimoseptimo. Et forcipes atq; fuscinulas.

זוּלַת * Absq;, præter, nisi, excepto: ut quarto Regum uicesimoquarto. Nihilq; relictum est exceptis pauperibus populi terrę. Inuenit̃ & per paragogen iod. זוּלָתִי Deuteronomij primo. Præter Caleb filium Iephonę: sed idem iod quandoq; capitur in hac dictione pronominaliter, ut Oseæ 13. Deum זוּלָתִי absq; me nescies.

זַלְזַל * Surculus, frutex, propago, ramusculus: Isaiæ decimooctauo. Et pręcidentur ramusculi.

זַלְעָפָה * Intemperies, procella, impetus, tempestas: ut Psalmo undecimo. Spiritus procellarum pars calicis eorū: pro quo Hieronymus de hebraica ueritate traduxit, Spiritus tempestatum: ut Psalmo centesimo decimonono. Defectio tenuit me: pro quo Hieronymus: horror obtinuit me: alij æstus, alij intemperies.

זָמַם * Presumpsit, statuit, cogitauit: Threnorum tertio. Fecit dominus quæ cogitauit, & Deuteronomij 19. Sicut fratri suo

tri suo facere cogitauit. Inde nomen uerbale זִמָּה & pluraliter זִמּוֹת Iob 17. Cogitationes meę dissipatę sunt: & per prothesin accipit in principio mem מְזִמָּה Prouerbiorum quinto. Vt custodias cogitaiones.

* זִמָּה Scelus, nephas, capitale crimen: Leuit. 20. qui supra uxorē filiā duxerit quoq; matrē eius, scelus operatus est. Et in hac significatione recipit etiam mem in principio sicut precedens uocabulū: ut Ieremiæ 11, quid est qđ dilectus meus in domo mea facit scelera multa. Dicūt quidā qđ hęc significatio deriuet̄ ab illa supiori, q̄a est peccatū ex ꝓposito.

* זְמַן Tempus limitatū & determinatū: ut Eccles. 3. Omnia tempus habēt. Inde quasi à uerbo sisto seu determino inuenitur מְזֻמָּנוֹת uel מְזֻמָּנִים id est, stata, limitata, constituta, determinata: ut Nehemię 10. Per tēpora à tēporibus anni ad annū: ubi Hebręi sic legunt. Ad tēpora stata de anno in annum. Et eiusdē ultimo: In temporibus constitutis & in primitijs: alij exponunt temporibus paratis.

* זָמַר Cantauit, psallit: Psalmo 47. Psallite deo nostro psallite, psallite regi nostro psallite. Inde מִזְמוֹר id est, Psalmus: ut in titulo eiusdem. Inde זָמִיר id est, cātus scilicet auium circa uer, uel putatio arborum: Canticorum 2. Tempus putationis aduenit. Et זִמְרָה cantio, carmen: Psalmo 119. pro eo quod nos legimus, Cantabiles mihi erant iustificationes tuę: Hieronymus de hebraica ueritate rectius interpretat̄, Carmina mihi erant. Item in Psalmo 118. Fortitudo mea & laus dominus: Deficit enim hic iod pronomen, non laus mea, quod tamen subintelligitur secundum Dauid Kimhi in libro de radicibus. זְמוֹרָה Fœditas, fœtor, odor malus: nostra translatio ad imitationem Theodotionis habet ramus à putatione arboris. Ezechielis octauo. Et ecce applicant ramum ad nares suas. Symmachi autem translatio, fœdum raucumq; sonitum de naribus procedentem in dei contemptum, significat, teste Hieronymo in commentarijs. זְמוֹרָה Germen, propago: Isaiæ decimoseptimo. Et germen alienum feres. זָמִיר Surculus, propago: ut Isaiæ uicesimoquinto. Quasi calore sub nube torrente propaginē fortium marcescere facies. זִמְרָה Genus delicatissimi & optimi fructus: Genesis quadragesimotertio. Sumite de optimis terræ fructibus. זָמַר Secuit, putauit, incidit: Isaiæ quinto. Non putabitur & non fodietur. Inde מַזְמֵרָה falx putatoria: ut Isaiæ decimooctauo. Et præcidentur ramusculi eius falcibus. זֶמֶר Camelopardalis in translatione nostra, Deuteronomij decimoquarto. Orygē camelopardalim. Alij uocant hoc nomine capras rupicolas.

* זָנָב Cauda: ut Deuteronomij 28. Constituet te dominus in caput & non in caudam: & plur. זְנָבוֹת declinatur in fœminino: ut Isaię 7. A duabus caudis titionum. זִנֵּב Caudam abscidit, extrema percussit, pręcidit, prosecuit: Iosuę 10. Et extremos quosq; fugientium cędite.

* זָנָה Fornicatus, illicito amori intentus est, Deuteronomij tricesimoprimo. Populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos. Inde putant aliqui deriuari זוֹנָה id est, meretrix, de quo supra locuti sumus. Inde זַנָּה fornicator,

&

& תַּזְנוּת atq; זְנוּת fornicatio nomina uerbalia, & הִזְנָה fornicari uerbũ, quæ omnia legimus Oſeæ quarto, ubi uariæ formæ & multiplex orthographia eius uerbi reperitur.

* זָנַח Repulit, dereliquit: Threnorũ ſecundo. Repulit dominus altare ſuum.

זָנַק Fluxit: ut Deuteronomij triceſimotertio. Dan catulus leonis fluet largiter de Baſan: ubi largiter nõ eſt de textu: & uerificata eſt hęc benedictio ipſi Dan propter Læſem, quam regionem uicerunt & obtinuerunt Danitæ, unde fluit Iordanis, ut notat Rabi Salomon Gallus & allegat uictoriã de Læſem, quod mutato nomine Dan uocauerunt, Ioſuę decimonono, qđ eſt Lais, ſecũdum Dauid Kimhi in commentarijs ſuper quatuor, ad quod allegat id quod ſcribitur Iudicũ decimooctauo, uocato nomine ciuitatis Dan iuxta uocabulum patris ſui quem genuerat Iſraël, quæ prius Lais dicebatur. Cum igitur fluuius ille deſcenderet ab eo loco qui Dan nominabatur, & nomen ſuum inde acciperet quaſi יורד id eſt, deſcendens à Dan, merito iam benedictio illa putabatur cõpleta, quod Dan flueret de Baſan. Inde putant aliqui non recte dici Iordan à duobus fontibus, uno Ior & altero Dan, ut Lyra ſcribit Hieron. ſequens, in libro hebraicarum quæſtionum: unum enim fontẽ eſſe Iordanis dicunt, qui à Plinio in libro naturalis hiſtoriæ quinto, pameas uocatur, & à Iudæis Læſem, ſicut ait Rabi Iſhac: & ideo dicitur Iordan ſecundum Rabi Iohanan quaſi יורד id eſt, deſcendens à דן hoc eſt, à pameade.

* זָעָה Diſperſit: & mutat he in uau, ut Deuteronomij uiceſimooctauo. Vt diſpergaris per omnia regna terræ: ubi ponitur זַעֲוָה cuius dictionis ultimum he genus connotat.

* זָעַךְ Mutilauit, concidit, conſtrinxit, breuiauit: ut Iob decimoſeptimo. Dies mei breuiabuntur: quod Hebræi legunt, Dies mei conciſi ſeu multiplicati ſunt.

* זָעַם Indignatus eſt, ſuccenſuit, iratus fuit, deteſtatus eſt, fremuit: Numeri uiceſimotertio. Qua ratione deteſter quem dominus non deteſtatur.

Hinc זַעַם ira, fremitus, cum duplici patha loco duplicis ſægol, id qđ propter mediam gutturalem cõtingit.

זָעַף Succenſuit, impatiẽs & iratus contriſtatus eſt: ut Geneſis quadrageſimo. Ad quos cum introiſſet Ioſeph mane & uidiſſet eos triſtes, & indè nomen uerbale זַעַף Michee ſeptimo. Iram domini portabo: & tertio Regũ uiceſimo. Furibundus uenit in Samariam.

* זָעַק Clamauit: ut Pſalmo uiceſimoſecundo. Ad te clamauerunt & ſalui facti ſunt. Inde nomen זְעָקָה clamor. Nehemiæ quinto. Et factus eſt clamor populi. זָעַק Accerſiuit, congregauit, cõuocauit: ut Iudicum quarto. Qui accerſitis Zabulon & Naphthali.

* זְעֵר Modicum: ut Iſaiæ uiceſimo octauo. Modicum ibi modicum ibi, & accipit quandoq; per protheſin in principio mem, ut מִזְעָר Iſaiæ 29.

* זֶפֶת Pix: ut Iſaiæ triceſimoquarto. Et conuertentur torrentes eius in picem, & erit terra eius in picem ardentẽ.

* זָקַק Purgauit, diſtillauit, ſublimauit, conflauit: Iob uiceſimooctauo. Habet argentum uenarum ſuarum principia, & auro locus eſt in quo conflatur. Inde

Inde מְזֻקָּק id eſt, ſublimatum, purgatum, Pſalmo duodecimo. Purgatum ſeptuplum. זִקִּים Compedes: Pſalmo 149. Adalligandos reges eorum in compedibus.

* זָקֵן Senuit: Geneſis 27. Senuit autem Iſhac. Inde nomē זָקֵן id eſt, ſenex: Geneſis 24. Erat autem Abrahā ſenex: à quo deriuatur nomen pluralis numeri tantum, quod ætatem ſenectam ſignificat זְקֻנִים ut Geneſis 37. Eo quod in ſenectute genuiſſet eum: pro quo Heb. legunt, quia filius ſenectę fuit ſibi. Talia enim nomina conditionē ętatis ſignificātia, pluralia ſunt tantū, ut eſt, נְעוּרִים ætas puellaris & adoleſcētię ac cętera. Itē alia orthographia Gen. 47. Oculi enim Iſraēl caligabant מִזֹּקֶן prę nimia ſenectute. זָקָן Barba: ut Pſal. 133. Quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.

* זָקַף Leuauit, erexit: ut Pſal. 145. Et erigit omnes eliſos: ſic Onkelus Chaldęus Exodi decimoquarto, Leuantes filij Iſraēl oculos uiderunt, pro hebraico יִשְׂאוּ traducendo poſuit hoc præſens uerbum.

* זָרַב Diſſipauit, ſecūdum noſtram translationem: Iob 6. Tempore quo fuerint diſſipati peribunt, & ut incaluerint ſoluentur de loco ſuo. Quia uero non reperio uerbum hoc alibi in uſu ſacræ ſcripturę, iccirco facilius patior quod multi Hebręorū magiſtri ipſum multipharíam interpretati ſunt. Nam Rabi Sadia exponit pro frigore, Moſes Gactilides pro calore: alij transferūt rugauit, & illa corrugatio poteſt ob utramq́ intemperiem tam frigoris quā caloris cōtingere. Putant alij ſic dictū quaſi שָׁרַב alij quaſi צָרַב ab æſtu & calore.

* זָרָה Alienatū eſt, horruit, eguit, fraudatum uel elongatū eſt: Pſalmo 78. Nō ſunt fraudati à deſyderio ſuo, & 58. Pſal. Alienati ſunt peccatores à uulua. Iob 19. Halitum meum exhorruit uxor mea. Et quandoq́ mutat he in aleph, & dicitur זָרָא alienatio: quod Hieron. traduxit nauſea, Num. 11. Donec exeat per nares ueſtras & uertatur in nauſeā. Alij exponūt longinquū uel procul. Rabi Salomon Gallus in cōmentarijs ſuper pentateuchū dicit ſe uidiſſe in libris cuiuſdā Moſi, qd̓ is audiuerit linguā in qua gladius eo nomine uocatur. Inde מוּזָר alienus, extraneus: ut Pſalmo 69. Extraneus factus ſum fratribus meis. Inde uenit זָר alienus uel alienigena. Leuit. 22. Omnis alienigena nō comedet de ſanctificatis: & Iſaiæ quadrageſimotertio. Et non fuit in uobis alienus.

Kimhi ponit radicem omnium ferè iſtarum dictionum זוּר ut ſint ex quieſcentibus in media uau.

זֵר Corona, peripheria, margo, cōplexus, bractea: Exodi uiceſimoquinto. Facieśq; ſupra coronam auream per circuitum. זָרָה Diſperſit: Numeri 16. Et ignem huc illućq; diſpergat, & Ierem. quadrageſimonono. Diſpergam eos in omnem uentum. Sunt qui putant זָר alienum ſeu alienigenam inde nominari, de quo ſupra dictum eſt. Inde מְזָרֶה id eſt, diſpergens, ut Ieremiæ triceſimoprimo. Qui diſperſit Iſraēl congregabit eum.

Hinc nomen מִזְרֶה uentilabrum, Ieremię decimoquinto, & in participio pręterito מְזֹרֶה ſparſus, & ſic eſt de coniug. piel, in qua ſępe inuenitur.

זָרַת Circumligauit, circumdedit, cinxit;

cinxit: ut secūdo Regum uicesimosecundo. Accinxisti me fortitudine ad prælium. Vnde quidam Hebræi exponunt hunc uersiculum Psalmo centesimo tricesimonono. Semitam meam & funiculum meum inuestigasti, sic: circumdedisti, ut rabi Iuda, uel circumligasti ut Rabi Ioseph: quod Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate traduxit euentilasti: forte secundum superiorem significationem dispersionis, quasi semitam dispersserit secundum longitudinem in ante & retro: & funiculum, hoc est, latitudinem in sursum, deorsum, dextrorsum & sinistrorsum, secundum Dauid Kimhi in libro de radicibus.

* זַרְזִית Roscidus humor, guttulatio, seu pluuiolatio: quod Septuaginta stagon, id est, gutta, stilla uel stillicidium transtulerūt: nos legimus Psalmo septuagesimosecundo. Stillicidia stillantia super terram, Hieronymus sic transtulit: Vt stillę irrorantes terram.

* זַרְזִיר Canis uenaticus miræ uelocitatis, qui ab Ouidio libro tertio metamorphoseos uocatur lælaps à uenti uelocitate, iuxta quem morem Germani eū quoq; canem uentum appellant, & Galli à leporibus insectandis leporarium nominant. Alij putant esse auem sturnum. Hieronymus gallum interpretatur, Prouerbiorum tricesimo. Gallus succinctus lumbos suos. Sed Lyra dicit quod non significet gallum, quid autem sit non dicit. Alij scribūt quod sit pardus, quia gracilis circa lumbos & tamen fortis. Quia uero hæc est prophetia Salomonis de futuris nos admonens, uerba iccirco prophanis sunt incerta quibus mysteria proponuntur.

* זָרַח Ortus est, ut Isaiæ sexagesimo. Et gloria domini super te orta est. Inde nomen uerbale מִזְרָח ortus, quod recipit mem in principio, & Psalmo cētesimo decimotertio. A solis ortu usq; ad occasum: & accipit quandoq; aleph in principio, אֶזְרָח sicq; indigenam & omnē origenarium significat, quasi inde ortum: ut Leuitici decimonono. Sed sit quasi indigena inter uos, aduena qui habitauerit in uobis. אֶזְרָח Lignum uiride semper recens, quod putant esse laurum. Psalmo tricesimoseptimo. Vidi impium super exaltatum & eleuatum sicut cedros libani: rectius, sicut laurum.

זֶרֶם Impetus, fluctus, tempestas, imber ualidus: Isaiæ tricesimosecundo. Erit uir sicut qui absconditur à uento & cęlat se à tempestate: & Iob uicesimoquarto. Quos imbres mōtium rigant: quod Hebræi legunt, A riuis seu fluctibus montium humectabuntur. Sed Ionathas chaldæus imbrem ualidum ex nubibus prolapsum putauit: ubi nos legimus Habacuk tertio, gurges aquarum trāsijt. Alio in loco tetrum fœtorē fœminini profluuij pro isto nomine intelligit, scilicet Ezechielis uicesimotertio. Sicut fluxus equorum fluxus eorum.

. Ibi sub alia inuenitur forma scilicet זִרְמַת. in constructione tamen, à זרמת Item Psalmo 77. & 90. inuenitur uerbaliter.

זָרַע Plantauit, seruit, seminauit: Iudicum sexto. Cumq; seuisset Israel. Inde nomen participiale זָרוּעַ seminatū satum, plantatum: Psalmo nonagesimo septimo, pro eo quod nos legimus, Lux orta est iusto: Hebræi habent, lux seminata est iusto, Inde semen, Genesis primo

mo זֶרַע מַזְרִיעַ id eſt, ſeminificãtem ſemen: pro quo legimus afferentē ſemen: & Numeri 24. Et ſemen illius erit in aquas multas: quod pro liberis ſcilicet filijs atq; nepotibus hic accipitur, quibus multiplicabunt regna ſecundum multitudinem populorum, iuxta translationē chaldaicã Onkeli. Hoc igitur uocabulū & de herbis & de plantis & hominibus dicit: ſicut & de fructu legimus, fructus arboris & fructus uentris.

· L.... Eſt & aliud deriuatum זֵרוֹעַ quod in plurali inuenitur cum holem, ut זֵרוֹעִים legumina: idem זֵרְעֹנִים utrūque Danielis primo.

זְרוֹעַ Brachiū: Pſalmo 136. In manu potenti & brachio excelſo: & declinatur pluraliter in utroq; genere. In maſculino זְרוֹעִים Geneſi 49. Et diſſoluta ſunt uincula brachiorū manuum illius. In fœminino זְרוֹעוֹת Danielis decimo. Brachia eius & quæ deorſum uſq; ad pedes. Recipit quãdoq; aleph in principio: ut אֶזְרוֹעַ Iob 31. Et brachiū meum cum ſuis oſſibus confringatur.

✻ זָרַק Sparſit, diſperſit, proiecit: Exodi nono. Et ſpargat illum Moſes in cœlū: & Exodi 24. Partem autem reſiduam fudit ſuper altare, id eſt, ſpargendo proiecit. Nam mox eandem dictionem rectius interpretatus eſt, Ille uero ſumptum ſanguinem reſparſit in populum.

מִזְרָק Peluis, gutturnum: Ieremiæ quinquageſimoſecūdo. Et urceos & pelues & candelabra, & plur. מִזְרָקִים declinatur in maſculino & fœminino.

✻ זֶרֶת Palmus: Iſaiæ quadrageſimo. Et cœlos palmo ponderauit, de quo ſupra. זֶרֶת Menſura palmi, Exodi 28. Menſuram palmi habebit.

· 'Z'... Infra in teth oſtenditur etiã טפח ſignificare menſuram palmi, ſed hoc intereſt, quod זֶרֶת ſignificat palmum extenſum, hoc eſt, dimidium cubitum, ſiue maximam extenſionem quæ fieri poteſt inter pollicem & auricularē, ſed טֹפַח ſignificat palmum geometricum, id eſt, menſuram quatuor tranſuerſorum digitorum, quæ menſura ter replicata conſtituit unum זרת id eſt, palmam maiorem.

בשם בורא העולם

חָח Hamus fibula, armilla: ut Exodi triceſimoquinto. Armillas & inaures: & dicitur fibula ſic à ſpina, quia per annulum ſeu circulum tranſeunt ſpinæ quibus ueſtes ſubnectuntur: ſpina uero nominatur חוֹחַ Canticorū ſecundo. Sicut lilium inter ſpinas. Vnde hic circulus intra ſe gerens ſpinam nomen accepit: qua propter ipſum ſæpe pro circulo transferunt: ut Iſaiæ uiceſimoſeptimo. Ponam ego circulum in naribus tuis, ubi per paragogen aſſumit iod in fine ſicut alia pleraq;. Et pluraliter legitur Ezechielis uiceſimonono, ח חַחִים ubi nos habemus, Et ponam frenum in maxillas tuis: ibi Hebrei legunt, Et ponam fibulas ſeu hamos in maxillis tuis. Accipit etiam per epentheſim uau quod & ſpinam & fibulam ſignificat, ut ſupra dicitur, & Iob quadrageſimo: Aut armilla perforabis maxillam eius: quod Hebrei rectius, & ſpina perforabis.

✻ חָבַב Dilexit uehementer: Deuteronomij triceſimotertio. Dilexit po

O pulos

pulos. Scribitur tamen illic in prima coniugatione kal.

חָבָא Abscondit, ut Iob uicesimo quarto, pro eo quod nos legimus, Oppresserunt pariter mansuetos terræ: Hebrei habent, Simul absconditi sunt: sicut recte ponitur eiusdem quinto. A flagello linguæ abscõderis: & quarto Regum sexto. Quæ abscondit filium suum. Mutat autem quandoq; aleph in he, & econuerso he in aleph: de quo uide Dauid Kimhi in libro primo artis grãmaticæ, ubi de hoc uerbo & eius accidẽtibus singulare capitulum posuit. Inde nomen absconsio חֶבְיוֹן Habacuk tertio, pro eo quod habemus nos, Ibi abscondita est fortitudo eius: Hebrei legunt, Et ibi absconsio fortitudinis eius.

. Alia forma nominis, מַחֲבוֹא primo Regũ uicesimoquinto, & מַחֲבָא Isaiæ tricesimosecundo.

מַחֲבַת Patella in qua frixatur pasta: & secundum Rabi Salomonem fuit tale instrumentum in sanctuario in quo pinsebantur oblata azyma in oleo: Leuitici secũdo, ubi nos legimus craticulam, Si autem in craticula fuerit sacrificium: ibi Hebræi legunt patellam. Hieronymus transtulit sartaginem: Ezechielis quarto. Et tu sume tibi sartaginem ferream: ubi capitur pro leuigali instrumento simili patellæ quo parietes leuigantur. Ad hoc Chaldaica translatio tam Ionathe quam Onkeli concordat. Inuenitur & sine mem in libro Paralippomenon. חָבַט Excussit, purgauit: Iudicum sexto. Cumq; Gedeon filius eius excuteret & repurgaret frumẽta: quod tamen Hieronymus aliter traduxit, Deuteronomij uicesimoquarto, Si fruges collegeris oliuarum, pro excusseris. Sic Ruth secundo: Virga cędens & excutiens.

חָבַל Excussit debitorem, pignoris loco accepit, pignorauit: Deuteronomij uicesimoquarto. Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam. Et significantius transfertur abstulit pro pignore, Iob uicesimoquarto. Abstulerunt pignore bouem uiduæ. Inde חֲבוֹל pignus: Ezechielis tricesimotertio. Et pignus restituerit ille impius. Idẽ חֲבֹלָה Ezechielis decimooctauo.

חָבַל Corrupit, deuastauit, demolitus est, dissipauit, disperdidit, putrefecit: Ecclesiastis 4. Dissipet cuncta opera manuum tuarum. Isaiæ decimotertio. Vt disperdat omnẽ terram. Et Canticorum 2. Quę demoliuntur uineas: Translatio nostra in Nehemia similitudine uocis seducta, traduxit à uanitate, quod tamen per he scribit̃ & nõ per heth. Pro eo em̃ qd̃ dicere deberet, peccauimus fœditate fœdati sumus seu putrefacti uel corrupti sumus tibi: quo significato ipsum in Isaia quoq; reperies cap. 10. Et computrescet iugum à facie olei, tamen sic posuit Nehemiæ 1. Peccauimus uanitate seducti sumus: & melius omnibus reperire licet Micheæ 2. Propter immundiciem eius corrumpetur putredine pessima, ubi ponitur & uerbũ & nomen. חָבַל Mensus uel partitus est, obligauit, irretiuit, illaqueauit: Prouerbiorum tredecimo. Ipse se in futurum obligat. Inde חֶבֶל funiculus, regula, pertica, funis, laqueus, Zachariæ 2. Funiculus mensorũ, & Amos 7. Et humus tua funiculo metietur: & Isaiæ 33. Et omnes funiculi eius non rumpentur: & Ezech. uicesimoseptimo.

Quæ

Quę obuolutę & aſtrictę erant funibus.

חבל Parturiuit, ſeu peperit: Pſalmo ſeptimo. Ecce parturit iniuſticiam. Inde partus חבל Iſaiæ 66. Antequam ueniret partus eius: & Canticorum octauó, pro eo quod nos habemus, Ibi corrupta eſt mater tua: ibi uiolata eſt genitrix tua, Hebręi legunt, Ibi parturire iuſſa eſt. Inde nomen ſcilicet חבל Dolor, fortaſſe à pariendo dictus: Iſaiæ 13. Torſiones & dolores tenebunt. חובל Nauta ſeu patronus nauis, qui gubernator dicitur: Ezechielis 27. Sapientes tui Tyre fuerunt in te, qui ſunt gubernatores tui: dictus fortaſſe à funibus regendis in naui: à quibus & arbor nauis quam malum dicunt ita nominatur. תחבולה Verſutia, conſilium, aſtutia, malum ingenium: ut Prouerbiorum 12. Conſilia impiorum eſt fraudulentia. חבל Cuneus, ſocietas, congregatio, conuentus, grex: primo Regum decimo. Obuiūm habebis gregē prophetarum. Et eodē: Et ecce cuneus prophetarum: & pro eo quod nos legimus Pſalmo 119. Funes peccatorum circumplexi ſunt, uerius exponunt, cateruæ peccatorum. חבלים Præſidens & caput alicuius conuentus ſeu congregationis, ſed translatio Septuaginta ſicut & translatio noſtra legit funiculos, Zachariæ undecimo. Et alterā uocaui funiculos: quod exponunt uel à dolore, uel à malo ingenio, uel à deuaſtatione, ſcilicet regem malum. Exponunt autem Zachariam ſic: unam uocaui Noam, id eſt, dulcorem non decorem, intellige ſacerdotē, & aliam uocaui hoblim, id eſt, regem: ſic Dauid Kimhi in libro de radicibus.

* חבצלת Roſa, flos, Canticorum ſecundo. Ego flos campi.

* חבק Amplexus eſt: Eccleſiaſtis tertio. Tempus amplexandi & tempus longe fieri ab amplexibus. Significat & complicare, eiuſdem quarto. Stultus complicat manus.

[illegible] Hinc nomen חבוק complexus.

* חבר Coēgit, congregauit, coacervauit, collegit, coniunxit, ſociauit: Geneſis 14. Omnes hi conuenerunt in uallem ſylueſtrem, pro congregauerunt: & Exodi 28. Duas oras iunctas habebit. Inde חבר Socius, particeps: Pſalmo 119. Particeps ego ſum omnium timentium te. Et in fœminino genere חברת ſocia & particeps. Malach. 2. Et hoc particeps tua. חבר Incantauit. Deuteronomij 18. Ne ſit maleficus nec incantator, & Pſalmo 58. Et uenefici incantantis ſapienter: pro quo Hieronymus, Nec incantatoris incantationes callentis: & Iſaiæ 47. Sta cum incantatoribus tuis. Item in eodem: propter duriciam incantatorum tuorum uehementem.

חבורה Tumor uel liuor carnis, Exodi 21. Liuorem pro liuore: quod alio in loco translatio noſtra cicatricem uertit, Pſalmiſta. Putruerunt corruptæ ſunt cicatrices meæ. Dicit autem ſic ſecūdum magiſtros Hebręorum, quod in tali percuſſione cōgregetur ſanguis, & talis cōiunctio ſanguinis poſtquam diu perſtat, apparet diuerſis maculis. חברבורה Maculā, uarietas, & uidetur à ſuperiori deriuatum geminato medio. Ieremiæ 13. Aut pardus uarietates ſuas,

* חבש Vinciuit, ligauit, translatio noſtra habet impoſuit: Exodi uiceſimonono. Et impones eis mitras, ſed rectius

Isaię 30. In die qua alligauerit dominus uulnus populi sui.

※ חֲבַת Patina siue patella: quod assu mit quandoque mem in principio מַחֲבַת de quo supra. חֲבַת Frixorium, sarta go, ubi carnes friguntur, 1. Paralippame non 9. Pręfectus erat eorum quę in sar tagine frigebantur.

※ חָגַג Tripudiauit, festiuauit, cele brauit, feriauit: Leuitici uicesimotertio, Celebrabitis ferias domini septem die bus: & infrà. Celebrabitisque solennitatē eius. Item & mense septimo festa cele brabitis: ubi חַג significat ferias, solēni tatem & festa. In plurali חַגִּים

※ חָגָא Pauor, tremor, Isaiæ deci monono. Et erit terra Iuda Ægyptijs in pauorem.

※ חָגָב Bruchus, alij dicunt locusta: translatio nostra uarie traducit, scilicet pro locusta bruchum & econuerso: Le uitici undecimo, atque locusta, singula se cūdum genus suum: ubi paulo ante pro אַרְבֶּה posuit bruchum, ut est bruchus in genere suo: quod tamen frequentissi me locustam uertit. Exodi decimo. Et di uersa esse indicat animalia; Ioëlis primo. Residuum locustę comedit bruchus: sed Rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus determinat quod locusta sit genus, & bruchus species eius. Aliqui dicunt hoc uocabulum etiam significare lūbos, dor sum, seu posteriora hominis. Ecclesiastis duodecimo. Impinguabitur locusta: quod ipsi exponunt, onerabitur dorsum.

※ חָגָה Scissura, rima, foramē, cauer na: Canticorum secūdo. Columba mea in foraminibus petræ: & in Abdia: habi tantem in scissuris petrarum, ubi in nu mero plurali mutatur he finale in uau ה חַגְוֵי quod est notandum, & Ionathan Chaldęus in sua translatione Chaldaica uertit, inter duas petras.

※ חָגַר Circumdedit, cinxit, circum ligauit: Exodi uicesimonono. Cingesque eos baltheo, Aaron scilicet & liberos e ius. Et eiusdem duodecimo. Renes ue stros accingetis: & Ezechielis septimo, accingent se cilicijs: pro quo Hebręi, In duent cilicia siue saccos. Significat & cō trahi & constringi: ut secundo Regum uicesimosecundo. Et cōtrahentur in an gustijs suis: pro quo Hebræi, & clauden tur in uinculis suis: hoc idem ponitur in libro Psalmorum per metathesin litera rum Psalmo decimooctauo. Et claudica uerunt à semitis suis, pro quo Hebręi: & formidabunt à claustris suis. Sed recte Claudicauerunt secundum linguā Chal daicam cata metathesin.

חֲגוֹר חֲגוֹרָה Hinc & מַחֲגֹרֶת cingulum, cinctorium.

※ חָדַד Acuit, agilitauit, uelocita uit, Habacuk primo. Et ueliociores lu pis uespertinis. Prouerbiorum uicesimo septimo. Ferrum ferro acuitur, & homo acuit faciem amici sui. Inde nomen uer bale Isaiæ quadragesimonono. Et posuit os meum quasi חֶרֶב חַדָּה gladiū acutū.

※ חָדָה Gauisus seu lætatus est, Exo di decimooctauo. Lætatusque est Iethro super omnibus bonis: & Psalmo uicesi moprimo. Lætificabis eum in gaudio: ubi quidam libri hebraice impressi uitio librariorum habēt, uiuificabis eum, sed male, hoc etiā modo exponunt magistri Hebręorū uersiculū Iob 3. Non cōputet in diebus anni, sic. Non gaudeat diebus anni. Hinc nomen חֶדְוָה gaudium Nehemię octauo.

* חָדַל Desijt, cessauit, dereliquit, dimisit, Genesis quadragesimoprimo, pro eo quod Hieronymus rhetorice circumloquendo traduxit, Et copia mensuram excederet: hebraica ueritas legit sic. Usque ad id quod desijt numerari, quoniã non erat numerus. Iob tertio, Ibi impij cessauerũt à tumultu. Inde nomen חָדֵל terminus: finis, nouissimus: ut Isaię quinquagesimotertio, despectum & nouissimum uirorum. Inde חֶדֶל nomen substantiuũ cessatio, pro quo Hieronymus quietem transtulit, Isaiæ tricesimooctauo. Non aspiciam hominem ultra & habitatorem quietis sed Septuaginta uerbaliter traduxerunt sic: non uidebo hominem adhuc cum habitantibus: cessauit generatio mea: ut sit punctus post habitantes, quod est contra linguæ hebraicæ proprietatem: ubi ipsa orthographia requirit post se genitiuum.

* חֵדֶק Spinę genus, quod translatio nostra paliurum nominat. Micheę septimo. Qui optimus in eis est, quasi paliurus.

* חֶדֶר Cubiculum: tertio Regum uicesimo. In cubiculum quod erat intra cubiculum: & reperitur positum more aduerbij ad locum, quod denotat ultimum he quo scribitur, Genesis quadragesimotertio. Et introiens cubiculum fleuit. Ponitur quandoq; pro penetralibus & partibus interioribus, ut Iob nono. Et interiora austri. Scribit namq; Rabi Abraham Ezraides, quod sunt quędã stellæ in parte meridionali, quæ cũ non uideantur ab aquilonaribus, nominãtur penetralia seu interiora austri, ut sunt stellæ antarcticę, de quibus hoc loco Iob mentionem facit.

* חָדַשׁ & חִדֵּשׁ Renouauit, instaurauit, Isaiæ sexagesimoprimo. Et instaurabunt ciuitates desertas: & Psalmo centesimo tertio. Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Inde חֹדֶשׁ nomen deriuat Ecclesiastis primo. Nihil nouum sub sole, & dicitur sic mensis propter nouam lunam quę facit initium mensis cuiuslibet apud Hebręos, sicut & latini mẽsem à græco mene, id est, luna dixerunt: & singuli triginta dies dicuntur חֹדֶשׁ & potissimum primus dies mensis eodem uocatur nomine, quem nos kalendas appellamus: ut Ezechielis quadragesimosexto. Et adorabit populus terrę ad ostiũ portę illius in sabbatis & in kalendis coram domino, ubi pręsens nomen ponitur de quo agimus.

* חוֹב Debitor: Ezech. 18. Pignus debitori reddiderit.

* חוּג Circuiuit gyrauit, circinauit. Inde חוּג sphera, circulus, gyrum, circinus. Isaiæ quadragesimoquarto. Et in circino tornauit illud: & eiusdem quadragesimo. Qui sedet super girum terrę: & Prouerbiorum octauo: quando certa lege & gyro uallabat abyssos.

* חוּד Proposuit ænigma, problema, exemplum, in quo aliquid arcanum latet quod difficile explicatur: ut Iudicũ decimoquarto. Proponam uobis problema: & infra, Propone problema tuũ. Inde חִידָה ænigma, siue arcanum problema, ut in loco prænominato.

* חָוָה Ostendit, explanauit, enunciauit, ut Iob decimoquinto. Ostendam tibi audi me: quod aliter paulo ante interpretatur Hieronymus eiusdem decimotertio. Et ænigmata percipite auribus uestris, pro אַחֲוָתִי enunciationes

 meas

meas. aleph enim hoc loco in principio assumptum facit nomen uerbale, in superiori autem primę personę futuri temporis est indicium.

* חוז inde מְחוֹז assumit in principio mem, & significat, regio, finis, ducatus, portus. Psalmo centesimo septimo. Et deduxit eos in portum uoluntatis eorum, id est, ad finem uel locum.

* חוֹחַ Spina, de quo supra: ut Canticorum secūdo. Sicut lilium inter spinas. In plurali חֲוָחִים 1. Regum 13.

* חוט Filum. Hieronymus traduxit uitta. Cāticorum quarto. Sicut uitta coccinea labia tua: sec. Genesis decimoquarto, interpretatus est, à filo subtegminis usq; ad corrigiam.

* חיל Anxiatus est, contremuit, parturiuit, doluit: Isaiæ 23. Non parturiui et non peperi, Isaiæ 54. hinni quæ non pariebas. Et Micheæ 4. Dole & satage filia Sion: & Psalmo 114. pro eo quod legimus, A facie domini mota est terra, Hieron. de hebraica ueritate sic: A facie domini contremiscit terra: Hebræi sic, A facie domini parturita est terra: cui non absimile legitur Psalmo 97. Vidit & cōmota est terra: & transfertur pro cruciatu instar dolorū parturientis, Ioëlis 2. A facie eius cruciabuntur populi. Inde uerbum transitiuum secundum, contremiscere fecit: ut Psalmo uicesimonono, Vox domini concutientis desertum & cōmouebit dominus desertum Cades & geminat lamed. חולל Obstetricauit, præparauit partum: Psalmo 29. Vox domini prępārātis ceruos: pro quo Hieronymus de hebraica ueritate, Vox domini obstetricans ceruos. Inde legit Iob 39. parturientes ceruas obseruasti,

חִיל Dolor, Psalmo 48. Ibi dolor sicut parturientis. Inde uerbum Isaiæ 23. Dolebunt cum audierint.

* חַלְחַל Doluit, consternatus & dolore cōmotus est: ut Esther 4. Quod audiens consternata est, geminatio scilicet uerbo. Inde חִיל nomen angustia, dolor, Isaiæ uicesimoprimo. Et angustia possedit me.

* חָלַל Detraxit, infirmauit, trūcauit, interemit: ut Isaię uicesimotertio. Vt detraheret superbiam omnis glorię. Inde nomē uerbale חוֹלֵל & חָלָל truncatus, uulneratus, interfectus: ut Threnorum secundo. Quasi uulneratus in plateis: & eiusdem 4. Melius fuit occisis gladio.

חָלַל Violauit, contaminauit, polluit, prophanauit: ut Threnorum 2. Polluit regnum & principes eius, Malachię 2. Violans pactum patrum nostrorum: & infra eodem. Contaminauit Iudas sanctificationem. Inde חָלִילָה id est, absit tanquam pollutum atq; prophanum. Genesis 18. Absit à te. Significat etiam facere aliquid cōmune & publicare: ut Deuteronomij uicesimo. Plantauit uineam & nec dum fecit eam cōmunem, id est, publicauit. Inde חֲלָלָה dicitur Leuitici 22. Meretrix, uile prostibulum, id est, publica.

* חָלַת Cecidit, conquieuit, metatus est, uenit, moratus est: secundo Regum tertio. Et ueniat super caput Ioab: & Ieremiæ 30. In capite impiorum cōquiescet. In alio loco traduxit ueniet, ut eiusdem 23. Et tempestas erumpens super caput impiorum ueniet: & Threnorum quarto. Et non acceperūt in ea manus: quod Hebręi exponunt, Et non metata sunt in ea castra, uel non quieuerunt seu morabantur

bantur in ea loca, quia in momento & absq; mora subuersa est Sodoma, ut in eodem uersu patet, & secundum hanc interpretationē exponit Rabi Ionas hūc uersum Ecclesiastis quinto, Est & alia infirmitas pessima sic, Est & malum ueniens uel cadens scilicet in hominem.

.. Kimhi huius radicem ponit חול sine he, sicut & sequentis dictionis.

חלה Expectauit, sperauit. Micheæ primo, pro eo quod nos legimus. Quia infirmata est in bonum. Rabi Ioseph, pater Dauidis Kimhi, & multi Iudæorum traduxerunt. Quia expectauit uel sperauit ad bonum, & Genesis octauo. Expectaui autem ultra septem diebus, quod per prothesin iod & apocopen he sæpius inuenitur.

חולל Fecit, formauit, creauit, Psalmo nonagesimo. Aut formaretur terra & orbis. Inde nomen מחולל uerbale. Deuteronomij tricesimosecundo. Oblitus es domini creatoris tui: & Psalmo 51. Ecce enim iniquitatibus conceptus, pro factus seu formatus sum.

חול Arena, Iob sexto. Quasi arena maris hæc grauior appareret, & primo Regum tredecimo. Sicut arena quę est in litore maris. חול Profanum, laicum: primo Regum uicesimoprimo. Non habeo laicos panes ad manum.

חול Assumit mem in principio & quandoq; he in fine מחולה & significat chorū. Exodi decimoquinto. Egressæq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris: & Canticorum septimo. Quid uidebitis in Sulamite nisi choros castrorum: quod quidam ab instrumento musico deriuari putant, ut infra.

חום Rufum, fuscum: ut Genesis tricesimo. Et quod[illegible]cumq; rufum & maculosum, de quo pleni[illegible]s infra.

חוס Misertus est, [illegible]epercit, curauit, pro quo Hieronymus [illegible]luit interpretatus est, Ionæ quarto. T[illegible]doles super hederam: quod Septuaginta uer[te]runt sic, Tu pepercisti super cucurbita: sed melius sequitur. Et ego non parcam Niniue: & Psalmo septuagesimosecundo. Parcet pauperi & inopi, ubi Hebræi exponunt sic, Miserebitur super pauperem & inopem.

חוץ Extra, præter: Genesis decimonono. Eduxerunt eum & posuerunt extra ciuitatem: & Ecclesiastis secūdo, pro eo quod legimus, Quis ita deuorabit & dilitijs affluet ut ego: hebraica ueritas habet, plus pręter me. חוץ Platea, Ieremiæ septimo. Et in plateis Ierusalem. Inde חיצון atrium exterius quam nos curiam uocamus. Ezechielis quadragesimoquarto. Cumq; egredientur atrium exterius, quod assumit he in fine. & quandoq; ponitur sine he.

חור Album seu candidum: quod Hieronymus traduxit hyacinthinum, Esther octauo. Fulgebat uestibus regijs hyacinthinis uidelicet & aërijs: & eiusdē primo. Aërij coloris & earbasini. Alio loco transtulit farinam, fortasse propter eius albedinem. Genesis quadragesimo. Quod tria canistra farinæ haberem, quod tamen quidam Iudæorum ita transferunt, Tria canistra alba, hoc est, ex uirgultis & uiminibus decorticatis & albis facta: de quorum numero est Dauid Kimhi in libro de radicibus. Partim uero putant ea sic dici à foraminibus, eo quod tales corbes uirgultis con-

texti sint foraminosi: & hos sequitur Nicolaus de Lyra, eo quod חוּר etiam foramen significat, ut patebit. חוּר Optimus quisque, & liberalissimus. Significantur enim principes capitanei & magnates hoc nomine: ut Ieremiæ uicesimoseptimo. Et omnes optimates Iuda & Ierusalem, qui apud Arabes Ioben quasi candidati dicuntur. חוֹר Spelunca, foramen: Canticorum quinto. Dilectus meus misit manum suam per foramen. Et Nahum secundo. Et impleuit præda speluncas suas.

* חוּשׁ Festinauit. Deuteronomij tricesimosecundo. Et adesse festinant tempora: & Psalmo septuagesimo. Domine ad adiuuandum me festina. & Psalmo centesimo decimonono. Paratus sum et non sum turbatus: quod Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate melius traduxit. Festinaui & non neglexi. Inde nomen חוּשִׁים uerbale festinantes: pro quo translatio nostra habet accincti. Numeri tricesimosecundo. Nos autem ipsi armati & accincti. Et Ecclesiastis secũdo, pro eo, quod nos legimus. Quis ita deuorabit & delicijs affluet ut ego: Hebræi exponunt, quis comedet & quis agilior festinantior aut promptior est plus quam ego: Hinc nomen חִישׁ festinatio, Psalmo nonagesimo.

* חֲזִיז Apparẽtia macularum in uarietate nubium tempore pluuiæ, quam Septuaginta interpretati sunt phantasiã. Zachariæ decimo. Dominus fecit phantasias & pluuiam hiemalẽ dabit eis: pro quo translatio nostra legit, Et dominus faciet nubes et pluuiã imbris dabit eis: ubi Hieronymus ait. Nescio quid uolẽtes Septuaginta phantasias interpretati sunt: sed Dauid Kimhi in cõmentarijs super duodecim causam qua moueri potuerunt assignat, quod à uisione talis dicta est apparitio in nubibus. Nam חָזָה uisionis uerbum est, ut infra sequitur, sicut & apud Græcos à phanizo, id est, appareo, uenit deriuatiuũ uerbum à quo phãtasia & phantasma, id est, apparitio.

* חָזָה Speculatus est, uidit, contemplatus est: Psalmo quinquagesimooctauo. Lætabitur iustus cum uiderit uindictam. Hinc olim prophetæ חוֹזִים uidentes uocati sunt. Hinc etiam מַחֲזֶה חָזוֹן חִזָּיוֹן uisio.

חָזֶה Pectus: ut Exodi uicesimonono. Sumesque pectusculum de ariete: & pluraliter חָזוֹת Leuitici nono. Pectora eorum & armos.

* חָזַק Confortauit, consolidauit, fortitudinem addidit, uim intulit, oppressit. Psalmo centesimo quadragesimoseptimo. Quoniam confortauit seras portarum tuarum: & Isaiæ quinquagesimoquarto. Et clauos tuos consolida: & Exodi duodecimo, urgebantque Ægyptij populũ, & Genesis quadragesimoprimo. Nam & illos oppresserat fames: quod Hebræi legunt. Et inualuit fames in terra Ægypti. Inde fortis & fortitudo & cætera secundum artem grammaticam. Est præsens uocabulum ualde latum. Nam חָזַק in kal significat inualescere, præualere: & in piel חִזֵּק fortificare, roborare, & הֶחֱזִיק in hiphil fortiter tenere seu apprehendere: Hinc חָזָק fortis, uirilis, חֶזְקָה חָזְקָה & חֹזֶק robur, fortitudo.

* חֲזִיר Sus. Leuitici 11. Et sus quæ cũ ungulam diuidat non ruminat.

* חָטָא Peccauit; ut Iosuæ septimo. Pecca-

Peccauit Israël. Inde monosyllabice ח חֵטְא peccatum: Threnorum 1. Peccatũ peccauit Ierusalem: ubi caret aleph, sicut alias sæpe: & recipit terminationes ut in arte. Inde significatur etiam expiatio & sacrificium expiationis seu purgationis. Numeri 31. Et aliquid in utẽsilia prępararatum de caprarum pellibus & pilis & ligno expiabitur.

Nomina hinc deriuata sunt, חֵטְא חוֹטֵא חַטָּא peccator, חַטָּאָה & חֵטְא peccatum, חַטָּאת oblatio pro peccato: & uerbaliter חִטֵּא expiauit à peccato: Ezechielis 43.

* חָטַב Secuit, excidit, scidit, cædebat: Deuteron. 29. Exceptis lignorũ cæsoribus. A quo nomen חוֹטֵב cęsor.

* חִטָּה Frumentum, triticũ: Isaię 28. Et ponet triticum per ordinem. Et Ioëlis primo. Vlulauerunt uinitores super frumento.

* חָטַם Obstruxit, occlusit, obturauit, quod Hieron. interpretatur frenauit: Isaiæ 48. Et laude mea infrenabo te: sed Hebręi exponunt hoc de furore, ira, & magnanimitate, quam flatus narium indicat. ut de equis scribit Virgilius 3. georgicon. Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem. Vno enim uocabulo Hebręi & nares & furoris fremitũ significari uolunt, scilicet אַף similiter autẽ & חוֹטֶם nares quoq; & furorem significat, ut docet Rabi Dauid Kimhi in commentarijs super Isaiam & in libro de radicibus. Vnde magistri Hebręorum sic traducunt prędictũ uersiculũ. Et propter laudẽ meã obturabo nares tibi, id est, cõtinebo tibi furorẽ meum ad laudẽ meã.

* חָטַף Rapuit cum uelocitate motus: Psalmo 10. Insidiatur ut rapiat pauperẽ rapere pauperem dũ attrahit eum.

* חֹטֶר Virga: Isaiæ 11. Egredieť uirga de radice Iesse: & Prouerb. 14. In ore stulti uirga superbiæ: quod Rabi Ionas exponit, propter uerba quę loquitur stultus, ueniet super eũ uirga superba: hoc est, procera, qua dabuntur in eum grandes percussiones.

* חַיִּים Vita: Genesis 23. Vixit autẽ Sara, quod Hebręi legũt, Erant uitę ipsius Sarę 127. anni. Inde חַי uerbũ, id est, uixit. Genesis 11. Porro Arphachsad uixit triginta quinq; annos. Inde חַי aduerbium iurandi, Numeri decimoquarto. Viuo ego & implebiť gloria dñi uniuersa terra. Et eodẽ modo 1, Regum 25. Viuit dñs & uiuit anima tua. Significat etiam uiuus uel uiuẽs: ut Isaię 38. uiuens uiuens ipse cõfitebitur tibi: & Psalmo 55. descendant in infernũ uiuentes. Et ut ait Rabi Iuda, omniũ illorum primitiuũ est חָיָה ut Genesis 12. Et uiuat anima mea. Inde חַיָּה animans, fera, bestia, animal. Genesis 37. Fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph: ubi hebraica ueritas habet, Bestia mala comedit eum, rapiens rapuit Ioseph. Et per continuitatẽ lectionis mutat he in thau, ut חַיַּת Genesis 1. Vt sint uobis in escam & cunctis animãtibus terrę, pro, omni animali terrę, & plural. חַיּוֹת Ezechielis 1. Et animalia ibant & reuertebantur. Inde nomen propriũ חַוָּה Hauah, quod nos dicimus Eua secundũ Gręcos, qui suas aspirationes non pronũciant fortiter. Sic autẽ diciť, eo quod sit mater omniũ uiuentium, ut dicit scriptura, in quo uocabulo mutatur iod in uau, ut sępe alias.

* חַיִל Robur, uirtus, fortitudo, exercitus; Ezech, tricesimoseptimo. Exercitus grandis

grandis nimis ualde: & Pſalmo 22. Fiat pax in uirtute tua. Et Iſaiæ 60. Fortitudo gentium ueniet tibi: & Ioēlis ſecundo. Ficus & uinea dederunt uirtutem ſuam, quod Septuaginta tranſtulerunt fortitudinem ſuam. חַיִל Subſtantia, diuitiæ, mammon: Iſaiæ tricesimo. Portantes ſuper humeros iumentorum diuitiàs ſuas. ... Hæc forma ſolū inuenitur in regimine & plurali, abſolute autem ſcribitur haijl ut prius.

חֵל Reperitur ſine iod quandoq́, & ſignificat etiam cōgregationē ſiue exercitum, ſicut ſuperius poſitum cum iod: ut Abdiæ ultimo. Et tranſmigratio exercitus huius filiorum Iſraēl. חֵיל Paruus murus, uel antemurale: Threnorū ſecundo, Luxitq́ antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt.

* חִין Gratia: oratio, deprecatio: ut Iob quadrageſimoprimo. Et ad deprecādum compoſitis. Rabi Iona ſcripſit hoc uocabulum inter primitiua, & interpretatur firmitatem ſeu ualiditatem, quaſi diceret dominus ipſi Iob: non obmuteſcam mendacijs ſuis & uerbis potētibus, & ualida compoſitione ſua: ſic enim hebraice legitur. Alij uero grammatici Iudæorum deriuatum putant ab חָנַן ut infra patebit per interpoſitionem iod, ut in alijs pluribus fieri ſolet.

* חַיִץ Sepes, murulus, paries: ut Ezechielis tredecimo, & ipſe ædificabat parietem.

* חֵיק Medietas, ſinus: ut Iſaiæ ſexageſimoquinto. Retribuam in ſinu eorū, & tertio Regum uiceſimoſecundo. Fluebat autem ſanguis plagæ in ſinum currus: quod Hebræi exponunt, In mediū ſeu concauitatem ſiue profundū currus; cui applaudit translatio Chaldaica Ionathæ.

* חֵךְ Palatum, guttur: Canticorum ſeptimo. Guttur tuum ſicut uinum optimum. & Oſeę octauo. In gutture tuo ſit tuba: & Threnorum quarto. Adheſit lingua lactentis ad palatum eius. חַכָּה Hamus Iſaię decimonono. Et lugebunt omnes mittentes in flumen hamum: & Iob quadrageſimo. Leuiathan hamo.

חִכָּה Expectauit: ut Iſaię triceſimo. Beati omnes qui expectant eum, & Habacuk ſecundo. Si moram fecerit expecta illum. Frequentius autem inuenitur in piel.

* חִכְלֵל Candidauit, fucauit, colorauit, ornauit, illuſtrauit. Hinc חַכְלִיל adiectiuum, ut Geneſis quadrageſimonono. Pulchriores ſunt oculi eius uino, id eſt, colore illuſtriori: & ſcribit Moſes Nehemanides Gerundenſis clariſſimus Hebræorum autor in pentateucho ſuo de hac dictiōe, quod per metatheſin primarum literarum & geminato l à uerbo כָּחַל oriatur, quod ſignificet rubeſcere oculos ex potu uini, licet aliter translatū ſit Ezechielis uiceſimotertio. Circumliniſti ſtibio oculos tuos.

* חָכַם Sapuit, uel ſapiens fuit: ut Prouerbiorum nono. Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris, pro eo quod hebraice legitur. Si ſapias, ſapias tibi ipſi. Inde ſapiens & ſapientia, ut in arte grammatica. חָכָם ſapiens, חָכְמוֹת ſapientia.

* חַל Placenta, panis, torta, aſſumpto he in fine, uel per continuitatem lectionis thau pro he חַלָּה & חַלַּת quod Hieronymus collyrida interpretatur, ſecundo Regum ſexto: Singulis collyridā panis unam, Sunt autem חַלּוֹת placētę, lagana

lagana,collyridę,diuersę species panum apud Hebręos, ut scribit Rabi Salomon Leuitici septimo. Et collyridas olei admixtione conspersas panes quoq; fermentatos.

* הל Assumpto he in principio החל cœpit,incœpit,ut 1.Regum 3. Incipiam & complebo: & paulò superius. Et oculi eius caligauerant: pro quo Hebręi legunt, cœperunt caligare seu tenebrescere. Et Genesis 4. Iste cœpit inuocare nomen domini: pro quo legunt Hebręi: tunc cœptū est ad uocandū nomen domini, & 1. Regum 22. Num hodie cœpi pro eo cōsulere dñm. Inde nomē uerbale תחלה id est, exordium, principiū, initium: ut Prouerbiorum 9. Principiū sapientię timor domini.

* חלל Infirmatum est, languit, conturbatus, uulneratus, interfectus, occisus est: Psalmo 109. Cor meum conturbatum est intra me: quod Hieronymus de hebraica ueritate traduxit, Cor meū uulneratū est intrinsecus: & Ezech. 21. Vt daretis super colla חללים uulneratorum: & Threnorum 4. Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame.

חליל Instrumētum musicum, quod translatio nostra tibiam nominat, Isaiæ 30. Et lætitia cordis sicut qui pergit cum tibia. Inde מחלל buccinator seu tibicen, ut tertio Regum primo. Canentiū tibijs & lętantium.

* חלון Fenestra: ut Genesis 26. Prospiciens Abimelech rex Palestinorū per fenestram: & pluraliter declinatur חלונים חלונות masculine ac fœminine. Nam in masculino genere ponitur: 3. Regum 6. Fecitq; in templo fenestras obliquas, at uero in fœminino Ezechielis 40. Et fenestras obliquas in thalamis.

* חלאה Rubigo æris secundum translationem Septuaginta & nostram. Sed quidam Hebręi putant esse spumā. Ezechielis uicesimoquarto. Ollę cuius rubigo in ea est.

* חלב Lac: ut Isaię quinquagesimoquinto. Emite absq; argento & absq; ulla commutatione uinum & lac. חֵלֶב Adeps, scribitur quinq; punctis. Leuitici septimo. Qui obtulerit sanguinem & adipem, & pluraliter masculine חלבים ut eiusdem octauo, Posuit super adipes. Significat autem pingue animalis, quod Onkelus in translatione Chaldaica indicat. Genesis quarto. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum: pro quo Chaldęus: et de pinguedine eorum. חלבנה Galbane, aroma: Exodi tricesimo. Sume tibi aromata, stacten & & onycham, galbanen boni odoris.

* חלד Substantia, uita: ut Psalmo 39. Et substātia mea tanquam nihilum ante te: quod Hieronymus de hebraica ueritate traduxit. Et uita mea quasi non sit in conspectu tuo. Sed Hebręi tradunt significari hoc uocabulo quandam durationem certi temporis. חלד Mustela. Leuitici undecimo. De ijs quę mouētur in terra mustela & mus.

* חלה Languit: ægrotauit. Isaiæ 39. Audierat enim quod ęgrotasset & cōualuisset: & Canticorum 2. Quia amore langueo. Inde nomen geminatum ה חלחלה defectio, ęgrotatio, anxietas. Nahum secundo. Et defectio in cunctis renibus.

. Hinc nomina, חלי & חולי infirmitas, חולה infirmus, ægrotus.

חָלָה Orauit, Exodi 32. Moses autē orabat dominum deum suum. חֲלִי Monile, & accipit terminationem he uel thau. Oseæ secundo. Et ornabatur inaure sua & monili suo: & mutat iod in aleph, ut Canticorum septimo. Iuncturę fœminum tuorum sicut monilia, ubi scribitur חֲלָאִים

חָלַט Vsurpauit, appropriauit, rapuit, tertio Regum uicesimo. Rapuerūt uerbum ex ore eius.

חֵלֶךְ Pauper: ut Psalmo decimo. Oculi eius in pauperem respiciūt. Item in eodem. Tibi derelictus est pauper: & scribitur in fine per paragogen he, ut חֵלְכָה Nam quod præcedit, scilicet cadet cum dominatus fuerit pauperum, non uidetur esse recta trāslatio: est enim illic חֵלְכָאִים dictio cōposita, quasi congregatio dolentium & oppressorum, secundum Dauid Kimhi in libro de radicibus.

חָלַם Somniauit: Gen. quadragesimo primo. Vidi somnia nec est qui edisserat, pro quo Hebręi legūt. Somnians somniaui, & interpres nō est illius. Hinc חֲלוֹם somnium. חָלַם Saginauit, impinguauit, augmentauit, roborauit, confirmauit: Iob tricesimo nono, pro eo quod ibi legimus, Separantur filij earū: Hebręi habent, Roborantur filij earum, id est, crescunt & augentur. חַלָּמוּת Vitellum oui, scilicet pilula rubea quę in ouo extat. Nam album id clarum'q; quo uitellum circumdatur ריר nomināt. Iob sexto, ubi nescio quonam motus trāslator noster sic uertit, aut potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem, cum nihil horum in hebræo ponatur, Nec etiam sequens uersiculus, sed loco eius ueritas sic habet: An extat sapor in albo uitelli, quod quidem album excellens medicus Rabi Ishac exponit sputamen crassum seu phlegma oui, quod insulsum nauseamus. Magistri namq; Iudęorum de ouo sic dicere consueuerunt Extra חֶלְבּוֹן intra חֶלְמוֹן id est, extra albugo, intra uitellum. Vnde quidam putant nominari lapidem אַחְלָמָה de quo in litera aleph, qui lapis est tertius tertij uersus siue ordins rationalis iudicij, ut Exodi uicesimo octauo. In tertio ligurius, achates, & amethystus.

חַלָּמִישׁ Silex, petra, saxum forte, durum: Deuteronomij octauo. Qui eduxit riuos de petra durissima, ubi per endyadis figurā duobus uocabulis idem dicitur, quasi diceret petra silex, quod uno uerbo cōplectitur Isaias capite quinquagesimo. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam.

חַלּוֹן Fenestra. Ieremiæ uicesimo secundo. Qui aperit sibi fenestras: de quo supra in חלל

חָלַף Præteriuit, trāsijt, mutauit. Canticorum secundo. Himber abijt & recessit: & Iob nono. Pertransierūt quasi naues: & Psalmo nonagesimo. Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat, inde uerbum transitiuum secūdum חֶחֱלִיף Genesis tricesimo secundo. Ac mutate uestimenta uestra: & Psalmo cētesimo secundo. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur. Inde חֲלִיפָה uestis mutatoria & cætera deriuata quæ alterationem & innouationem significant. חֵלֶף Pro, sic dictum à commutatione unius pro altero. Numeri decimo octauo. Quia precium est pro ministerio quo seruitis, & est scribendum sex

punctis

punctis ſecundum Iudæorum grammaticos. חָלַף Incidit,percuſſit,perforauit:Iudicum 5. Et tempus ualide perforans:& Iob 20. Fugiet arma ferrea & irruet in arcum æreum, pro quo ueritas habet,Et percutiet eum arcus ęreus.

מַחֲלָף Culter,ut Ezræ primo. Cultri uigintinouem, ab incidendo ſic dicti ut ſuprà. מַחְלְפוֹת Cincinni ſiue crines. Iudicum decimoſexto. Si ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris.

* חָלַץ Diuiſit,partitus & diſtinctus eſt,ſeceſſit,ablatus eſt:Oſeæ quinto. Et non inuenient,ablatus eſt ab eis. חָלַץ Extraxit,nudauit,ſoluit,oſtendit: Threnorum quarto. Sed & Lamiæ nudauerunt mammam. חָלַץ Eruit, tulit, depoſuit,exuit: ut Deuteronomij uiceſimoquinto. Tollet calciamentum de pede eius:& Leuitici decimoquarto. Iubebit erui lapides in quibus lepra eſt. Inde מַחֲלָצוֹת dictæ ſunt ueſtes mutatoriæ, quæ depoſitis & exutis prioribus induuntur: ut Zachariæ tertio. Et indui te mutatorijs. חִלֵּץ Eripuit, liberauit. Prouerbiorum undecimo. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt,& Pſalmo centeſimo octauo. Vt liberentur dilecti tui, & Pſalmo ſexto. Conuertere domine & eripe animam meam. חָלָץ Lumbus. Iob triceſimooctauo. Accinge ſicut uir lumbos tuos,& Geneſis triceſimoquinto. Et reges de lumbis tuis egredientur. In plurali חֲלָצִים חָלַץ Expediuit in armatura,inde חָלוּץ armatus, quę ambo uno uerſiculo comprehenduntur, Numeri uiceſimoſecundo. Expediti pergite coram domino ad pugnam, & omnis uir bellator armatus &c. Inde armatura & arma bellica. חֲלִיץ Impinguauit,quietauit,quieſcere fecit, incinerauit:ut Iſaiæ quinquageſimooctauo. Et oſſa tua liberabit: pro quo Septuaginta traduxerunt, Et oſſa tua pingueſcent: ſecūdum quod dicitur Prouerbiorum decimoquinto. Fama bona impinguat oſſa. Scribit autem Rabi Dauid Kimhi libro radicum, ſimiliter & in libro commentariorum ſuper Iſaiam, quod magiſtri conſueuerunt hoc uerbum quattuor modis exponere, ſcilicet pro nudare, liberare,quietare,& armare.

* חָלַק Diuiſit,diſtribuit,parauit,impertitus eſt: Deuteronomij quarto, pro eo quod legitur. Quæ creauit dominus deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, ueritas ſic habet: quę diſtribuit dominus deus,& Onkelus Chaldęus interpretatur parauit ſeu deſtinauit: & Ioſuæ decimooctauo. Diuidite uobis terram in ſeptem partes. חֶלְקָה Pars, portio,ager,hęreditas: Amos quarto. Pars una cōpluta eſt, & pars altera ſuper quā nō pluit aruit: pro quo Hebręi quidam ager dicūt, ſed rectius per apocopen ſic diceretur. חֵלֶק Ager,campus: ut quarto Regum nono. Ieſabel quoq; comedent canes in agro Iezraël. חָלַק Mollificauit, leniuit, blanditus & adulatus eſt,dolo ſuaſit,doloſe egit,ut Pſalmo triceſimoſexto. Quoniam doloſe egit in conſpectu eius:& Pſalmo quinto. Linguis ſuis doloſe agebāt, pro blāditi ſunt: & Pſalmo quinquageſimoquinto, pro eo quod nos legimus. Diuiſi ſunt ab ira uultus eius, ueritas habet. Leniuerunt pluſquam butyrum os ſuum. Inde חֲלַקּוֹת blandiciæ ac adulationes, Pſalmo duodecimo. Labia doloſa: quod Hieronymus in Pſalterio de hebraica

ueritate uertit labium subdolũ, sed uerius dicitur labium blandiciarum.

חֲלַקְלַקָּה Lubricum, lene: Psalmo tricesimoquinto. Fiant uiæ illorum tenebræ & lubricum. חָלִיק Lene & non scabrum, quod trãslatio nostra uertit limpidum: primo Regum decimoseptimo. Et elegit sibi quinq; limpidissimos lapides de torrente: dictum à lenitate blãdiciarum metaphorice.

* חָלַשׁ Imbecillis, debilis, oppressus, collisus, infirmatus: Exodi decimoseptimo. Fugauitq; Iosue Amalech, pro debilitauit: et Ioëlis tertio, Infirmus dicat quia ego fortis sum.

* חָמַם Calefactum est, incaluit, ferbuit, Exodi decimosexto. Cumq; incaluisset sol: & Isaiæ quadragesimoseptimo. Non sunt prunæ quibus calefiant. Haggæi primo, Operuistis uos & non estis calefacti. Inde putant deriuari חום rufum & fuscum, ut Genesis tricesimo, de quo supra diximus. Nam ille color denigratione caloris fieri solet, ut scripsit Aristoteles in libro de coloribus, cuius sunt uerba hæc græce: Melana pyrothenta, chroma phinicum, id est, nigra ignita color rufus. Inde hoc nomine חום dicitur æstus: ut Genesis octauo. Frigus & æstus: scribitur tamen hoc cum holem, sed illud superius cum surek.

* חֶמְאָה Butyrum: Isaiæ septimo. Butyrum & lac comedet: & ab eo quandoq; aufertur aleph, ut Iob uicesimonono. Quando lauabã pedes meos בְּחֵמָה butyro, & pluraliter declinatur sicut alia fœminini generis atq; formæ, ut Psalmo quinquagesimoquinto, pro eo quod nos legimus, Diuisi sunt ab ira uultus eius, ueritas habet: Leniuerunt מַחְמָאוֹת plusquã butyra os suum, scribitur enim per aleph.

* חָמַד Concupiuit, desyderauit: Micheæ secundo. Et concupierunt agros: & Exodi uicesimo. Non concupisces domum proximi tui, nec desyderabis uxorem eius: ubi utrunq; significatũ legitur. Inde uenit חֲמוּדָה desyderium, Danielis nono. Quia uir desyderiorum es: & inde deriuationum uariæ formæ quas legendo consequeris.

Hę formæ sunt, מַחְמוּד חֶמְדָּה מַחְמַד & alię quędam.

* חַמָּה Sol, ut Canticorum sexto. Electa ut sol: sic nominatus scilicet propter æstum.

Radix huius nominis est חמם & ob id dagessatur mem. *Idem sentiendum de sequenti dictione.*

חֵמָה Æstus, calor: Psalmo decimo nono. Nec est qui se abscondat à calore eius. חָמוֹת Socer: Genesis tricesimooctauo. Nunciatum est Thamar quod socer illius ascenderet: & paulo post. Misit ad socerum suum, & reperitur generis cõmunis. Ruth primo. Orpha osculata est socrum suam. חֵמָה Ira, furor: Psalmo tricesimooctauo. Domine ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me. חוֹמָה Murus: Canticorum octauo. Si murus est: & infra, Ego murus.

* חֹמֶט Genus animalis immundi, quod translatio nostra lacertam nominat. Leuitici undecimo. Lacerta & talpa omnia hæc immunda sunt. Dauid Kimhi ipsum nominat limacam, cæteri testudinem.

* חָמַל Pepercit, gratulatus eſt, indulſit, miſertus eſt: Ieremię decimoquinto. Quis enim miſerebitur tui Ieruſalē: Malachiæ tertio. Et parcam eis ſicut parcit uir filio ſuo: ubi alĳ exponunt, Et gaudebo ſup eo ſicut gaudet uir ſuper filio ſuo: & Ionathas Chaldęus indulſit interpretatur, Hinc חֶמְלָה indulgētia, idem מַחְמָל Ezechielis 24.

* חַמָּן Imago, truncus ſacer, ſimulacrum: Leuitici uiceſimoſexto. Et ſimulacra ueſtra confringam. In plurali חַמָּנִים ibidem.

* חָמַס Diſſipauit, contempſit, excidit, amouit, rapuit, ſecundū uarias tranſlationes. Nam noſtra translatio habet contempſit, Ezechielis 22. Sacerdotes eius contempſerūt legem meam. Quod Rabi Ionas exponit exciderunt funditus & extirpauerunt, chaldaica translatio Ionathę traduxit rapuerūt ſeu raptim amouerunt ſcilicet eo quod non ſtabilierunt neq; confirmarunt legem, & Threnorū ſecundo. Et diſſipauit quaſi hortū, quod paſſiue aliter traducitur Ieremię decimo tertio, Pollutæ ſunt plantæ tuę. חָמָס Iniuria, iniquitas, rapina: ſecundo Regū uiceſimoſecundo. De iniquitate liberabis me, quod Ionathas Chaldęus traduxit. De manu omnium raptorum. Dauid Kimhi in cōmentarĳs ſuper quatuor exponit. De manu hominū rapinę & iniuriarum. תַּחְמָס Auis immundę ſpecies uesci prohibitæ: quā noſtra tranſlatio noctuam uocat. Sed iuxta thargū Hieroſolymitanum apparet quod eſt genus accipitris ab accipiendo & rapiēdo ſic dictum, & ne ualde à noſtra translatione diſcedam, ego expono accipitrem nocturnum, quem Plinius libro decimo naturalis hiſtoriæ cymindin nominat. Cui ſimilem fuiſſe ſomnum poëtice fingit Homerus, & eam auem lingua deorum Chaldaica nominari aſſerit, libro Iliados decimoquarto. Sic me interprete ſcribens, Chalcida quam ſuperi dicūt hominesq; cymindin.

* חָמֵץ Fermentauit, ſuffiuit: ut Deuteronomĳ duodecimo. Neq; enim poterat fermētari: & ſupra, Tulit igitur populus conſperſam farinam antequam fermentaretur. Inde מַחְמֶצֶת nomen ut ſuperius eodem. Quicumq; comederit fermentatum, & omne fermētatum non comedetis. Significatur etiam eodem nomine ſubacidum ſiue ponticum, quam ſaporis ſpeciem Ariſtoteles in libro de ſenſu drimea uocat, ſcilicet aliquantulum guſtu aſperum, de quo Numeri ſexto. Acetum ex uino & ex quali bet alia potione &c. quod ego de uerbo ad uerbum ita transferrem: Aſperum uini & aſperum ſiceræ non bibet. Nam quod ſequitur, & quicquid uua exprimitur, non eſt de textu: uoluit autem per ſiceram intelligi omnem potum qui non eſt uinum, inebriare tamē poteſt: quem Vlpianus citromum ſeu ceruiſiam appellauit, quo condiendo utuntur lupulo qui cauſam prebet fermentationis & acredinis. Vnde quod in Pſalmo ſeptuageſimotertio, dicitur, quia inflāmatum eſt cor meum, rectius Hieronymus ſic uertiſſet: quia exacerbatum eſt cor meum, quam ut cōtractum in ſuo Pſalterio de hebraica ueritate traduceret.

חָמִיץ Sapidum, grati ſaporis: pro quo Hieronymus poſuit Iſaię triceſimo. Commixtum migma comedent: & Septuaginta interpretes tranſtulerunt, pa-

P 2 leas

leas commixtas ordeo uentilato: sed Rabi Ionas exponit gratum gustui delectabile & amœnum: quomodo solet fœnũ esse iumentis. חוֹמֵץ Violentus, iniquus, nocens: Psalmo septuagesimoprimo. De manu contra legem agentis & iniqui: quod Hieronymus in suo Psalterio traduxit; De manu iniqui & nocẽtis. Hoc uerbo Chaldaica translatio utitur pro eo quod nos habemus confundit, Prouerbiorum uicesimooctauo. Qui autem commessatores pascit confundit patrem suum. Vnde exponunt illud Amos quarto, Et sacrificate de fermentato laudem, aliter scilicet hoc modo. Et suffumigate de uiolentia Sic enim Ionathas chaldaice transtulit, laudem, uel secundũ Aquilam gratiarum actionem. חוֹמֶץ Acetum: Psalmo sexagesimonono. Et in siti mea potauerunt me aceto. חָמוּץ Tinctus, coloratus: Isaiæ sexagesimotertio. Tinctis uestibus de Bozra, quod Septuaginta interpretes uerterunt, Fuluis uestibus de Bosor.

חָמַק Vertit, declinauit: Canticorum quinto. At ille declinauerat, & Ieremiæ tricesimoprimo. Vsq; quo delicijs dissolueris filia uaga, pro quo rectius Septuaginta. Vsq; quo conuerteris filia despecta: & Canticorum septimo. Iũcturæ fœminum tuorum, hoc est, uertebra coxarum: quæ apud Græcos Ischia dicuntur. Vnde morbus ischiaticus quem illiterati sciaticum uocant.

חֶמֶר Vinum merum: Psalmo septuagesimoquinto. Calix in manu domini uini meri, id est, excellentis: & Deuteronomij tricesimosecundo. Et sanguinem uuæ biberent meracissimũ: & Isaię uicesimoseptimo, In die illa uinea meri.

חֵמָר & חֹמֶר Cementum ex calce & arena comixtum, & argilla seu bythumen quo aliqua inter se lutantur, picantur seu ferruminantur: Genesis undecimo. Habuerunt lateres pro saxis, & bithumen pro cemento. Sic Genesis decimoquarto. Puteos multos bithuminis: est & lutum: Exodi primo. Operibus duris luti & lateris. Inde חָמַר uerbum uenit quod à luti similitudine turbare significat & intumescere, Psalmo quadragesimosexto. Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum, quod Hieronymus de hebraica ueritate traduxit, Sonantibus & intumescentibus gurgitibus eius: & duplicatur hoc uerbum more sermonis hebraici, ut Iob 16. Facies mea intumuit à fletu: & Threnorum 1. Conturbatus est uenter meus, sed rectius, Intumuerũt uiscera mea. חֹמֶר Corus, modius. Oseæ tertio. Et coro hordei & dimidio coro hordei: Ezechielis quadragesimo quinto. Vt capiat decimã partẽ cori bathus & decimam partem cori ephi.

[illegible]. Est homer mensura quæ cõplectitur decem mensuras ephi, hoc est, cõtinet secundũ Iudęos 4300. oua.

חוֹמֶר Accumulatio, quia intra se residunt fluctus ut solet in pelago cõtingere, Habacuk 3. pro eo quod dicitur, In luto aquarum multarum, Septuaginta uerterunt, Conturbando aquas multas. Sed magistri Hebræorum exponunt congregationem ex residentia intra se fluctuum, ut astipuletur id quod Psalmo tricesimotertio, legitur, Cõgregans quasi in utre aquas maris, & talem intra se incubantem aceruũ Ionathas etiam in sua translatione chaldaica insinuat. חֹמֶר

Aceruus,

Aceruus, agger: Exodi octauo, Congregauerunt᷑ eas in immensos aggeres.

חמור Asinus, à cumulis & sarcinis ferendis sic dictus: primo Regum decimosexto. Tulit itaq; Isai asinum plenũ panibus, ubi in hebraico deest plenum: & dicitur asinum panum seu sarcinam panum. Et Iudicum decimoquinto. In maxilla asini in mandibula pulli asinarũ deleui eos: quod Hebræorum magistri sic interpretantur: In maxilla asini accumulãtis cumulos seu coaceruantis aceruos in maxilla asini percussi, uel secundũ alios libros necaui mille uiros: & hic sensus ex chaldaica translatione patet. Et quarto Regum sexto. Caput asini 80. argenteis. Inde dici putant יחמור bubalum. Denteronomij decimoquarto. Ceruum & capream & bubalum. Rabi Ionas scribit in lingua punica quoddam animal sic nominari quod maximis capris est simile, quare nostrates Iudæi exponunt gempsen.

חמש Quinq;, & contra morem aliorum nominum terminationes generis transformat, in masculino assumens in fine he aspirationem, ut Genesis quadragesimoseptimo. Extremos quoq; fratrum suorum quinq; uiros constituit: & in fœminino sine he, ut primo Regum uicesimoquinto. Et quinq; arietes coctos. חמש Inguen: ut secundo Regum secũdo. Percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine: & ut Lyra scripsit, est locus corporis humani post quintam costam, ubi uitalia membra latent: cuius expositiõis autor fuit ante Lyram Rabi Iohanan Hebręus, qui dicit eum esse locum in hominis corpore ubi pendẽt iecur & fel: & ad humani pectoris similitudinẽ arma bellica sunt fabricata cum costis & iuncturis ferreis protegentia uirum usq; post inguina, quę quidem arma Gręci thoracas & armatos thorectas appellant: pari modo Hebræi armatos uocant חמושים Exodi tredecimo. Et armati ascenderunt filij Israël de terra Ægypti. חמש Quintam partem imposuit, quasi loquimur decimauit, sic diceremus quintauit, Genesis quadragesimoprimo. Et quintã partẽ fructuũ cõgreget in horrea: quod de uerbo ad uerbũ liceat nobis sic dicere: Et quintauit terrã Ægypti in abundantia annorum fertilitatis: reliqua uerba non sunt de textu ueritatis hebraicæ, pars autem quinta dicitur חמישית Numeri 5. Quintamq; de super ei in quem peccauerit.

חמת Lagena, hydria, uter. Genesis uicesimoprimo. Cumq; consumpta esset aqua in utre. Item superius, Tollens panẽ & utrem aquæ. Sic quidam exponunt uersum Habacuk secundo. Væ qui potũm dat amico suo mittens fel suum & inebrians: aliter & hoc modo: uæ qui potum dat amico eius admouens lagenam tuam ut inebrietur, ubi dictio præsens uarias interpretibus suffecit translationes. Nam Symmachus traduxit thymõ, id est, animum siue furorem à nomine hama de quo superius tractauimus: iuxta quod & illud Deuteronomij tricesimosecundo. Fel draconum uinum eorum. Hieronymus in cõmentarijs Oseę traduxit, Furor draconum uinum eorũ: quod alij putant rectius poculum draconum uinũ eorum. Theodotion uerbum Habacuk superius uertit diffusionem, quinta ędítio subuersionem iræ. Aquila emissionem furoris. Alia ędítio turbinẽ,

alia amẽtiam turbidam. Sed doctissimus Rabi Abraham Ezraides exponit de eo qui calicem leuat, & proximum suum inebriat uino de uase tuo: iuxta uocabulum quod eodem modo legitur Oseæ septimo. Cœperunt principes furere à uino: quod ipse & Dauid Kimhi enunciãt utrem seu lagenam de uino, id est, plenã uino: & pater eius Ioseph Kimhi hunc uersiculũ intelligit de prælatis, qui cum sunt sobrij dicuntur principes: post uero quam cœperunt repleri de lagena plena uino, dicuntur delusores. Sũt etiam multi Hebræorum qui dictum uocabulum pro ira & furore traducunt instar uersiculi Iob uicesimoprimo, & de furore omnipotentis bibit.

* חָנַן Gratificauit & per gratiam donauit, misertus est: Exodi 33. Et miserebor cui uoluero: rectius, miserebor cui miserebor: & ponitur per apocopam ultimæ literæ nun, sed integre legitur, Genesis 33. Quos donauit deus seruo tuo, & Psalmo 119. Et de lege tua miserere mei: pro quo Hieronym. in suo Psalterio sic. Et legem tuam dona mihi. Item Iudicũ uicesimoprimo. Misereminí eorũ. Hinc

חֵן Gratia. Exodi duodecimo. Dominus autem dedit gratiam populo: quod in Iob per epenthesin iod reperitur, sicut & in alijs quoque dictionibus frequenter accidit. Inde uenit. חֲנִינָה Misericordia, gratia, pietas: & nescio quare translatio nostra legit requiem, Ieremiæ decimosexto. Seruietis ibi dijs alienis die ac nocte qui non dabunt uobis requiẽ: uult enim propheta dicere: qui non præstabunt uobis misericordiã: sic enim chaldaica translatio uertit rahanim, id est, clementiam. Inde multa deriuata deprecatiua, ut תְּחִנָּה Clementia, gratia, misericordia: Iosuæ undecimo. Et non mererentur ullam clementiam: quidam interpretantur etiam precem. tertio Regum octauo. Respice ad orationem serui tui & ad preces eius. Et quod sequitur,

תַּחֲנוּן Deprecatio, obsecratio, oratio, supplicatio: Prouerbiorum decimooctauo. Cum obsecrationibus loquitur pauper: sic singulariter in masculino: ut Psalmo 130. In uocẽ deprecationis meæ. Sed pluraliter tam in masculino, ut רוּחַ תַּחֲנוּנִים Zachariæ 12. Spiritum gratiæ & precum, quam etiam in fœminino ut תַּחֲנוּנוֹת Psalmo 86. Et intende uoci deprecationis meæ. Inde ueniunt diuersæ formæ uerborum deriuatiuorum, quas legendo bibliam experieris, ut est illud Deuteronomij 3. וָאֶתְחַנַּן Precatusque sum dominum, id est, petij donum gratuitum. חִנָּם Frustra, gratis, superuacue: Psalmo 35. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, superuacue exprobrauerunt animam meam: per paragogen ab חֵן quod ex gratia & sine premio fit.

* חָנָה Castrametatus est, supauit, expugnauit, præualuit, mãsit, habitauit: ut Isaiæ 29. Væ Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid, quod Ionathas chaldæus sic interpretatᷓ: Heu altare altare filiorũ ciuitatis quã supauit uel in qua præualuit Dauid, Symmachus castrum, & Theodotion circũuallatio uerterũt. Refert Hieronymus quendã eruditissimũ Hebræorum ut ipse ait, habitaculum exposuisse: quilibet in sensu suo abũdat, nã idem uerbum Zachariæ 9. aliter transferunt: pro eo enim quod nos legimus, Et circũdabo domum meam ex ijs qui mili

tant mihi, translatio Septuag. sic habet. Et ponā in domo mea eleuationē. Inde deriuatur מַחֲנֶה id est, circūuallatio, turma, castramansio: & est generis cōmunis tam in singulari quam in plurali. Genesis 32. Alia turma quę reliqua est saluabitur. Ecce in singulari masculino. Item in eodem. Si uenerit Esau ad turmā unā. Ecce in singulari fœminino. Item in plurali masculino Genesis eodē, Et appellauit nomē loci illius מַחֲנַיִם id est, castra. Itē in plurali fœminino in eodē loco. Diuisit populū qui secum erat &c. in duas turmas. Est & alia eius uocabuli forma quę legitur 4. Regum 6. In loco illo ponamus insidias: rectius de uerbo ad uerbum sic. In loco ignoto & abscōdito mā siones meę. Inde legitur Iudicum 19. חֲנוֹת id est, mansiones seu habitacula ad pernoctandum. חֲנִית Lancea, hasta: primo Regum uicesimosexto. Ecce hasta regis, & secūdo Regum uicesimotertio. Ipse est qui leuauit hastam suā: & in plurali est tam masculini quam fœminini generis.

⁂ חָנַט Gēmauit, seu fructuū grossos arbor quęlibet produxit: ut Canticorum 2. Ficus protulit grossos suos: & in Arabico nominant triticū חִנְטִין à germinando, quod hebraice hitkon dicūt. חָנַט Condiuit aromatibus, qđ nostri dicūt balsamauit: ut in corporibus mortuorum fieri solet longo tempore sine putredine duraturis: Genesis 50. Vt aromatibus condirent patrem suum: & sequitur, quibus iussa explentibus, quod uerius ita transferetur: Et condiderunt aromatibus medici Israēlem.

⁂ חֲנָמַל Pruina: ut Psalmo septuagesimooctauo, Et moros eorum in pruina, quod Hieronymus frigus uertit: sed Hebręi dicunt quod sit species grādinis.

⁂ חָנַךְ Imbuit, initiauit, domesticauit, & à primis rudimentis exercuit: Prouerbiorū uicesimosecūdo, pro eo quod legitur: prouerbium est, adolescēs iuxta uiam suam: Hebręi habent, Exerceri puero, uel imbuere adolescentē iuxta uiam suam: id est, prima debēt esse puerorum exercitia secundum indolem eorum scilicet parum & adhuc parum, secundum quod teneritudo eorum ferre potest. Inde dicunt uernæ & domestici alicuius חֲנִיכִים id est, asueti & legibus domus imbuti: ut Genesis decimoquarto. Numerauit expeditos uernaculos suos. חָנַךְ Initiauit, dedicauit, sacrauit: Deuteronomij uicesimo. Quis est homo qui ædificat domum & non dedicauit eam? Rabi Ionas ducit huius uerbi significatum ex superiori. Inde nomen חֲנֻכָּה dedicatio, ut in titulo Psalmi 30. Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid.

⁂ חָנֵף Hypocrisauit, seduxit, præuaricatus est, accepit personam, polluit: sic enim translatio legit Ieremiæ uicesimotertio. Propheta namq; & sacerdos polluti sunt, ubi translatio Chaldaica Ionathæ habet: fecerunt furtum legis eorum: id est, uerba legis tenentes abutuntur mente legis quæ propria dei est, & aliud simulant aliud agunt. Vnde nomen חָנֵף translatio nostra hypocritam uertit Isaię nono. Quia omnis hypocrita est & nequam. In sequenti capitulo eiusdem transfertur fallax: Ad gentem fallacem mittam eum, hoc est, uitiosam: sic Rabi Salomon exponit id quod legimus Numeri tricesimoquinto.

Ne polluatis terram habitatiõis uestræ, id est, ne uitietis terram: cui alludit translatio nostra si bene emendetur Isaiæ uicesimoquarto. Et terra infecta est ab habitatoribus suis: id est, secundum Dauid Kimhi in commentarijs, quasi uideatur maligna & deserta nullum proferẽs fructum. Omnia huius uocabuli deriuata significant maliciam & dolum, acceptionemq; personarum.

* חָנַק Strangulauit, necuit, laqueo suffocauit: Nahum secundo. Et necauit leænis suis. Item secundo Regum decimoseptimo. Et disposita domo sua suspẽdio interijt. Et Iob septimo. Quamobrẽ elegit suspendium anima mea.

* חֶסֶד Beneficium, gratia uel graciositas. Septuag. eleos interpretati sunt, unde nostra translatio ubiq; habet misericordia: Psalmo octogesimonono. Misericordias domini in ęternum cantabo. Quoniã dixi in eternum misericordia ędificabitur: pro quo nos legimus: quoniam dixisti in eternum misericordia ædificabitur in cœlis: & Ionæ secundo. Misericordiam suam derelinquunt, id est, beneficia ingrati non recordantur. חָסִיד Virtuosus, sacer, qui est in statu gratiæ sanctus, benefitia dei cõsecutus: Psalmo decimooctauo. Cum sancto sanctus eris. חֶסֶד Vitiosum, sacrũ, id est; execrabile, ut est apud Virgilium: auri sacra fames: nepharium, damnabile: Leuitici uicesimo. Nephariam rem operati sunt, occidentur. חֲסִידָה Ciconia: nostra translatio Porphyrionem traduxit, Leuitici undecimo. Onocrotalum & Porphyrionem: auis est immunda & edi prohibita.

* חָסָה Texit, protexit, sperauit, tutatus est: Sophoniæ tertio. Et sperabunt in nomine domini: sic etiam Chaldaica translatio habet, Prouerbiorum decimoquarto. Sperat autem iustus in morte sua: & Psalmo sexagesimoprimo. Protegar in uelamento alarum tuarum: & Psalmo tricesimosexto. In tegmine alarum tuarum sperabunt, alias tutabuntur: & Deuteronomij tricesimosecũdo. Vbi sunt dij eorum in quibus habebant fiduciam? quod alij traducunt, ubi sunt dij eorum robur in quo tutati sunt?

* חָסַל Perdidit, deuastauit, absumpsit, deuorauit: Deuteronomij uicesimo octauo. Quia locustę deuorabũt omnia: rectius sic, quia deuorabit ipsum locusta. Inde חָסִיל id est, rubigo: Ioëlis primo. Residuum bruchi comedet rubigo: sed aliter uertit translatio nostra Isaiæ tricesimotertio. Sicut colligitur bruchus: & aliter Septuaginta interpretes sic: quomodo si quis congreget locustas.

* חָסַם Os occlusit: Deuteronomij uicesimoquinto. Non ligabis os bouis. Inde nomen cuiusdã claustri quo iumentis ora clauduntur, dictum מַחְסוֹם quod nostra translatio appellauit custodiam: ut Psalmo tricesimonono. Posui ori meo custodiam.

* חָסֹן & חָסִין Potens, fortis, Amos secundo. Et fortis ipse quasi quercus. Inde חֹסֶן thesaurus, diuitiæ, potentia: Isaiæ tricesimotertio. Diuitiæ salutis sapientia & scientia.

* חַסְפַּס Iuncto mem in principio מְחֻסְפָּס minutũ album gregatim sparsum: quod Hieronymus traduxit quasi pilo contusum, Exodi decimosexto. Apparuit in solitudine minutum & quasi pilo contusum.

❧ חסר חָסֵר Defecit, defuit: diminutum est 3. Regum 17. Nec lecythus olei minuetur: & infra, Et lecythus olei non est imminutus: id est, non defecit: & Genesis 18. Quod si minus quinquaginta iustis quinq; fuerint, quod uerius sic traducitur: Si forte deficiant quinquaginta iustorum quinq;. Et Ecclesiastis 1. Et stultorum infinitus est numerus: quod sic omnes ętate nostra theologi hactenus allegauerunt, sed nusquam hęc sententia reperitur: est enim recitatus textus ita de uerbo ad uerbum in linguam latinam traducendus. Et defectus non poterit reparari: considerabis aliquando circa hoc uocabulum defectus nostros in scriptura sacra, ut hyperbolice loquar, infinitos defectus, de quibus utinam nobis deus misericors largiatur tempus copiosius differendi.

❧ חפף חָפַף Defendit, occultauit, protexit, uelauit: Deuteronomij 33. quasi in thalamo tota die morabitur, quod hebraica ueritas & Onkelus chaldaice de uerbo ad uerbum sic traducunt. Erit protector pro eo tota die. Inde חוף id est, statio nauium: quia occultat & defendit naues à uentis, ut dicunt Hebręorum grammatici Genesis 49. Zabulon in litore maris habitabit & in statione nauium.

❧ חפה חָפָה Occultauit, cooperuit, uelauit: Ieremiæ 14. operuerunt capita sua.

❧ חפז חָפַז Præcipitauit, festinauit: 2. Regum 4. Cumq; festinaret ut fugeret: & Psalmo 116. Ego dixi in excessu meo, quod Hieronymus traduxit in stupore meo, sed uerius in festinatione uel precipitatione mea. Inde nomen uerbale חִפָּזוֹן id est, festinatio, quod cum prępositione aduerbialiter transfertur, Exodi 12. Et comedetis festinanter, rectius cum festinatione, passiuum eius legitur: 1. Regum 23. pro eo quod nostra translatio habet. Porro Dauid desperabat se posse euadere, ueritas hebraica de uerbo ad uerbum sic legit. Et fuit Dauid festinatus ad eundum à facie Saul: & Psalmo 104. A uoce tonitrui tui formidabunt, id est, cum pauore mouebuntur.

❧ חפן חֹפֶן Interior pars manus, quę uola dicitur Ezechielis quarto. Melior est pugillus cum requie quam plena utraq; manus cum labore & afflictione. In dualinum. חָפְנַיִם

❧ חפץ חָפֵץ Placuit, uoluptatem, uoluntatem, complacentiam, dilectionem habuit. Genesis tricesimoquarto. Amabat enim puellam ualde: quod secundum hebraicam ueritatem de uerbo ad uerbum sic transferendum esset, Quia complacentiam habuit in filia Iacob: & Canticorum octauo. Donec ipsa uelit, id est, uoluntatem habuerit: ut Psalmo centesimo quadragesimoseptimo. Non in fortitudine equi uoluntatem habebit. Inde nomen חֵפֶץ uoluntas, beneplacitum: Psalmo 1. Sed in lege domini uoluntas eius.

❧ חפר חָפַר Fodit. Genesis 21. Quoniam ego fodi puteum istum. חָפַר Explorauit, & à fodiendis rimis rimatus est, considerauit: Iosuę 2. De filijs Israël ut explorarent terram. Item paulo post: Et omnem terram considerare uenerunt. חֲפַרְפָּרוֹת Talpa à fodiendo dicta: Isaiæ secundo. Talpas & uespertiliones, alij dicunt esse speciem auis. חָפֵר Confusus est, erubuit: Isaiæ uicesimoquarto. Et erubescet luna & confundetur sol: ut Micheæ 3. Et confundentur qui uident uisiones & confundentur diuini.

חָפַשׂ

* חָפַשׂ Inuestigauit, scrutatus est: Prouerbiorum uicesimo. Quæ inuestigat omnia secreta uentris: & in Abdiæ principio ponitũ passiue: quomodo scrutati sunt Esau: & Psalmo septuagesimoseptimo. Et scopebam spiritum meum, quod hebraice legitur in tertia persona transitiui secundi. Et factus est inuestigare spiritus meus quasi liceret dicere: scrutificauit spiritus meus: eius & nomen & uerbum habentur Psalmo sexagesimoquarto. Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutãtes scrutinio, scribitur autem nomem cum zeri & sægol, ut חֵפֶשׂ

* חָפַשׂ Mutauit habitum: tertio Regum uicesimosecundo. Porro rex Israël mutauit habitum suum & ingressus est bellum. חִפֵּשׂ Manumisit, liberauit. Iob tertio. Et seruus liber à domino suo, ubi paragogice adijcitur iod חָפְשִׁי nã sine eo legitur Leuitici decimonono. Nec libertate donata. Item eodẽ: Quia non fuit libera, id est, liberta.

* חֵץ & חָצָץ Sagitta, iaculum: Ieremiæ nono. Sagitta uulnerans lingua eorum, per apocopen literæ geminatæ: & Psalmo centesimo uicesimoseptimo. Sicut sagittæ in manu potentis. Inde nomen balistariorum seu phalangæ armatorum & curruum. Iudicum quinto. Vbi collisi sunt currus. חָצַץ Dimidiauit. Iob uicesimoprimo. Et si numerus mensium eius dimidietur. חָצָץ Scrupulus, calculus, lapillus in formam arenæ diminutus & contusus: & sic à calculo metaphorice numerum traduxit interpres noster, Threnorum tertio. Cõfregit ad numerum dentes meos: quod Hebræi legunt, Cõtudit in modum arenæ dentes meos. Alij, confregit silice dentes meos. Sic Prouerbiorum uicesimo. Implebitur os eius calculo. Significat etiam lapidem fulgureum: pro quo Hieronymus sagittas quoq; transtulit: Psalmo septuagesimoseptimo. Etenim sagittæ tuæ transeunt.

* חָצַב Excidit, dolauit, incidit, effodit, fabrefecit. Oseę sexto. Propter hoc dolaui in prophetis, & Deuteronomij sexto. Cisternas quas non fodisti. Inde nomẽ חוֹצֵב Psalmo uicesimonono. Vox domini intercidentis flammam ignis, pro quo Hieronymus, Vox domini diuidens flammam ignis: & Isaię quinto. Et torcular extruxit in ea.

* חָצָה Separauit, partitus est, diuisit, dimidiauit: Num. tricesimoprimo. Ex media parte filorum Israël quam seperauerat. Inde multa deriuata secundum artem. Hęc deriuata sunt חֵצִי חֲצִי מֶחֱצָה quæ medietatem significant.

* חֹצֶן Gremium, sinus, alij ulnas exponunt seu brachia, sicut nos legimus Isaiæ quadragesimonono. Et afferent filios suos in ulnis: quod Septuaginta traduxerunt in sinu.

* חָצַר Clanxit, scilicet geminato zade. primo Paralippomenon decimoquinto. Sacerdotes clangebant tubis, Inde חֲצֹצְרָה id est, taratantara, tuba classica. Oseę quinto. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama. חָצֵר Villa, atrium. Ezechielis decimo. Et atrium repletum est splendore gloriæ domini, & est generis communis tam in singulari quã in plurali, & Leuitici uicesimoquinto. Si autẽ in uilla fuerit domus quę muros non habet. חָצִיר Herba, fœnũ: Isaiæ tricesimoseptimo, Et herba tectorum

rum quę exaruit, & eiusdem quadragesimo. Omnis caro fœnum:& eiusdem decimoquinto. Quia aruit herba.

חציר Porrum. Numeri 11. Porriq; & cepe & allia.

* חקק Decreuit, pręcepit, statuit, tulit leges: Isaię 10. Vę qui condunt leges iniquas, & Prouerbiorum 8. Et legū conditores iusta decernūt. Inuenitur & per defectum alterius kuf. Prouerbiorū 8. Quādo certa lege & gyro uallabat abyssos. Item quando appendebat fundamēta terrę. Inde nomē מחוקק id est, legislator, pręceptor, & maxime in sacris canonibus, quod nostra trāslatio dux transtulit: Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de fœmore eius: & alibi princeps, Iudicum 5. Cor meum diligit principes Israël. Illic em̄ legit̄ sine mem. Reperitur iod abundans in fine. Isaię 22. memoriale diligēter in petra. חק Pręceptum, statutū, congruentia, legitimū, cosuetū. Genesis 47. Quibus & statuta cibaria ex horreis publicis prębebātur: & accipit in fine he, fit fœminini generis, ut Numeri 9. Pręceptum idem erit apud uos tam aduenæ quam indigenæ. In plur. חקות & חקים חקקי Cogitabūdus, conatus, pro quo translatio nostra habet magnanimus. Iudicum 5. Magnanimorum reperta est cōtentio.

* חקה Inscripsit, depinxit, insculpsit: Ezechielis 23. Cumq; uidisset uiros depictos in pariete.

* חקר Probauit, expertus est, perquisiuit, inuestigauit, explorauit: Deuteronomij 13. Quęre sollicite & diligenter, & Psalmo 139. Proba me deus & scito cor meum, & eodem paulo superius. Domine probasti me & cognouisti, pro quo Hieronymus transtulit. Domine inuestigasti me. Inde uerbum transitiuū secundum, Ecclesiastis duodecimo: Enarrauit quę fecerat & inuestigauit. Inde nomen חקר Iudicum quinto. Magnanimorum reperta est contentio; pro quo Ionathas Chaldęus rectius sollicitatio seu cogitatio cordis traduxit.

* חרר Æstuauit, succensuit, aruit: Iob 30. Et ossa mea aruerunt prę caumate, per apocopen res literę & assumptionem he, & 2. Regum 22. Quoniam iratus est ei: sic etiam Ionathas Chaldaice traduxit: & Genesis 4. Quare iratus es, Passiuum eius legitur Psalmo 102. Et ossa mea sicut cremium aruerunt, id est, ustulata sunt: & perdit in fine he, sic Ieremię 6. Defecit sufflatorium in igne, id est, combustum seu ustulatum est. Inde חרירה uel חרר Siccum uel siccitas: Ieremię 17. Sed habitabit in siccitate in deserto. Et nota quod reperitur quandoq; prima duplicata, ut Deuteronomij 28. Ardore & æstu, est autem חרחר morbus ardens.

* חרב Exiccatum est. Genesis 8. Viditq; quod exiccata esset superficies terrę: quod transtulit Hieronymus uacuefactus. Iob 14. Et fluuius uacuefactus arescat. Inde uerbum graue, quod nostra translatio exponit ad desertum deducere. Nahum 1. Et omnia flumina ad desertum deducēs. Inde nomen חרבה siccū. Exodi 14. Et uertit mare in siccum, unde est illud adiectiuum Prouerbiorum 17. Melior est buccella sicca, & Leuitici 7. Siue oleo conspersa siue arida fuerit, & aliud nomen חרב siccitas. Iudicum 6. Et in omni terra siccitas: & Isaiæ 26. Quasi calore sub nube torrente; & pluralitet declina

declinatur in genere fœminino חֲרָבוֹת ut Isaiæ 48. Non sitierũt in deserto, pro non sitierunt in aridis seu siccitatibus, quo motus Hieronymus in suo Psalterio de hebraica ueritate Psalmo 52. pro eo quod nos legimus, Dum configitur spina, rectius sic transtulit. Cum exarserit ęstas. חֹרֶב Æstus: ut Deuteronomij 28. Ardore & æstu, & scribitur sex punctis. חֶרֶב Culter, gladius, & est genus ad omnia ferramenta acuta quibus scindimus. Ezechielis 5. Sume tibi gladium acutum radentem pilos, & Iudicum 7. Gladius domini & Gedeonis. Scribitur & ipsum quoq; sex punctis. Itẽ Exodi 20. Si enim leuaueris cultrum tuũ super eo polluetur. חָרַב Deuastatũ & desolatum est. Ieremiæ 2. Et portæ eius desolamini uehementer: & Oseę 13. Et desolabit fontem eius: rectius. Et siccari faciet fontem eius, & uerbum transitiuum Sophonię 3. Desertas feci uias eorum. חֹרֵב Coruus, secundum Septuaginta & nostram translationem Sophonię 2. Coruus in superliminari, sed non ita Hebręi.

* חַרְגֹּל Species uolatilis quatuor habens pedes, cuius suffragines retro sunt longiores, quod animal trãslatio nostra nominat ophimachum. Leuitici 11. Et attacus atq; ophimachus, alij dicunt esse genus locustę.

* חָרַג Cinxit, ligauit, contraxit, cõstrinxit: 2. Regum 22. Et contrahentur in angustijs suis: quod per metathesin literarum חָגַר legitur. Psalmo 18. Et claudicauerunt à semitis suis, de quo supra locuti sumus.

* חָרַד Perterritus est, pauit, stupuit, uel horruit potius; Isaię 29. Et stupebunt & timebunt à facie cõmotionis manus domini. Et 1. Regum 13. Et omnis populus perterritus est qui sequebatur eum, & 3. Regum 1. Territi sunt ergo & surrexerunt. חָרַד Curauit, laborauit, sedule ministrauit: 4. Regum 4. Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis: quod Hebręi & Ionathas Chaldęus sic uertũt. Ecce procurasti nobis omnem procuratiónem istam, ubi & nomẽ uerbale quoq; inuenitur additione he in fine. חָרַד Mouit se prę terrore subito, quod Hieronymus traduxit formidauit: & in alio loco auolauit. Oseę 11. Et formidabunt filij maris. Item paulo inferius. Et auolabunt quasi auis ex Ægypto.

* חָרָה Succensuit, iratus est: Zachariæ 10. Super pastores iratus est furor meus. Inde nomen חָרוֹן Psalmo 69. Et furor irę tuę comprehendet eos. Inde passiuum iratus factus est, pro quo translatio nostra habet pugnauit. Canticorum 1. Filij matris meę pugnaueruut cõtra me: & more idiomatis profertur per apocopam he: Psalmo 37. Noli ęmulari, & in passiuo Ieremiæ 6. Defecit sufflatorium in igne; id est, extostus seu succensus est follis.

* חָרוּז Monile, iocale, quod torquẽ dicunt. Canticorum 1. Collũ tuum sicut monilia, & est gẽmarum seu preciosorũ lapillorum in unum filum concatenatio, quam collo circumligant, secundum magistros Hebręorum. In plurali חֲרוּזִים ibidem.

* חַרְטֹם Incantator, ariolus, magus: Exodi 7. Fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas, & Danielis 2. Ab omni ariolo & mago: & scribit Rabi Abrahã Ezraides quod sunt genethliaci

qui

qui diuinant per natiuitates.

✱ חֶרֶט Stilus uel pugillaris: Isaiæ 7. Et scribe in eo stilo hominis, & Exodi 32. Formauitq́ʒ opere fusorio, quod alias sic exponitur. Et formauit ipsum pugillari seu stilo. חֲרִיטִים Acus & fibulę uesti um muliebrium: ut Isaiæ 3. Linteamina & acus.

✱ חרך Stigmatizauit, ambussit, assi gnauit, hoc est, rei suæ notas seu signa inussit quo facilius eam inter alienas pos sit inuenire: quare ut puto Hieronymus inuenire traduxit Prouerbiorū 12. Non inueniet fraudulentus lucrū, Hebręi ex ponūt sic: Non inuret dolus aucupiū su um: quod secundum Rabi Ioseph patrē Dauidis Kimhi ita est intelligendū: pen nas uolucris captę nō incidit neqꝫ eripit ne turpitudine plumarū uenalis conte mnaẗ, sed potius summas pinnulas am burit & ustulat ne manibus facile auolet. Vir autem dolosus non in tanto prospe rabitur, ut tam diu auis capta in suis ma nibus permanet quousqꝫ illam possit inu rere, quinimo ante stigmatū cauteria de manibus dolosi aucupis auolabit: hoc i psum parabolice insinuat. Diuitias iniu ria & dolo malo quęsitas uix dum possef sas uelociter perire: hęc Rabi Ioseph.

חֲרַכִּים Cancelli. Canticorū 2. Pro spiciens per cancellos.

✱ חרול Vrtica. Prouerbiorum 24. Et ecce totum repleuerant urticę. Sūt eti am aliqui quorum opinio est cardui spe ciem esse. Sophoniæ 2. Siccitas spinarū & aceruí salis.

2 חרם Occidit, desolauit, uastauit, deleuit, perdidit: Numeri 21. Delebo ur bes eius, & Iosuę 6. Et interfecerunt o mnia quę erant in ea; & Isaiæ 11. Et deso labit dominus linguam maris Ægypti. Inde nomē חֵרֶם quod scribitur sex pun ctis, anathema, prohibitio, excōmunica tio uel excōmunicatū, perditio, deletio: Iosuę 6. Sitq́ʒ ciuitas hæc anathema: & cap. 6. Tuleruntq́ʒ de anathemate, id est, prohibitione cōmunionis: & postea: qa pollutus est anathemate: deus enim pro hibuit ne cōtrectarent res Hierechontis cum ait: uos autem cauete ne de ijs quæ precepta sunt quippiā cōtingatis: quod de uerbo ad uerbū sic uertit: uos autē fa cite preseruari ab excōmunicato ne ex cōmunicemini & tollatis de excōmuni cato & ponatis exercitū Israel ad excom municationē. Assumit quandoqꝫ he in fi ne, Num. 21. & Deut. 7. Multi hoc uoca bulo mortē intelligunt: sicut Micheæ 7. uir fratrē suum ad mortē uenaẗ. Sed Se ptuag. sic uerterūt: unusquisqꝫ proximū suum tribulat tribulatiōe, tūc quinqꝫ pun ctis scribiẗ. Significat & חֵרֶם sagenam. Habacuk 1. Traxit illud in sagena sua: & infra: propterea imolabit sagenæ suæ, hoc est, idolo. Sunt autē laquei proprij pisciū, sicut & feris sylue stribus sui sunt laquei: quod utrunqꝫ uno uersiculo com plexus est Eccles. 7. Quę laqueus uenato rum est & sagena cor eius, ubi habetur מְצוּדִים וַחֲרָמִים חרום Simus na sum. Leuitici 21. Si torto naso.

✱ חֶרְמֵשׁ Falx. Deuteronomij 23. Falce autem non metes.

✱ חֶרֶס Sol. Iob 9. Qui pręcipit soli & non oritur: scribitur sex punctis, & hoc est unum ex tribus nominibus maxime planetarū solis quibus cognosciẗ & mo tus solis & angelus siue motor eius, secū dum rabi Ioseph Castiliēsem in libro qui inscribiẗ hortus nucū: & cata paragogē

Q assumit

aſſumit he in fine: ut Iudicum 14. Die ſeptimo ante ſolis occubitum. חֶרֶס Prurigo. Deuteronomij 28. Scabie quoq; & prurigine.

* חֵרֵף Conuiciatus eſt, ignominia affecit, blaſphemauit, exprobrauit. 1. Regum 17. Ego exprobraui agminibus Iſraël hodie: & Iudicum 8. Super quibus exprobraſtis mihi dicentes: & Pſalmo 55. pro eo quod legimus, quoniã ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, rectius Hieron. in ſuo Pſalterio ſic uertit: Non enim inimicus exprobrabit mihi: & Pſalmo 69. Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Significat etiam reprehẽdere, ut Iob 27. Neq; enim reprehendit me cor meum. Hinc nomen חֶרְפָּה opprobrium, conuicium. חֵרֵף Deſponſauit: ut Leuitici 19. pro eo quod legimus, quæ ſit ancilla etiam nobilis, Hebræi habent: quæ ſit ancilla deſponſata uiro, ſuper quo ait Rabi Salomon ſimile huic ſe nõ reperiſſe in biblia, quod & ordinaria Hebræorum allegatio atteſtatur. חָרַף Hyemauit: Iſaiæ decimo-octauo. Et omnes beſtiæ terræ ſuper illum hyemabunt. Inde חֹרֶף id eſt, hyems. Geneſis octauo. Æſtas & hyems. Et Amos 3. Et percutiam domum hyemalem cum domo æſtiua.

* חָרַץ Mutiuit: ut Exodi 11. Apud omnes aũt filios Iſraël nõ mutiet canis: & Ioſuæ 10. Nullus contra filios Iſraël mutire auſus eſt: Hebręi exponunt pro mutire ſcilicet mouere linguam exacuere.

חָרוּץ Diligens, probus, rectus, iuſtus, quod noſtra translatio fortis interpretatur. Prouerbiorum duodecimo. Manus fortium dominabitur: & ſequit. Et ſubſtãtia hominis erit auri precium: Hebręi exponuut, Quod dignitas quæ eſt in abundantia diuitiarum hominis eſt ipſa probitas & uirtus: quare ſic tranſferunt: Et ſubſtantia hominis digni eſt iuſta, uel ſic conuerſo modo: Et ſubſtantia hominis probi eſt digna: translator noſter uariauit. Nam mox eiuſdem tredecimo, operantem uertit ſic; Anima autem operantium impinguabitur. Rabi Ionas exponit ab auro ſic. Anima theſaurariorum ditabitur. חָרוּץ Conciſio ſecundum Aquilam & Symmachum & quintam editionem: unde translatio noſtra legit Ioëlis tertio. Populi populi in ualle conciſionis: quia iuxta eſt dies domini in ualle conciſionis, quod cum ſuperiori poteſt conuenire. Nam uir probus rectus & iuſtus æquat operationem ſuam ad pręciſionem ne extra metas uirtutis uagetur, idq; facit diligenti ratione præuia quod iudicium appellamus. Idcirco tam Hebræi quam etiam Septuaginta interpretes & Theodotion uerterunt ſupradictam ſententiam Ioëlis ſic. In ualle iudicij quia iuxta eſt dies domini in ualle iudicij ſeu definitionis. Vnde legimus Iſaiæ decimo. Conſummatio abbreuiata, id eſt, deciſa & definita inundabit iuſticiam: & illic ponitur eius paſſiuum, abbreuiationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terræ: quod eodem modo ponitur eiuſdem uiceſimooctauo, pro quo Septuaginta abbreuiatas res trãſtulerũt. חָרוּץ Claua dentata, ſerra uel flagellum, uirga, tribula, ſeu baculus quo demeſſæ ſegetes excutiuntur. Iſaiæ 28. Non enim in ſerris triturabitur git: quod Septuaginta ſic. Non enim cum duricia mundabit gith: & eiuſdẽ 41. Ego poſui te quaſi plauſtrũ

triturans:quod Septuaginta sic:Ecce fe
ci te quasi rotas plaustri nouas in serrarū
modum.Vide quibus uerbis circūlocun
tur huius uocabuli instrumentum iuxta
morem excutiēdi frumenti cuiq; regioni
proprium,uocaturq́; à quibusdā à teren-
do tribula serrata uel à plodendo plau-
strum:Amos 1. Eo quod triturauerūt in
plaustris ferreis Galaad. חָרוּץ Mœ
nia,muri:Danielis 9. Ædificabit platea
& muri,dicta sic mœnia propter similitu
dinem serræ dentatæ. חַרְצָן Acinus,
lapillus uuæ.Numeri 6.Ab uua passa ad
acinum,pro quo Hebręi. Ab acinis ad
folliculū, ut supra in litera zain legimus.

חֲרִיצִים Caseorum formulæ: ut 1.
Regum 17.Et decem formellas casei has
deferes:quod Hebręi exponunt, decem
caseos lactis hos deferes. Sic Ionathas
Chaldæus traduxit. חָרוּץ Aurum.
Iob 41. Sternet sibi aurum quasi lutum,
& Prouerbiorum 12.Et substantia homi
nis erit auri precium.

* חַרְצֻבּ Innodatum,ligatū: Psal-
mo 73. Quia non est respectus morti eo
rum, alias Hieronymus traduxit: quod
non cogitauerunt de morte sua, id est,
non sunt eis colligantię & innodationes
ad mortem eorum.

* חָרַק Fremuit,frēdit,stridit:Psal-
mo 112. Dētibus suis fremet & tabescet:
& Iob decimosexto. Infremuit cōtra me
dentibus suis: & Threnorum 2. & fre-
muerunt dentibus.

* חֶרֶשׂ Testa,uas fictile:& Psalmo
22. Aruit tanquam testa uirtus mea,&
Leuitici 6. Vas autem fictile in quo co-
cta est confringetur:& Isaiæ 16. Ad mu-
rum cocti lateris,& Iob secundo. Qui
testa saniem radebat,quod in Hebręo le
gitur:& sumpsit sibi testam.

* חָרַשׁ & in hiphil הֶחֱרִישׁ Siluit,
tacuit:ut Numeri 30.Et tacuerit,uoti rea
erit:& Psalmo 28.Deus meus ne sileas à
me:& Psalmo 35.Vidisti domine ne sile-
as:hoc est,ne facias quasi surdus.Inde no
men חֵרֵשׁ surdus.Leuitici 19.Nō male-
dices surdo. Inde מַחֲרִישׁ tacite cogi-
tans:1.Regum 23. Quia præpararet ei
Saul clam malum,id est,tacite cogitaret.

חֲרִישִׁית Vehemens, fortis,ualidus:
translatio nostra uertit urens. Ionæ 4.
Vento calido & urenti:cui Rabi Ionas a-
stipulatur qui dicit quod fuerit uentus
frigidus & siccus,qui tempore arationis
ingruere solet. חָרַשׁ Arauit:Psalmo
129. pro eo quod nos habemus, Supra
dorsum meum fabricauerunt peccato-
res:Hebręi legunt,& Hieronym.quoq;
in suo Psalterio uertit.Super ceruicē me
am arauerūt arantes.& Deuteronomij
22. Non arabis in boue simul & asino.
Inde nomen מַחֲרֵשָׁה aratrum uel ara
tio.Exodi 34.Die septimo cessabis arare
& metere:pro quo Hebręi.Die septimo
quiesces in aratione & in messe:sic 1.Re-
gum 8. Et aratores agrorum suorum, id
est,agricolationis suę.Passiuū huius uer
bi ponitur Micheæ 3. Sion quasi ager
arabitur,unusquisq; uomerem suum.

חָרָשׁ & חוֹרֵשׁ Opifex,faber, æra-
rius,industrius artifex.Isaiæ 41. Confor
tauit faber ærarius percutiens malleo:si-
militer Genesis 4. Faber in cuncta ope-
ra æris & ferri:& Exodi 31. Ad excogitā-
dum quicquid fabre fieri potest, ubi he-
braice legitur.In fabrefactione seu opifi
cio lapidis & in opificio ligni:& 1. Regū
13. Porro faber ferrarius non inuenieba-
tur in omni terra Israēl:& 2.Regum 5.

Artifices lignorum artificesq; lapidum, & Ezechielis 21. Fabricantiū interitum.

חֹרֶשׁ Virgultum densis frondibus. Ezechielis 31. & frondibus nemorosis.

חֹרְשָׁה Sylua: 1. Regū 23. Porro Dauid erat in deserto ziph in sylua, & paulo inferius. Mansitq; Dauid in sylua.

חֶרֶשׂ Sol, uel potius eius resplēdentia: ut Iob 41. Sub ipso erunt radij solis, à superiori uocabulo hores, mutato samech in schin.

* חָרַת Sculpsit: ut Exodi 32. Scriptura quoq; dei erat sculpta in tabulis.

* חָשַׁשׁ Calor, ardor: Isaiæ 5. & calor flammæ exurit, & eiusdem tricesimo tertio. Concipietis ardorem & parietis stipulam, alij uolunt quisquilias interpretari.

* חָשַׁב Cogitauit. 1. Regum 18. Porro Saul cogitabat Dauid tradere in manus Philistinorum, & Genesis 50. uos cogitastis de me malū, sed deus uertit illud in bonū, pro quo ueritas hebraica legit: Deus cogitauit ipsum ad bonum.

Hinc מַחֲשָׁבָה cogitatio.

חֹשֵׁב Polymitus, magistralis, ingeniosus: Exodi 26. Opere plumario facies: pro quo hebraice, Ingeniose facies ea, & eiusdē 28. Opere polymito, hanc artificij subtilitatem circumlocutus est cōsequenter trāslator dicens. Ipsa quoq; textura & cuncta operis uarietas, ubi ponitur. חֹשֵׁב quinq; punctis, unde & magistralis theorica dicitur חֶשְׁבוֹן apud philosophos, quam alij dicunt artē mathematicam alij supputationem. Est autem omnis ars qua aliquid ratione & demonstratione inuestigamus: ut Ecclesiastis septimo. Et quærerem sapientiam & rationem; & eiusdem nono, Quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erunt apud inferos quo tu properas,

חָשַׁב Putauit, æstimauit. In precio habuit: tertio Regum decimo. Non erat argentum nec alicuius precij putabatur in diebus Salomōis: sic intelligitur illud Malachiæ tertio. Timentibus dominū & cogitantibus nomen eius, hoc est, in precio habentibus nomen eius: cui astipulatur translatio Septuaginta interpretum, qui uerterunt, ijs qui timent dominum & reuerētur nomen eius, hoc modo loquuntur magistri Hebræorum de honorabili aliquo uiro dicentes חָשׁוּב

* חָשָׁה Tacuit. Isaiæ sexagesimosecundo. Propter Syon tacebo, & Psalmo uicesimooctauo. Deus meus ne sileas à me: & Ecclesiastis 3. Tempus tacendi & tempus loquendi.

* חָשַׁךְ Obscurauit, obtenebratus est. Isaiæ tredecimo. Obtenebratus est sol in ortu suo. Inde nomen חֹשֶׁךְ & חֲשֵׁכָה tenebræ. Ioēlis secundo. Dies tenebrarum & caliginis: & Psalmo centesimo quinto. Misit tenebras & obscurauit.

* חָשַׂךְ Retinuit, auertit, remouit, abstinuit, uitauit: Gen. 22. Et non pepercisti filio tuo unigenito propter me: pro quo Hebrei legūt, Et non remouisti seu uitasti filiū tuum: sic enim Onkelus chaldeus uertit, & eiusdē 20. Et ideo custodiui te ne peccares in me: pro quo Hebrei sic. Et retinui etiā ego te a peccādo in me: & Genesis 39. pro eo quod nos legimus. Nec quicquā est quod non in mea sit potestate uel non tradiderit mihi, ueritas hebraica sic habet. Et non retinuit uel remouit à me quicquam.

* חָשַׁל Debilitauit, lassauit, fatigauit.

uit:Deuteron.25. Et extremos agminis tui qui lassi residebant: per metathesin uocabuli שׁלשׁ de quo supra diximus.

* חשׁמל Electrum,& angelus uocatur eo nomine. Ezechielis 1. Et uidi quasi speciem electri.

* חשׁמן Vir magnus & excellens sicut aliquis legatus: Psalmo 68. Venient legati ex Ægypto.

* חשׁן Pectorale, rationale. Exodi 25. Ad ornandum Ephod & rationale.

* חשׂף Denudauit, manifestauit, discooperuit: Isaiæ 47. Discooperi humerum tuum,& Ioelis 1. Nudans spolia uit eam: quod rectius sic legitur. Nudās nudauit eam.

* חשׂף Desumpsit, tulit, hausit: Isaiæ 30. Aut hauriatur parum aquæ de fouea. Scribit Rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus, qđ de ea fouea sit hæc autoritas intelligenda: quæ paululum aquæ teneat qua sublata & desumpta denudetur & discooperiatur fundus cisternæ: & sic secunda hæc significatio ex prima oriatur. חשׂיף Paruus grex, 3. Regum 20. Quasi duo parui greges caprarum.

* חשׁק Concupiuit, placuit, amanter adhęsit, dilexit: Genesis 34. Sichem filij mei adhesit anima sua filiæ uestræ: ut Deuteronomij 7. Non quia cunctas gētes numero uincebatis iunctus est uobis dominus, hoc est, placuit in uobis seu amanter adhesit uobis. Vnde illud quod legitur Exodi 38. Et ipsas uestiuit argento: Hebręi legunt, & subiunxit, accinxit seu circūdedit ea, quasi dicens quod subiugauerit ea, secundum Onkelum Chaldæum, & Isaiæ 38. ubi nos legimus. Tu autem eruisti animam meam ut non periret, Hebręi exponunt, Tu autem desyderasti animam meam à fossa putrefactionis, quod secundum Dauid Kimhi in commentarijs intelligitur sic. Tu autem adhęsisti ad defendendum animā meam à fouea corruptionis. חשׁוק Radius rotarum: 3. Regum 7. Et axes & radij earum. חשׁור Colligantia, densum, & per he finale dēsitas: ut 2. Regum 22. Cribrans aquas de nubibus: pro quo Hebręi legunt, densitas aquarum. Vnde quidam cribrum hoc uocabulo nominant. Significat etiam rotarum extremā circumferentiam quam canthum uocamus 3. Regum 7. Et axes earum & radij & canthi. חתת Confregit, contriuit, terruit, formidauit, timuit, defecit: Malachiæ 2. Et à facie nominis mei pauebat, quod Hebręorum doctores exponunt, à facie nominis mei fractus & humiliatus est. Nam in genere passiuo hic ponitur, quamuis Septuaginta formidaret interpretati sint: & Isaiæ 51. Et iusticia mea non deficiet, hoc est, secundum Dauid Kimhi non frangetur: & Iob 7. Terrebis me per somnia: & eiusdem 32. Extimuerunt nec responderunt. Inde חת nomē timor, pauor: eiusdem Iob 41. Qui factus est ut nullum timeret, id est, ut esset absq; timore, & quandoq; accipit mem in principio.

* חתה Fouit, sustentauit, congregauit: ut Prouerbiorū 25. Prunas enim congregabis super caput eius: id est, fouebis: & assumpto mem in principio מ מחתה significat uas in quo sustentatur ignis, quod alij focum alij arulam dicūt: nostra translatio putat quoddam cinerū esse receptaculum, ubi emuncti lychni extinguuntur; ut Exodi 25. Et ubi ea quę

emuncta sunt extinguũtur, iuxta sententiã Rabi Salomõis, licet illud uas aqua plenũ Lyra sine autore certo arbitretur.

✻ חָתַךְ Incidit, conscripsit, determinauit, statuit, & abbreuiauit, ut solent amanuenses & notarij obsignare ad futuram rei memoriam, de quo in arte poëtica dicit Horatius, leges incidere ligno. Danielis 9. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam.

✻ חָתַל Fasciuit, inuoluit, circumligauit. Ezechielis tricesimo. Vt ligaretur pannis & fasciretur linteolis. Hinc nomen הִיתּוּל fascia.

✻ חָתַם Ratificauit, obfirmauit, signauit, sigillauit: Ieremiæ 32. Scripsi in libro & signaui, & Canticorum 4. Hortus cõclusus fons signatus, id est, obfirmatus. Hieronymus traduxit quasi sub signaculo clausit. Iob 9. Et stellas claudit quasi sub signaculo: & inde nomen חוֹתָם signũ, signaculũ uel sigillũ. Canticorũ 8. Pone me ut signaculũ super cor tuũ ut signaculũ super brachiũ tuũ, quod exponit Dauid Kimhi sicut qui digito gestat annulum signatoriũ nec ullo unquã tempore dimittit eum, ita peto ut me ponas pro sigillo ad cor tuum ne unquam recedam à memoria tua.

✻ חָתַן Affinitatem contraxit, cõnubia iunxit, coniugio duxit, siue nupsit. Deuteronomij 7. Nec sociabis cum eis cõiugia. Inde הוֹתֵן gener, socer, affinis: Exodi 18. Cognatus Mosi, pro, affinis: & eiusdem 3. Moses autẽ pascebat oues Iethro soceri sui, & Genesis 19. Habes hic quẽpiam tuorum generum, & in fœminino Deuteronomij 27. Maledictus qui dormit cum socru sua. Inde חֲתֻנָּה nomen nuptiarum. Canticorum 3. In die desponsationis illius. Inde חָתָן sponsus: Psalmo 19. Sicut sponsus procedens de thalamo suo. & Exodi 4. Sponsus sanguinum tu mihi es.

✻ חָטַף Rapuit, præcipitauit, festinauit, uel aliquid repente egit. Iob 9. Si pro ecce, repente interrogabit, quis respondit ei. חָתַר Perfodit: Iob 24. Perfodit in tenebris domos: & Ezechielis 12. Et uespere perfodi mihi parietem manu. Iude מַחְתֶּרֶת nomen Exodi 22. Si effringens fur domum siue suffodiens fuerit inuentus. Reperitur in alio significato per translationẽ, sicut nos dicimus. Iste sulcat mare, uel secat fluctus, ita pro remigare ponitur Ionę 1. Et remigabant uiri ut reuerterẽtur ad aridam, id est, secundum Septuaginta uim afferebant, secundum magistros Hebræorum, insodiebant ancoras.

יהי שם יהוה מבורך

טאטא

Scopauit: Isaię 14. Et scopabo eam in scopa. Quidam putant eius primitiuum esse טְאָה duplicatis syllabis.

✻ טָאַב Beneplacuit, pro quo translatio nostra legit, uehementer gauisus est. Danielis 6. Tunc uehementer rex gauisus est.

✻ טָבַח Mactauit, occidit, laniauit, quod Hieronymus traduxit percussit, Threnorum 2. Percussisti nec misertus es, & Genesis 43. Occide uictimas, & eiusdem 39. Potifarem officialem Pharaonis qui fuit laniorũ magister, nescio quare translatio nostra principem facit exercitus, pro lanijs seu mactatoribus exercitum

tum interpretata: quod alias uertit principem militiæ, Ieremiæ 52. Fortassis quia milites occidunt, quos in eo loco Ionathas chaldæus occisores uocat, quod alij de coquis exponunt: ut 1. Regum 9. Leuauit autem cocus armum, apertius autem Onkelus Chaldæus in Genesi traduxit ubi supra, mactatorē seu macellarium carnificem seu etiam occisorem. Inde טֶבַח nomen per ſegol ſcribendū, id eſt, occiſio, Iſaię 53. Sicut ouis ad occiſionem ducetur.

✠ טָבַל Baptizauit, tinxit: Leuitici 14. Tinget in ſanguine paſſeris. Et Geneſis 37. Et in ſanguinem hœdi quem occiderant tinxerūt, & quarto Regum quinto. Deſcendit & lauit ſepties in Iordane, pro baptizabatur ſepties. Inde paſſiuū Ioſuę tertio. Et pedibus eorum in parte aquæ tinctis. Ezechielis uiceſimotertio. Et tiaras tinctas in capitibus eorum, id eſt, coloratas, quaſi mitras in tincturam merſas.

✠ טֵבֵת Menſis december: Eſther 2. Menſe decimo qui uocatur tebeth.

✠ טָבַע Defixit, immerſit, demerſit, ſubmerſit: Exodi decimoquinto. Submerſi ſunt in mari rubro: & Ieremiæ 38. Demerſerunt in cœno & in lubrico pedes tuos, & Threnorum ſecundo. Defixæ ſunt in terra portæ eius. טַבַּעַת Annulus. Geneſ. quadrageſimoprimo. Tulitq́ annulum de manu ſua: & Exodi uiceſimooctauo. Facies & duos annulos aureos. טֶבַע Natura, quo uocabulo utūtur magiſtri Hebrǽorum, cum de natura loquuntur, ut Moſes Ægyptius in libro 1. perplexorū cap. 72. alias 71. ubi per omnia uenat, quid dicant phyſici naturam: & in libro Cozar paulo poſt principium quarti uoluminis. Item in libro hortus nucum, ubi de hoc inuenies propria capitula, & ita in cęteris Iudaicorum philoſophorum libris.

✠ טַבּוּר Vmbilicus, media pars uētris: unde de medio terræ ſic dicitur: Iudicum nono. Ecce populus de umbilico terræ: & Ezechielis triceſimooctauo. Habitator umbilici terræ: quod Hieronymus in commentarijs exponit, in medio terræ.

✠ טָהֵר Mundus fuit, purificatus eſt: Leuitici decimoquinto. Lotis ueſtibus & toto corpore in aquis uiuentibus erit mundus: & eiuſdem uiceſimoſecundo. Et occubuerit ſol tunc mundatus ueſcetur. Inde nomen טָהוֹר id eſt, mundum. Pſalmo 51. Cor mundum crea in me deus. Et טָהֳרָה mundicia: Leuit. 12.

✠ טוֹב A pulchro & bono, ſi uerba fieri poſſent, ſed dicamus: bonū uel pulchrum fuit. Numeri 24. Quam pulchra ſunt tabernacula tua. Inde nomen טוֹב bonum ſeu decorum, quod etiam grǽce una dictione comprehenditur. Geneſis 1. Et uidit deus quod eſſet bonum. Inde טוֹבָה benignitas & beneficium &c.

✠ טָוָה Neuit, filauit: Exodi 25. Sed & mulieres doctę &c. quod hebraice ſic legitur. Et omnes mulieres prudēti corde manu ſua uenerunt: & paulo poſt. Et omnes mulieres quibus eleuatū eſt cor in ſapientia filauerūt ſeu neuerunt capras, id eſt, pilos caprarum.

✠ טוּחַ Obleuit, incruſtauit, cōplanauit, expoliuit, ebetauit. primo Paralipomenon uiceſimonono. Ad deaurandos parietes templi: hebraice ſic. Ad complanandum & expoliendum ſeu incruſtandum parietes templi, ſcilicet

auro & argento, ſicut alias luto uel cemē to. Leuit. 14. Et luto alio liniri domum, quod per ſyncopen literæ uau ſcribitur, mox autem integre ſequitur gerundiuū paſſiuum, quod noſtra translatio circūloquitur. Significat autem in ædificijs rimas inter lapides ſeu totum parietem tegere, & incruſtatione quadam abſcondere. Vnde in Pſalmo 51. ſcribit̃. In abſconditis & arcano ſapientię erudies me: pro quo translatio noſtra legit, Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Alij legunt, In ebetudinibus & obturato ſapientiam doceas me.

* טור Acies, diſpoſitio, ordo, uerſus, progreſſio linearis. Exodi 28. Poneſq; in eo quatuor ordines lapidum: in primo uerſu erit lapis ſardius. Chaldaice aūt ſignificantur hoc uocabulo montes altiſſimi, quos propter ſumma cacumina tauros appellamus: ut Danielis 2. Factus eſt mons magnus & impleuit uniuerſam terram.

* טוש Approperauit, aduolauit: Iob 9. Sicut aquila uolans ad eſcam.

* טָחָה Intendit, iecit, uerbum inuſitatum: à quo ſecundum Rabi Ionan deriuantur coniugationes dageſſatę, unde illud eſt quod legitur Geneſis 21. Quantum poteſt arcus iacere, & ponitur hic מְטַחֲוֵי nomen in numero plurali pro iactibus ſeu ictibus. Inde טֻחוֹת intentiones.

* טָחַן Moluit. Numeri 11. Frangebat mola: & Iudicum 16. Et clauſum in carcere molere fecerunt: ubi ponitur ט טוֹחֵן nomen uerbale, quare ueritas hebraica ſic legit. Et fuit molēs ſeu molitor in domo uinctorum: & Eccleſiaſtis 12. Et ocioſæ erunt molentes, quod rectius de ipſis lapidibus ſic dicitur. Et uacabūt tro lares: & in eodem. In humilitate uocis molę. Quia uero in piſtrinum dabantur ſerui & ancillę ut perpetuo molerent, icirco translatiue pro ſeruire ac tundere ponitur: Iob 31. Scortum alterius ſit uxor mea, quod de uerbo ad uerbum inſtar molę tunſilis ſic uertitur: Molat ſeu ſubſeruiat alteri uxor mea: paſſiue tamē ponitur, quaſi Iob dicat, tū datur alteri, hoc eſt, ſub agitetur ab alijs.

* טְחֹר Infirmitas ani quam ficum dicunt, quem morbum trāslatio noſtra circumloquitur: 1. Regum 5. Et computreſcebāt prominentes extales: & infra, Percutiebantur in ſecretiori parte natiū.

* טֹטָפֹת Ornamētum frontale, qd' Iudæi capitibus ſuis loco coronæ imponunt ut moneantur præceptorum dei: de huiuſcemodi monilibus ſcribit̃ Deuteronomij ſexto. Eruntq; & mouebunt̃ inter oculos tuos, & uocantur Chaldaice תְּפִלִּין quod nomen iam Hebręis in quotidiano eſt uſu pluſquā alterum. Habent autem nodum in occipite qui formam crucis figurat: quia omnia dei pręcepta in cruce conſummantur, dicente deo: qui non accipit crucem ſnam & ſequitur me non eſt me dignus.

* טִיט Humus, lutum, cœnum: Pſalmo 69. Eripe me de luto ut non infigar, & Habacuk 2. Et aggrauat contra ſe denſum lutum, ubi hoc nomen eſt cōpoſitū ex duobus rectis, nempe עַבְטִיט

* טִיל Proiecit, miſit: Ionę 1. Dominus autem miſit uentum magnum: & poſtea. Tollite me & mittite in mare: & poſtea, Et tulerunt Ionan & miſerunt in mare. Inde geminatum טִלְטֵל id eſt, proiecit, aſportauit; Iſaiæ 22. Ecce dominus

nus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinacius.

✱ טִיר & טִירָה Habitatio, cómoratio, residentia: Psalmo 69. Fiat habitatio eorũ deserta, quod Hieron. traduxit cõmoratio eorũ. Alio modo dicit rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus significari tabulata seu parietes, & allegat Cant. 8. Si murus est, ędificemus in ipsum tabulata argenti: qđ nos legimus, ædificemus sup eum propugnacula argẽtea: alij ab ordine dictũ hoc uocabulũ putãt quasi טור propter lapidum quadraturam & ordinem quibus tabulata lapidea exędificantur.

✱ טָלַל Texit, operuit: Nehemiæ 5. Ipse ędificauit eam & texit. Inde habitantes sub umbra arboris dicuntur qui tegũtur arbore, ut Dan. 4. Subter eã habitantes bestię agri, id est, sub ea tectę & optę.

✱ טַל Ros. Canticorũ 5. Quia caput meum plenum est rore.

✱ טָלוּא Maculosum. Genesis 30. Qđcunq; rufum & maculosum uariũq; fuerit tam in ouibus quam in capris erit merces mea: unde pro eo quod legitur Ezechielis 16. Fecisti tibi excelsa hincinde cõsuta: rectius interpretatur Symmachus excelsa multicoloria, hoc est, idola, & à uarijs coloribus consuta dicũtur, ut quando uetera nouis resartiuntur, sic Iosuę 9. Et utres uinarios scissos atq; consutos, hoc est, uersicolores.

✱ טָלֶה Agnus: Isaiæ 65. Lupus & agnus pascentur simul, quod Hebręi exponunt de pace, instar eius quod legitur eiusdem undecimo. Habitabit lupus cũ agno: simili em̃ uocabulo Ionathas Chaldaice ambos locos interpretatus est. Dicunt autem grammatici ultimam helitem non esse generis notam, sed de substantia dictionis mutatione aleph in he factam, sic primo Regum septimo. Tulitq; Samuel agnum lactentem unum, & pluraliter in masculino genere טְלָאִים Isaię quadragesimo. In brachio suo congregabit agnos. Astronomi sic nominãt in cœlo signum arietis.

✱ טָמֵא Prophanauit, polluit, contaminauit, abominatus est. Numeri sexto. Quoniam polluta est sanctificatio eius, & usum huius uocabuli inuenies sępe & multum Leuitici decimoquinto: & nomen eiusdem undecimo. Hinc טֻמְאָה immundicia.

✱ טָמָה Obturauit, obstruxit. Leuitici 11. pro eo quod trãslatio nostra habet. Nec tangatis quicquã eorũ ne immundi sitis: Hebręi legũt, Nolite abominabiles facere animas uestras in omni uegetabili quod uegetat, & ne polluamini in eis & obturamini, hoc est, abscondimini ab eis, quasi dicat obstruite corda uestra à desyderijs eorum.

✱ טָמַן Abscondit: ut Psalmo 140. Absconderunt superbi laqueũ mihi, & Prouerb. 19. Abscondit piger manũ suã sub ascella. Inde nomen מַטְמוֹן absconditũ, recõditũ, quod trãslatio nostra thesaurũ uertit. Gen. 43. Deus patris uestri dedit uobis thesauros in saccis uestris, licet non fuerit auri & argẽti abscõsio: ut patet ex textu. Sic Ierem. 41. Habemus thesauros in agro, id est, absconsionẽ.

✱ טֶנֶא Cartallũ, corbis. Deut. 26. Suscipiensq; sacerdos cartallũ: & Deut. 28. Benedicta horrea tua & benedictę reliquię tuę, rectius Hebręi sic: benedicta canistra tua, uel corbes tui: sic enim Onkelus Chaldęus transtulit.

כנח

✱ טִנֵּף Inquinauit, defœdauit: Canticorum 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos.

✱ טָעָה Errauit: ut in Ieremia. Errare fecerunt populum meum: & idem est cum eo uerbo quod per thau scribitur, nam Onkelus Chaldæus alterum interpretatur per alterū, ut Genesis 21. Quæ cum abijsset errabat in solitudine.

✱ טָעַם Gustauit: 1. Regum 14. Gustans gustaui in summitate uirgæ: & 2. Regum 3. Si ante occasum solis gustauero panem, & dicitur de eo quod summo tenus ore uel lingua tangitur. טַעַם Disciplina, ordinatio, præceptum, regula, statutum, ritus: Ionæ 3. Et dixit in Niniue ex ore regis & principum: id est, ex pręcepto uel ordinatione: sic enim Chaldaice interpretatur Ionathas, & Psalmo 119. Bonitatem disciplinam & scientiam doce me: & Ezræ 7. Ego Artaxerxes rex statui atq; decreui, & infra. Omne quod ad ritum dei cœli pertinet. Et in grammatica significat idem quod pronunciatio accentus seu significatio dictionis. טַעְמָא Sermo uel ratio, sicut apud græcos dictio λόγος. Danielis 6. Vt satrapæ illis redderent rationem.

✱ טָעַן Onerauit. Genesis 45. Onerantes iumenta ite in terrā Canaan.

✱ טָפַף Garriuit, applausit, blanditus est more infantium ogganniuit, gesticulatione allexit. Isaię 3. Et nutibus oculorum ibant & plaudebant, hoc est, gesticulatione alliciebant. טַף Puerorū & infantium cōgregatio: & ponitur semper pro paruulis seu liberis. Genesis 47. Et in cibum familijs & liberis uestris, & eiusdem 50. Absq; paruulis & gregibus.

✱ טֶפַח Mensura quatuor digitorum, de quo supra in זֶרֶת dictum est. Exodi 25. Altam quatuor digitis, eam Hieronymus noster palæsten græce nominari dicit, esseq; sextam partem cubiti putat, quam alij palmam appellant. Ezechielis 40. Calamus mensurę sex cubitorum & palmo, secundum quam mensuram Dauid dixit Psalmo 39, Ecce mensurabiles posuisti dies meos, quod exponit Dauid Kimhi, secundum paruam mensuram mensus es dies meos, quia mille anni ante oculos tuos sicut dies hesterna: & Threnorum 2. Paruulos ad mensurā palmæ. Inde uerbū mensurauit, augmētauit, & educauit: Threnorum eodem loco quo supra, Quos educaui & nutriui. מִטְפַּחַת Vestimentum muliebre, quod nos plagam uel ricam latine dicimus, est autem linteum quo fœminę operiuntur, quod palliumq; traduxit Hieronymus. Ruth 3. Expande inquit palliū tuum quo operiris, sed etiam linteamen uertit Isaiæ 3. Et linteamina & acus & specula, ad similitudinē mātilis, quod multi sic exponunt: Peplum seu mantile.

✱ טָפַל Composuit, iunxit, affixit, quamuis translatio nostra cōmunis legat multiplicauit: Psal. 119. Multiplicata est super me iniquitas superborum: pro quo rectius noster Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate sic: Applicabant mihi mendacium superbi, id est, cōposuerunt super me falsum: secundum Rabi Salomonem sic pro cōpositoribus fabricatores legimus. Iob 13. Fabricatores mendacij, hoc est, compositores.

✱ טִפְסָר Præses, princeps, præfectus: Ieremiæ 51. Numerate contra eam Taphsar, quod Lyra noster exponit exercitum; sed Paulus Burgensis, plusquā ille in

ille in lingua hebraica doctus, longe rectius ducem & capitaneum traduxit: sic mutato pūcto hirek in patha. Item significat Nahum 3. Et præfecti tui quasi locustæ locustarum, quod forte propter incuriam & negligentiā translator noster paruulos est interpretatus, propter similitudinem dictionis thaph de quo supra diximus.

* טָפַשׁ Incrassauit, ebetauit, obtudit, pro quo translatio nostra cōmunis legit coagulauit; Psalmo 119. Coagulatū est sicut lac cor eorum, sed Hieron. melius. Incrassatū est uelut adeps cor eorum.

* טָרַד Assiduauit, continuauit, perpetuauit: Prouerbiorum 27. Tecta perstillātia in die frigoris: pro quo Hebræi legunt, Impluuium seu stillicidium, uehemens, assiduū, continuū. In die impetuosi imbris, unde consueuerunt assiduū laboratorē uel diligentē patrēfamilias nominare טָרִיד à iugi perpetuitate.

* טָרָה Putruit. Inde טְרִיָּה putridum, uirulentum: & quod humi uirore tabescit. Iudicum 15. Mandibulam asini quę iacebat arripiens, scilicet quę tabescebat dicere uoluit.

* טָרַח Laborauit ad fatigationem. Vnde est illud quod legitur Deuteronomij primo. Negotia uestra & pondus & iurgia, quasi dicat laborem & fatigationem uestri.

* טֶרֶם Antequam. Genesis secundo. Antequam oriretur in terra: & Isaiæ sexagesimoquinto. Eritq; antequam clament ego exaudiam.

* טָרַף Laniauit, cepit, rapuit, prædatus est. Deuteronomij 33. Cepitq; brachium & uerticē: & Psalmo 8. Ne quando rapiat ut leo animā meam; et Genesis 37. Rapiens rapuit Ioseph, pro quo nos legimus, bestia deuorauit Ioseph. Inde nomen טְרֵפָה rapina laniata, captura, prēda, quod Hieronymus traduxit captum à bestia. Leuitici 22. morticinium & captum à bestia non comedent: quod alibi sine aspiratione finali reperitur sex pūctis scriptū טֶרֶף Genesis 49. Ad prędā fili mi ascēdisti. טֶרֶף Surculus & raptus de trunco palmes. Ezech. 17. Et siccabit omnes palmites germinis eius.

מי כיהוה אלהינו

יָאַב Desyderauit. Psalmo 119. Quia mandata tua desyderaui.

* יָאַל Placuit, uoluit, pretendit, cœpit, ausus est: Deuteronomij primo. Cœpitq; Moses explanare legem & dicere: & Genesis 18. Quia semel cœpi loquar ad dominum meum: id est, quia ausus sum. יָאַל Adiurauit. primo Regum decimoquarto. Adiurauit autē Saul populum dicens. יָאַל Stulte patrauit. Numeri 12. Ne imponas nobis hoc peccatum quod stulte commisimus.

* יְאֹר Riuus, flumen. Exodi 2. In carecto ripę fluminis: & ponit sępe pro Nilo fluuio Ægypti, ut hic: sed etiā quādoq; pro flumine Tigri. Dan. 12. Vnus hinc super ripā fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. Significat autē omnē aquā quę agros irrigat & riuis deducit.

* יָאַשׁ Spem uel curam alicuius rei à corde dimouit. Eccles. 2. Renūciauitq; cor meum ultrà laborare sub sole: sic primo Regum uicesimoseptimo. Et desperet Saul cesset q; me quærere, ubi scribit נוֹאָשׁ in passiuo.

* יָאַת Acquieuit, assensus est, morem

rem gessit: & secundum rabi Salomonē, complacuit. Genesis 34. Sed in hoc ualebimus fœderari si uolueritis esse similes nostri, pro quo Hebræi, Sed in hoc complacebimus uobis si eritis sicut nos: & paulo post, Tantum in hoc acquiescamus.

* יָבַב Eiulauit, lamentabiliter uociferauit, ululauit: Iudicum 5. Per fenestrā respiciens ululabat mater eius.

* יָבַל Produxit, deduxit, attulit: Psalmo 60. Quis deducet me in ciuitatē munitam: cuius tamen usus est in hiphil ut הוֹבִיל attulit. יוּבַל Riuus, deductio aquarū, humor: Ieremię 17. quod ad humorem mittit radices suas: & putant hanc dictionem ab ubal deriuari, mutatione aleph in iod. יְבוּל Fructus, germen fruges: Leuitici 26. Et terra gignet germen suum: & Habacuk 3. Et non erit germen in uineis. Significat autem omnes prouētus quos terra producit: ut Iob 20. Apertum erit germen domus illius, reperitur & quandoq; per aphæresin iod, de quo supra in beth.

יוֹבֵל Sonitus cornu arietini. Iosuæ 6. Tollant septem iobilęorum buccinas, unde quinquagesimus annus dicit hoc nomine, quia in anno iobilæi personabant eiuscemodi cornibus & buccinis, ut patet Leuitici 25. Et clanges buccina, & infra. Ipse est enim iobilæus.

* יָבַם Connubia iunxit, contraxit affinitatem. Genesis 38. Sociare illi ut suscites semē fratri tuo, & Deuteronomij 25. Sed accipiat eam frater eius, unde fratris uxor nominatur יְבֵמֶת & sororius dicitur יָבָם ut in eodem Deuteronomij capitulo.

* יָבֵשׁ Exaruit, exiccatum est, Ioelis primo. Omnia ligna agri aruerunt, & infra. Quoniam exiccati sunt fontes aquarum. Inde הוֹבִישׁ transitiuum graue Zachariæ 10. pro eo quod translatio nostra legit, Et cōfundentur omnia profunda fluminis: rectius dicetur, & siccabuntur. Sic Ezechielis 17. Cum tetigerit eam uētus urens siccabitur, & in areis germinis sui arescet. Inde nomen, ut in eodem loco. Et frondere feci lignum aridum: & Genesis 1. יַבָּשָׁה Et appareat arida, id est, terra habitabilis. יָבוֹשׁ Despectus, confusus & uerecundus est. Ieremiæ 17. Confundantur qui me persequuntur & non confundar ego: ut Ioēlis 1. Confusum est uinum, uinea confusa est. Sunt qui etiam uineam esse exiccatā fuisse & sic desijsse, exponant à uerbo superiori.

* יָגֵב Rusticus, fossor, agricola: Ieremiæ 52. Reliquit princeps militię uinitores & agricolas.

* יָגָה Afflixit, tristari fecit, translatio nostra exponit abiecit, Threnorum 3. Et abiecit filios hominum, & secūdum aliquos pro he finali scribit aleph. Inde הוֹגָה ut in eodem loco. Quia si abiecit & miserebitur: & Iob 19. Vsq; quo affligitis animam meam. Inde יָגוֹן nomen dolor, afflictio, tristicia, mœror: Psalmo 31. Quoniam defecit in dolore uita mea.

* יָגַע Laborauit. Psalmo 6. Laboraui in gemitu meo; & Isaiæ 44. Nec laborasti in me Israēl. Inde transitiuum alterum in eodem loco. Nec laborem tibi præbui in thure. Inde nomen יָגֵעַ laboriosum & difficile. Ecclesiastis 1. Cunctæ res difficiles, id est, laboriosę. Hinc יְגִיעַ

* יָגֹר Timuit, ueritus est, Iob 3. Et quod uerebar accidit, & pro eo quod legimus

gimus Psalmo 119. Amputa obprobriū meū quod suspicatus sum, rectius in suo Psalterio Hieron. Auerte opprobrium meum quod reueritus sum.

* יד Prophetia, consilium, uirtus, ripa, latus, locus, manus. Genesis 8. Extenditq; manum suam: & 2. Regū 18. Et appellatur manus Absalom usq; hanc diē: quod rectius uertit, Et appellatur locus Absalom. Nam יד locus est, quod transf latio nostra agrum traduxit. 2. Regum 14. Scitis agrum Ioab ad agrum meum. Et paulo superius: Nunquid manus Ioab; & Exodi 14. Et manum magnā quam exercuerat dominus contra eos: id est, uirtutem seu potentiam. Sed & incrustaturas legit translatio nostra ידות Exodi uicesimosexto.

* ידה Iecit, posuit, extendit, misit: secundum alios elegit: ut in Abdia. Et super Ierusalē mittebant sortem: & Threnorum 3. Et posuerunt lapidē super me.

ידיד Dilectus, amans seu amantissimus. Deuteron. 33. Amantissimus domini habitabit confidenter, & Psalmo 84. Quam dilecta tabernacula.

* ידה Deiecit seu abiecit. Zach. 1. ut deijciant cornua gētium: unde potuit illud superius allegatū deriuari: Thren. 3. Et iecerunt lapidē cōtra me, pro eo qđ nos dicimus: Et posuerunt lapidē super me. Et sicut scripsimus in litera he, cōmutatione iod cū he legit similiter הדה inde putāt illud ortū quod laudē & cōfessionem significat, ut Psalmo 136. Confitemini dn̄o quoniā bonus: & Genesis 49. Iuda te laudabunt fratres tui.

* ידע Cognouit, sciuit: 1. Regum 3. Porro Samuel necdū sciebat dominū. & Genesis 4. Adam uero cognouit uxorem suā: & Psalmo 76. Notus in Iudæa deus. Inde illud quod legitur Exodi 6. nomen meum adonai non indicaui eis, exponendum sic est. Et in nomine meo tetragrāmato non sum factus notus eis: est enim in eo loco passiuum. Multa inde uarie deriuantur: ut cum sine he scribitur aut cum he, & cętera de quibus in arte.

מדע Cogitatio, sententia, iudicium, æstimatio: Ecclesiastis 10. In cogitatione tua regi non detrahas. מודע Propinquus, consanguineus, gentilis, quasi ex eadem familia natus atq; notus. Ruth secundo. Erat autem uiro Elimelech consanguineus. ידע Fregit, cōminuit, contriuit: Iudicum 8. Et contriuit cum eis atq; cōminuit uiros Sochoth: sic Prouerbiorum 10. qui autem deprauat uias suas manifestus erit: hoc enim modo legit nostra translatio, cui & assentitur Rabi Iudas grammaticus: sed iuxta præsentis uerbi significationem eundē uersum legit rabi Ionas sic: Et obliquās uias suas confringetur. ידוע Animalis nomen secundum rabi Salomonem, & specialiter secūdum rabi Dauid Kimhi est auis qua magici ad diuinationes & incātationes utuntur, ea fortasse quę à latinis motacilla, & à gręcis sisopygis uel sisura à caudę frequēti motu dicit: proprie uero iynx per quā amica uirum suum apud Theocritū in pharmaceutria incātat: unde ידעוני dicit magus qui ossibus illius auis in ore suo cōtentis stridēdo mirabiliter incātat: ut Isaię 8. quęrite à pythonibus & diuinis qui stridūt incantationibus suis. Et Leuit. 19. Non declinetis ad magos nec ab ariolis aliqd sciscitemini: & Deut. 18. Ne sit maleficus nec incantator neq; pythones consulat neq; diuinos.

✱ יָהַב Dedit,attulit,pręsentauit,tradidit:Ezræ 5. tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylōis chaldęi. Inde nominaliter traduxit nostra translatio curam. Psal. 55. Iacta super dñm curam tuam:uel secundū rabi Salomonem onus siue pōdus tuum. Secundū uero alios Hebręos, traditū uel datū tuum, scilicet quodcumqȝ deus dederit tibi usqȝ in pręsentē diem. Hieron. autē similitudine alterius dictiōis captus אַהֲבָה de qua in litera aleph mentionē fecimus, traduxit charitatē: cui non assentior. Dan. 2. Imperiū & gloriam dedit tibi, & quandoqȝ inuenit per aphęresin: Psalmo 29. Afferte domino filij dei.

✱ יָהִיר Arrogans, superbus, Prouerbiorum 21. Superbus & arrogans uocatur indoctus, quod de uerbo ad uerbum sic Hebręi legunt, temerarius, arrogās, derisor nomen eius: & Habacuk 2. Sic erit uir superbus.

✱ יום Dies, & quandoqȝ reperitur pro die artificiali quo sol lucet supra nostrum horizontē: ut Genesis 1. Et appellauit lucem diem & tenebras noctem: quādoqȝ pro die naturali 24 horarū, ut cum sequitur. Factumqȝ est uespere & mane dies unus: quandoqȝ duplicatur finalis litera mem, & dicitur יוֹמָם ut Psalmo primo. Et in lege eius meditabitur die ac nocte: & quandoqȝ inter duo mem ponitur iod, & dicitur יוֹמַיִם trisyllabum, sicqȝ significat duos dies seu biduū: quandoqȝ pronunciatur pluraliter à יום duabus syllabis יָמִים & significat plures dies: sępe etiam uau per syncopen aufertur, Genesis 3. Et terram comedes cūctis diebus uitæ tuæ.

✱ יָוֵן Lutum, cœnum, fex, stercus: Psalmo 40. Et de luto fecis: quod Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate melius traduxit de luto cœni. יוֹן Columbus, cuius fœmininum est in usu יוֹנָה id est, columba: ut Genesis 8. Et emisit columbā quę nō est reuersa: in plurali autem masculine declinatur, ut Canticorū 1. Oculi tui columbarum. יָוָן Græcia, sic dicta à Ionibus. Isaiæ 66. In Italiā & Græciā ad insulas longe: quod Ionathas Chaldęus ponit pro nomine regionis. Hieronymus uero in libro hebraicarum quæstionum sic ait. Iauan Iones, qui & Græci unde & mare Ionium.

✱ יָזַם Cogitauit, considerauit: Genesis 11. Nec desistent à cogitationibus suis: quod rectius sic, & nunc non uitabitur ab eis omne qđ cogitauerūt facere: sic etiam Onkelus exponit. Est autē unū & idem cum זמם

✱ יָזַן Armauit, phalerauit, apparauit: Ieremiæ 5. Equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt: pro quo Hebręi legunt: Equi armati habenis phalerati uel apparati trahentes facti sunt. Rabi Iacob filius Eleazar deriuat hoc uocabulum à מָזוֹן id est, nutrimento: quasi diceret, equi saginati: alij ab habena quæ dicitur ab Hieronymo זין tertio Regum uicesimosecundo. Et habenas lauerunt iuxta uerbum domini.

✱ יָזַע Sudor, metaphorice pro labore. Ezechielis quadragesimoquarto. Et non accingentur in sudore: unde per metathesin זֵיעָה sudor, quod etiam sæpe caret iod: Genesis tertio. In sudore uultus tui.

✱ יַחַד Simul, in unum. Psalmo 49. Simul diues & pauper: recipit quandoqȝ paragogen quasi indicantem pluralitatem

tem יַחְדָּיו Ieremię 31. Iuuenes & senes simul, uidetur multis hoc uocabulum deriuari ab אֶחָד id est, unus: de quo supra diximus. Inde יָחִיד unicus, Psalmo 25. Quia unicus & pauper sum ego.

✠ יָחַל Expectauit, Genesis 8. Expectatis autem ultra septẽ diebus: & infra. Expectauitq́ nihilominus septem diebus alijs. Passiuũ eius suscipit uau in prima syllaba נוֹחֲלָה Ezechielis 19. Quæ cum uidisset quoniã infirmata est & perijt expectatio eius: pro quo Idonei legunt: Et uidit quod cum expectaretur perijt spes sui, quem locũ Rabi Dauid Kimhi sic exponit: Cũ iam staret diebus multis in expectatione ecce perijt spes sui: hoc est, speratio de eo habita. Inde uerbũ graue תּוֹחֵל Psalmo 130. pro eo quod nos legimus. Sustinuit anima mea in uerbo eius, sperauit anima mea in domino: rectius hebraica ueritas sic habet: Sustinuit anima mea, & ad uerbum eius expectaui. Nam quod Ieremiæ 4. legitur, uentrem meum, uentrem meum doleo: non ab hoc sed à uocabulo חִיל deriuatur de quo supra diximus.

✠ יָחַם Calefecit, & metaphorice cõcepit. Ecclesiastis 2. unus quomodo calefiet. Genesis 30. Et in aspectu earum conciperent. Item, ut in eorum contemplatione conciperent: & superius secundũ hebraicam ueritatem, Et cõceperunt oues erga uirgas. Et Psalmo 51. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea, quãuis Hieronymus in suo Psalterio transferat, peperit me mater mea.

✠ יָחֵת Discalciatus, Isaiæ 20. Et fecit sic, uadens nudus & discalciatus.

✠ יָחַשׂ Insignis, nobilis, gentilis dictus à prosapia, gentilitate ac nobili parẽtela. 1. Paralippomenon 4. Hęc est habitatio eorum et sediũ distributio, pro quo hebraica ueritas legit, Hæ sunt sedes illorum & nobilitatio seu gentilitas eorum ipsis. Sic eiusdem libri cap. 5. Et non est ille reputatus in primogenitum: pro quo hebraica ueritas legit, Et non nobilitando ad primogenituram.

✠ יָטַב Placuit. 2. Regum 3. Et placuerunt eis cũcta quę facit rex: & Iosuę 22. Placuitq́ sermo cunctis audientibus. Et quidam uolunt hoc uerbum à טוֹב deduci, quod significat bonum: quasi placeat omne quod bonum uidetur, sed grãmatici scribunt ipsum inter primitiua. In de מֵיטַב quod nos dicimus ad beneplacitum. Deuteron. 9. Cõminuens omnino, quod Onkelus Chaldæus exponit: demoliens ipsum in demolitione beneplacita.

✠ יַיִן Vinum. Numeri 15. Et uinum ad libamẽtum: & infra, Et uinum ad liba fundenda, & in numero plurali declinatur יֵינוֹת fœminine.

✠ יָכַח Arguit, corripuit. Genesis 31. respexit dominus & arguit heri, & Psalmo 50. Arguam te & statuam cõtra faciem tuam: & Prouerbiorum 28. Qui corripit hominẽ, gratiam postea inueniet.

✠ יָכֹל Potuit: Genesis 45. Non se poterat ultra cohibere Ioseph: & Numeri 14. quoniam poterimus obtinere eam. Inde magistri Hebræorum nominãt decursum aquæ in alueo festinanter labentis, quæ possit uadari מִיכַל nimis detorta deriuatione: non enim habet dictionẽ sibi similem, & ponitur 2. Regum 17. pro quo nostra translatio impropria circumlocutione usa est dicens: transierunt

R 2 festinan-

festinãter gustata paululum aqua: quod hebraica ueritas sic legit, transierunt uadum aquæ seu riuum: cui astipulatur Ionathas Chaldæus qui hunc locum exponit in lingua chaldaica simpliciter sic: trãsierunt Iordanem.

* יכת Agitauit, concidit, demolitus est: Numeri 14. Percutiens eos atq; concidens: ad quod allegat Rabi Salomon primam eius personam. Deuteronomij nono. Et in frusta comminuens omnino quoque in puluerem redigens, cui alludit Onkelus Chaldæus qui uerbũ hoc exponit chaldaice lassauit.

* ילל Doloris exclamatio, clamor, eiulatio, ululatus: nostra translatio tradu xit horror. Deut. 32. In loco horroris & uastę solitudinis. Sophonię 1. uox clamoris à porta piscium & ululatus à secũda. Ab eo uerbum quoq; gerundiũ reperit per aphęresin iod ללה & per defectum unius lamed, nam ita tribus III scribi deberet, ex quibus unum propter euphoniam deponitur. 1. Regum 4. pregnans erat uicinaq; partui: quod multi Hebræorum magistri ut Moses frater Kimhi, cæteriq; per hanc significationẽ interpretãtur sic: Et nurus eius uxor Phinees pregnans eiulãdo, id exponit secundũ eos, cum appropinquarẽt dies doloris ad partũ. Alij uero cũ quibus cõcordat nostra translatio, putãt ita poni per syncopẽ daleth, cui astipulat translatio Ionathę qui ait: uxor Phinees instãs ad pariendũ. Zacharię 11. Vlula abies, ululate quercus Basan, & infra: Vox ululatus pastorũ, non sicut Septuag. traduxerũt, Vox lugentiũ pastorum.

* ילד Peperit, genuit. Psalmo 7. Cõcepit dolorẽ & peperit iniquitatẽ, & Psalmo 2. Ego hodie genui te: non autem ut quidam indocti Hebręorũ exponunt, ego hodie nobilitaui te. Inde מילדת obstetrix quę curat partũ: ut Exodi 1. Dixit aũt rex Ægypti obstetricibus: & מולדת natiuitas. Genesis 32. Et in terram natiuitatis tuę, & תולדת generatio. Ruth quarto. Hę sunt generationes Phares: & ילד puer siue natus: 4. Regũ 4. Cernit autem puer: & 1. Regum 1. Hannę autem non erant liberi, id est, pueri, nati.

* ילך Venit, uasit, abijt, iuit, gressus est. Exodi 34. Obsecro ut gradiaris nobiscum, quod hebraice sic legitur, Vadat obsecro dominus meus in medio nostrũ inde per apocopen iod לך Numeri 23. Veni mecum in alterũ locum, quandoq; ponitur geminate causa uehemẽtię. Genesis 12. Egredere de terra tua.

Notãdum hic, quod ילך & הלך sunt duę radices idem significãtes, sed usus הלך solũ est in pterito & participio: & usus ילך in reliquis tribus modis.

* ילת Scabiosus. Leuitici 21. Si iugem scabiem.

* ילק Genus locustę, quod bruchũ nostra translatio uertit. Nahum ultimo. Bruchus expansus est & auolauit. Est aũt iuxta Hieronymũ atellibus quẽ Aquila cõmessorem interpretat, parua locusta inter locustã et bruchũ, & modicis pẽnis reptãs potius quã uolãs semperq; subsiliens: & ob hãc causam ubicunq; orta fuerit usq; ad puluerẽ cuncta cõsumit. Rectius autẽ bruchũ uermem pilosum & stantibus comis horripilantẽ puto, iuxta Ieremiam cap. 51. Adducite equitatũ quasi bruchum horripilantem.

* ים Mare: Isaię. Sicut aquę maris operientes: & quãuis quandoq; suscipiat

adiectiuum

adiectiuum fœmininum, tamen maſculino genere declinatur, ut Geneſis 1. Et cōgregationes aquarū uocauit maria: quia uero mare mediterraneum Iudęis eſt occidentale, ideo hæc dictio etiam occidētē ſignificat, ut dicit Hieron. in cōmentarijs ſuper Pſal. 107. uerſiculū. A ſolis ortu & occaſu ab aquilone & mari: his uerbis, Vbicunq; mare auditis ſecundum climata, ſemper intelligitur occidens: à ſitu enim Hieruſalem mare hoc magnum quod dicitur in occidente eſt: hæc ille. Et Deuteronomij 11. A deſerto & libano & flumine magno Euphrate uſq; ad mare occidentale erunt termini ueſtri.

* יֵמִים * Muli nati ex aſino & equa: Gen. 36. ubi nos legimus, Iſte eſt Anan qui inuenit aquas calidas, ibi hebraica ueritas habet. Iſte eſt Anan qui inuenit mulos: quod magiſtri Hebræorum exponunt, quia cum paſceret aſinos patris ſui in deſerto inuenit modum quo aſinus aſcenderet ſuper equam & inde conciperetur mulus.

* יָמִין * Dextera. Geneſis 24. Vt uadam ad dexteram ſiue ad ſiniſtram: Inuenitur & pro meridie: quoniam ſicut oriens eſt prius & occidēs poſterius, ita meridies eſt dextera & boreas eſt ſiniſtra. Pſalmo 89. pro eo quod trāſlatio noſtra habet. Aquilonem & mare tu creaſti: ueritas hebraica legit, Aquilonem & meridiem tu creaſti eos: & Hieronymus traduxit, Aquilonem & dexterum tu creaſti. Mirādumq; eſt quod Septuaginta interpretes tam negligenter uerſum inſpexerunt pro iamin iamim traducētes: ſic enim & ipſi in linguam græcam uerterunt, Boream & mare tu creaſti, unde & auſter תֵּימָן nominatur ſola thau literæ præpoſitione. * ימן * Hinc uerbum הֶאֱמִין & הֵימִין dextram tenuit: Geneſis 13. & Ezechielis 21. Et adiectiuum fœm. יְמָנִית Leuitici 14.

* יָמַר * Deliciauit, ſi eſſet latine dictū & grammatice: nam ſic Ionathas chaldaice interpretať Iſaię 61. ubi nos legimus: Et in gloria eorum ſuperbietis, quaſi diceret blandiemini, & putant aliqui iod mutari in aleph & fieri אָמַר de quo ſupra in aleph diximus in uerbo הֶאֱמִיר quod ponitur Deuteronomij 26.

* יָנָה & in hiphil הוֹנָה Spoliauit, decepit, depopulatus eſt, translatio noſtra interpretatur afflixit. Leuitici 25. Nolite affligere contribules ueſtros: ſed alio in loco rectius Ezechielis 45. Et non depopulabuntur ultra principes populum meum.

* יָנַח & in hiphil הֵנִיחַ Repoſuit. 1. Regum 10. Et repoſuit coram domino, & eiuſdem 2. Et poſuit eum in hortum uoluptatis. Inde deriuatur nomen נַחַת requies. Eccleſiaſtis 4. Melior eſt pugillus cum requie. Inde deriuantur quæ cōſolationem & quietem deſignant: uide infra in uerbo nuah.

* יָנַק Suxit. Iſaiæ 60. Et ſuges lac gētium. Inde infans ab ubere qui adhuc lac ſugit dicitur יוֹנֵק Iſaię 11. Delectabitur infans ab ubere. Inde lactentes & lactantes ſecundum diuerſas grammaticæ formas, & à tali teneritudine plantas etiam nouellas cognominamus. Iob 15. Ramos eius arefaciet flamma, quod Hebręi exponunt: radicem eius ſugentem humores exiccabit flamma.

* יָסַד Fundauit. Pſalmo 104. Fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam: &

infra. In locũ quẽ fundaſti eis. Inde יִסֵּד nomen adiectiuũ. Iſaię 28. Ecce fundatus in Ziõ lapis, lapis ꝓbatus angularis precioſus, fundamentũ fundamentatũ: nã bis ponitur מוּסָד primo nomen, ſecũdo participiũ, nos uero legimus. Ecce ego mittã in fundamentis &c. Inde uerbũ paſſiuũ נוּסַד fundatus uel firmatus uel ſtabilitus eſt uel fuit. Pſalmo 2. Aſtiterũt reges terræ & principes firmati & fundati ſunt ſimul: pro quo legimus, & principes conuenerunt in unum. Alĳ interpretantur conſuluerunt a סוד id eſt, ſecretum conſiliũ: unde Hieronymus in ſuo Pſalterio poſuit tractauerunt.

Hinc יְסוֹד fundamentũ, item elementum apud rabinos.

* יָסַךְ Fudit, linit, unxit. Exodi 30. Caro hominis non ungetur ex eo.

* יָסַף Congregauit, addidit, adiecit: Geneſis 38. Et non addidit ultra cognoſcere eam: pro quo nos legimus, attamen ultra non cognouit eam. Recipit & uau. Geneſis 30. addidit mihi dñs filiũ alterũ: & loco uau recipit etiam aleph. Exodi 4. Et cõgregauerunt cunctos ſeniores filiorum Iſraël. & Iſaię 8. Et adiecit dominus loqui ad me.

* יָסַר Erudiuit. Prouerb. 9. Qui erudit deriſorẽ. Oſeæ 7. Et ego erudiui. Inde מוּסָר eruditio, diſciplina, & hęc ambo patent Prouerb. 1. Ad ſciendum ſapientiã & diſciplinã, ad ſuſcipiendũ eruditionẽ doctrinę. Inde pro caſtigatiõe & correptione ſumitur: ut Ieremiæ 31. Caſtigaſti me domine & eruditus ſum.

* יָעַד Conuenit, conſtituit, pactus, teſtificatus & pollicitus eſt, promiſit, deſpondit. Exodi 21. Si aũt filio ſuo deſponderit eam, & paulo ſuperius, quam non deſpõſauit: pro quo nos legimus, cui nõ tradita fuerit: & eius paſſiuũ ponit Exodi 25. ubi nos habemus, Inde pręcipiã & loquar ad te: ibi Hebręi legunt: Et teſtificabor tibi illic & loquar tecum. Inde per deriuationem עֵדָה & מוֹעֲדִים pacta, conſtituta, fœdera, ſolennia.

* יָעָה Purgauit, depurauit, translatio noſtra interpretatur ſubuertit, Iſaiæ 28. Et ſubuertet grando ſpem mendacĳ: quod Hebręi ita exponunt. Et purgabit, remouebit, auferet, grando, id eſt, inimicus protectionẽ mendacĳ. Inde יָעִים id eſt, ſcobę quibus domus mundantur & immundicię auferuntur, quę fiunt quandoq; ex alis aucarũ pennatis, quandoq; ex porcinis ſetis in unum faſciculum uinctis: translatio noſtra quam legimus uertit tridentes ſeu uncinos. Numeri 4. Omnia uaſa quibus in miniſterio eius utũtur, id eſt, ignium receptacula. Fuſcinulas ac tridentes uncinos & batilia.

* יָעֵז Barbarus, obtuſus, robuſtus, brutus, quaſi per metatheſin עֲזִי ubi abũdat iod, id eſt, robur, fortitudo. Iſaiæ 12. Quia fortitudo & laus mea dñs. Vnde robuſtos homines & corpulentos dixerunt barbaros & imprudentes, iuxta cõmune prouerbiũ. Raro breues humiles, lõgos raro ſapientes. Inde נוֹעָז imprudẽs, barbarus. Iſaię 33. Populũ imprudentem non uidebis, id eſt, ineloquentẽ & barbarum: quod facili tranſitu ipſius nun in lamed & econuerſo dicimus in eodem ſignificato לוֹעֵז Pſalmo 114. In exitu Iſraël de Ægypto domus Iacob de populo barbaro.

* יָעַט Inuoluit, induit, ut Pſalmo 104. Amictus lumine ſicut ueſtimẽto, id eſt, Induens lucẽ quaſi ueſtimentum: ſic

enim

enim rectius uertitur, & Isaiæ 59. opertus est quasi pallio zeli: ego legerem, operuit uel induit quasi pallium zelum.

* יָעַל Iuuit, profuit: Habacuk secundo. Quid prodest sculptile quia sculpsit id fictor suus: & Isaiæ tricesimo, qui eis prodesse non potuit, non fuerunt in auxilium. יָעַל ascendere: Gen: 2.

* יַעַן Eo quod, propterea, propter quod, pro eo, uice, ut Leuitici 26. Eo qđ abiecerint iudicia mea: ubi textus hebraicus propter uehementiam cominationum bis idem uocabulum posuit: quasi diceret, uice & in uicem eius quod abiecerint iudicia mea.

* יַעֲנָה & יָעֵן Struthio in fœminino. Leuitici 11. Struthionem & noctuam & larum. Isaiæ tredecimo. Et habitabunt ibi struthiones: in masculino genere, Threnorum quarto. Quasi struthiones in deserto.

* יָעֵף Defecit, lassatus, defessus, fatigatus est. Habacuk 2. Et gentes in uacuum deficient, pro defecerunt: & Isaiæ 40. Et non deficient neq; laborabunt. Item qui dat lasso uirtutem. Item in eodem. Deficient pueri & laborabunt. Inde יָעֵף nomen adiectiuum fessus. 2. Regum 16. Vinum autẽ ut bibat si quis defecerit in uia: quod de uerbo ad uerbum sic legitur. Et uinum ut bibat fessus deserto. Inde putant dictum Danielis 9. Ecce uir Gabriel quem uideram in uisione à principio cito uolans tetigit me: ubi quidam magistri מֻעָף בִּיעָף iuxta nostrã translationem uerterunt, uolans uolatu: quasi diceret, cito uolãs, non ab hoc nostro præsente uocabulo, sed ab עוּף id est, uolauit: de quo inferius in sua litera: in qua opinione est Rabi Dauid Kimhi in libro radicum sic exponens hunc locum: Gabriel quẽ uidi in uisiõe in initio quũ erat uolans desuper, tunc uidi quod fuit appropinquans ad me. Sed Rabi Leui ben Gersom, qui teste Paulo Burgense in scrutinio, Magister Leo de Banolis uulgo nominatus est, in suis cõmentarijs super eũdem prophetam interpretatur memorata Danielis uerba iuxta deriuationem expresse à præsenti uocabulo sic: Gabriel quem uiderã ab initio fatigatus fatigatione applicuit ad me: qđ si utrosq; sequamur dicendum esset, Gabriel uel fatigatus uolando uel uolans cum fatigatione tetigit me.

* תּוֹעָפָה Robur, fortitudo: Numeri 23. Cuius fortitudo similis est rhinocerotis seu unicornis.

* יָעַץ Decreuit, cogitauit, consultatione conclusit, statuit: Isaiæ 23. Quis cogitauit super Tyrum, & infra. Dominus exercituum cogitauit hoc, & eiusdẽ 14. Dominus exercituum decreuit, & ante: hoc consiliũ quod cogitaui super omnẽ terram. Inde יוֹעֵץ consiliarius, qui in consilio habet decretum & autoritatem interponere, sicut erant Romanorum bini consules. Isaiæ 9. Admirabilis consiliarius deus fortis: qui in iure dicitur silentiarius, cui summa secreta credunt. unde uetustissimi Hebrẹorum sapientes uetabant ne legis arcana traderentur nisi לְיוֹעֵץ חָכָם id est, consiliario sapienti. Inde עֵצָה consiliũ. Psalmo 1. Beatus uir qui nõ abijt in cõsilio impiorũ, per aphæresin iod. יַעַר Sylua. Deuteronomij decimonono. In syluam ad ligna cædenda, & Canticorum secundo. Sicut malus inter ligna syluæ, & pluraliter dicitur etiam in fœminino genere.

יַעַר Fauus. Canticorum 5. Comedi fauum meum cum melle meo.

יָפָה Pulchre fieri uel pulchrescere significat: ut Canticorum 7. Quam pulchri sunt gressus tui: ubi si latinitas pateretur legi oportuit, quantum pulchruerunt uicissitudines tuę. Item in eodem: quàm pulchra es & decora. Eius passiuũ ponitur Ezechielis 31. Erat pulcherrimus in magnitudine sua, pro, pulcher factus est uel fuit. Inuenitur hoc uerbum geminatum propter excellentiam pulchritudinis significandam. Psalmo 45. Speciosus forma præ filijs hominum: pro pulcher pulcher fuisti, & inuenitur per apocopen. Ezechielis 28. Super pulchritudinem sapientię tuę. יָפַח Apud se meditatus est, & intra se disposuit, uel secũ constituit atq; ordinauit. Nam uarias inuenio translationes. Hieronymus in Habacuk capite 2. apparuit inquit, sic enim legimus: Et apparebit in finem & non mentietur, ubi Septuaginta uerterunt, Et orietur in fine: multi traducunt, Et loquetur ad finẽ. Sic enim exponit ipsum doctissimus grammaticus Rabi Dauid Kimhi in cõmentarijs super duodecim: & idem in libro radicũ insinuat hoc uerbum significare aliquid intra se meditari, & mussitando seu murmurando secũ parare atq; disponere: cui assentitur trãslatio Chaldaica Ionathæ. Vnde id quod legimus. Psalmo 12. Fiducialiter agam in eo, Item quod traduxerunt Prouerbiorum 14. Profert mendacium dolosus testis, ubiq; ab Hebręis exponitur, loquitur uel dixit. יָפַע Illustrauit, clarificauit, depurauit. Inde in fine addito he uel thau. יִפְעָה illustratio, apparitio, decor, puritas, Ezechielis 28. Et polluent decorem tuum, & Deuteronomij 33. ponitur uerbum deriuatiuum הופיע Apparuit de monte Pharan: quod Onkelus Chaldaice exponit, Apparuit in maiestate super monte Pharan: quod alio in loco nostra translatio nescio quare traduxit adiuuit. Iob 10. Et consilium impiorum adiuues: quod Hebręi illustras dicunt.

יָפַת Præposito mem & holem מ׳ מוֹפֵת portentum alicuius futuri signũ quod prodigiũ dicimus. Psalmo 71. Tanquam prodigium factus sum multis, & Deuteronomij 6. Fecitq; signa & prodigia magna מוֹפְתִים in masculino genere.

יָצָא Exiuit, egressus est. Habacuk 3. Egredietur diabolus, & paulo inferius. Egressus es in salutem populi tui: & sępe inuenitur per defectum aleph: ut Iob 1. Nudus egressus sum de utero: Item inuenitur per aphęresin iod. Isaiæ 30. Egredere dices ei. Inuenitur & hoc modo צֶאֱצָא geminatum pro germine quod oritur & egreditur, ut eiusdem 34. Orbis & omne germen eius. Significat etiam hoc more filios & nepotes, eiusdem 22. ubi nos legimus, uasorum diuersa genera: ibi chaldaica translatio habet. Filios & filiorum filios: pro quo Symmachus & Aquila traduxerũt, Nepotes & commixtos, sicut idem Isaias capite 48. scripsit. Stirps uteri tui ut lapilli eius: pro quo Ionathas Chaldęus exponit: Filij tui & filij filiorum tuorum, & צוֹאִים sunt uestimenta quæ exuuntur ut sordida. Zachariæ 3. Et Iesus erat indutus uestibus sordidis. Vnde educere hoc uerbũ הוֹצִיא significat & extrahere: quod fit primæ syllabæ addita uau litera cum aspiratione more coniugationis uerborũ

grauium

grauium. Genesis decimoquinto. Eduxit eum foras, & Exodi 20. Qui eduxit te de terra Ægypti.

* יָצַב Statuit, à sistendo. Deuteron. 32. Constituit terminos populorum: & uerbum deriuatum. Psalmo 2. Astiterũt reges terræ. Inde מַצֵּבָה statua, monumentum, titulus: Genesis 35. Ille uero erexit titulum lapideum, pro quo Hebręi legunt, Et statuit Iacob statuam in loco: & paulo inferius. Erexitq́ue Iacob titulum super sepulchrũ eius, hic est titulus monumenti Rahel: quod sic Hebręi legunt: Et statuit Iacob statuam super sepulchrum eius, ipsa est statua sepulturæ Rahel usque hodie. Item מַצָּב statio, ut statio Philistinorum.

* יָצַג Locauit, posuit, statuit: Genesis 30. Posuitq́ue eas in canalibus. Putãt autem hoc uerbum grammatici quidam è numero eorum esse quæ à nun litera ducunt initium.

Ex grammatica Eliæ alia & recta habetur ratio, nempe quod incipientia à iod & habentia secundam zade, faciunt iod primam deficere in dages.

* יָצַע Expandit, strauit, extendit, exposuit. Isaiæ quinquagesimooctauo. Et saccum & cinerem sternere, & Iob decimoseptimo. Et in tenebris straui lectulũ meum. Hinc nomen יְצוּעַ stratum, lectus.

* יָצַק Fudit: Leuitici secundo. Funderq́ue super eam oleum. Item constituit, fixit, firmauit: Psalmo 41. Verbũ iniquũ constituerunt aduersum me. Sed rectius Hieronymus in Psalterio suo de hebraica ueritate, uerbum impietatis infundebant sibi. Omnes autem eiuscemodi locos Rabi Iuda quasi eiusdem aut similis esse significationis autumat, si intelligentia recte ad penetrationem infusionis & firmitudinem referatur.

* יָצַר Finxit, formauit, creauit, orsus est: Genesis 2. In quo posuit hominẽ quẽ formauerat, & Psalmo 33. Qui finxit sigillatim corda eorum, & Isaiæ 43. Creans te Iacob & formans te Israël. Inde יוֹצֵר figulus, Psalmo 2. tanquam uas figuli, & יֵצֶר figmentũ, Psalmo 102. Ipse cognouit figmentũ nostrũ. יֵצֶר Cogitatio uel potius desyderiũ atque cupiditas. Genesis 6. Et cuncta cogitatio cordis intẽta esset ad malum: & dicitur de bono & de malo. יָצַר Artauit, coangustauit. Prouerb. 4. Non artabũtur gressus tui.

יָצַר Trepidauit, anxius fuit, & angustatus. Genesis 32. Timuit Iacob ualde & perterritus fuit, & 1. Regum 30. Et cõtristatus est Dauid ualde. Habet autem significationem tribulationis & angustię, quod nomen מֵצַר inde deriuatum ostendit Psalmo 118. De tribulatione inuocaui dominum.

* יָצַת Accendit, combussit: Isaiæ 33. Spinæ congregatæ igni comburentur, & 4. Regum 22. Et succendetur indignatio mea. Et deficit plerunque iod per dages in zade.

* יֶקֶב Torcular. Oseæ 9. Area & torcular non pascet eos.

* יָקַד Vssit, accendit, exarsit. Deuteronomij 32. Et ardebit usque ad inferni nouissima: & uide diligenter Isaiæ decimo, ubi nos legimus, Succensa ardebit quasi combustio ignis. Inde nomina uerbalia, מוֹקֵד ut Leuitici sexto, pro eo quod nos legimus, Cremabitur in altari tota nocte: rectius Hebræi sic, pro exustione super altari, & Psalmo cẽtesimo secũdo.

Sicut

Sicut cremium aruerunt, id est, sicut exustum.

✱ יָקַה Auscultauit, obediuit: unde est nomē illud uerbale יִקְּהַת de quo tot & tanti doctores & Iudęi & Christiani tam uaria scribunt, quod ponitur in prophetia Iacob, Genesis 49. Et ipse erit expectatio gentium, id est, יִקְּהַת alij namq; interpretantur expectatio, ut nos legimus, alij aggregatio, ut Lyra noster post Rabi Salomonem qui eodem modo exponit. Alij ut Thalmudistæ quidam sic uertūt, & ei erit deuastatio seu confractio gentium: alij à ferro obtuso simili scilicet uocabulo dicunt quod ille obtundet seu hebetabit gentes. Sed dimissis opinionibus, nos sequimur nobilissimos Hebręorum grammaticos dicentes, auscultationem & obedientiam hoc uocabulo significari, & hoc cernitur quicquid dicant alij Chaldaica translatio Onkeli sentire, cū uersiculum prædictum sic transfert. Et ei auscultabunt populi, ad quod pro simili allegant uersiculum Salomonis. Prouerbiorum 30. Et qui despicit partum matris, ubi idem uocabulum ponitur, quē & Rabi Salomon Gallus & Rabi Moses Gerundensis in suo pentateucho, & Rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus unanimiter exponunt de auditu & auscultatione sic. Oculum qui subsannat seu irridet patrem & qui despicit auscultando matrem: quanquam nonnulli rugas trāsferant, scilicet qui despicit rugas matris, quos & Lyra probat: de hoc latius Gerūdensis scripsit in loco præallegato.

✱ יָקַע Affixit, suspendit in patibulo. Numeri 25. Et suspende eos contra solem in patibulis. Inde illud uidetur aliquibus esse deriuatū quod scribitur Genesis 32. Tetigit neruum fœmoris eius, quod de uerbo ad uerbum sic legatur. Tetigit manu neruum eius & וַתֵּקַע affixa est manus neruo Iacob.

✱ יָקַף Circumdedit, obsedit, Psalmo 17. Inimici mei animam meam circumdederunt, & Psalmo 22. Consilium malignantium obsedit me. In hiphil ubi solum inuenitur habet הִקִּיף Quidam tamen putāt esse ex defectiuis נקף.

✱ יָקַץ Euigilauit, expređus est. Genesis 9. Euigilans autem Noē ex uino. Habacuk 2. Et suscitabunt lacerātes te.

✱ יָקַר Fuit in precio, preciosum & magnipensum est. Psalmo 36. pro eo qđ nos legimus, Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus. Septuaginta transtulerūt os eplinthynas, id est, ut multiplicasti, hoc est, quantum auxisti, sensum è sensu uertentes, nam hebraica ueritas sic habet: Quam magnipensa est misericordia tua. Quod Rabi Iudas putauit uerbum esse, quia forte inueniebat ipsum in suis libris per cuph & patha scriptum, quemadmodum inuenit Psalmo 116. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius: pro magnipensa est. Cæteri uero grammatici iudicant ipsum esse nomen, eo quod in libris nostris communiter habemus per cuph & camez scriptum: sicut 1. Regum 3. Et sermo domini erat preciosus, hoc est, honorabilis. Inde יְקָר honorificentia seu magnidecētia & magnitudo æstimationis hoc nomine intelligitur. Esther 1. Ac magnitudinem atq; iactantiam potentiæ suæ.

✱ יָקֹשׁ Irretiuit, laqueauit, retia posuit, pedicas statuit, aucupatus est, cepit; Psalmo 141. Custodi me de laqueo quem

quem statuerũt mihi: hoc est, quem mo re uenatorum posuerunt mihi: cuius pas sivum ponitur Deuteronomij 12. pro eo quod legimus, Caue ne imiteris eas: re ctius uertitur, Caue tibi ne capiaris seu illiciaris post eos. Rabi Salomon Gallus exponit: ne rapiaris post eos, ab alio uer bo primitiuo. Sed Onkelus Chaldæus interpretatur, ne scandalizeris post eos, secundum huius uerbi significationem quod illicere & irretire significat. Inde tales aucupes & uenatores qui retia & pedicas seu offendicula atq; decipulas po nunt dicti sunt יוֹקְשִׁים ut Psalmo 124. Anima nostra sicut auis uel passer erepta est de laqueo uenantium siue uenatorum seu aucupum: & transfertur uau in ultimam יָקוּשׁ & significat idem. Prouerbiorum sexto. Et quasi auis de insidijs aucupis. Inde מוֹקֵשׁ illex, decipula, uenatorum fouea, scandalum, ruina, offendiculum, & omne id quo incaute impingimus ad enormem læsionem, aut ad cuius præsentiam nutamus. Vnde nostra translatio ruinam uertit, Isaiæ 8. Et in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem.

☩ יָרֵא Timuit. Exodi 2. Timuit Moses & dixit: & eiusdem primo. Et quia timuerunt obstetrices deum: & pluraliter in prima persona futuri temporis, Iosuæ 9. Timuimus igitur ualde. Inde nomen מוֹרָא timor uel terror. Genesis 9. Et terror uester ac tremor sit super cuncta animalia. Inuenit tamen in eiusmodi uocabulo ultimũ aleph mutari in he. Itẽ passiue per nun נורא timendus, terribilis, reuerendus. Genesis 28. Quã terribilis est locus iste. Inde illud Psalmo 130. Quia apud te propiciatio est & propter legem tuam, pro quo Hieronymus in suo Psalterio de hebraica ueritate: apud te propiciatio est quia terribilis es. Discordia autem trãslationum in eo loco accidit propter hoc uerbum תורא quod si sine pũctis scriptum aspiciatur, legi potest thora quod significat legem. Si autem punctetur ut debet scilicet per hirek camez & zere תִּוָּרֵא significat hoc nostrũ uerbum timearis, ut sit lectio, Quia apud te propiciatio est ut timearis. Potuerunt igitur Septuaginta interpretes in eo uerbo negligentes fuisse, ut transferrẽt thora uocabulũ hebraicum in linguã græcam nomon, circa quod scriptores Amanuenses ultra peccauerũt reponentes loco nomon, id est, legẽ, hanc dictionẽ onoma, id est, nomẽ: iam enim græce passim legitur, propter nomen tuum sustinui te dñe. In quo duplex amborũ error hic ostensus deprehenditur: ueritas autẽ sic habet: quia tecũ propiciatio ut timearis, sic legunt Hebræi omnes, testat̃ hoc post suum rabi Salomonẽ Lyra noster et Paulus Burgensis: astipulat̃ quoq; translatio Hieronymi supradicta, sic exponũt scribentes & commentatores eius loci Ioseph Kimhi & Abraham aben Ezra & Salomon Gallus.

☩ נורא Longinquũ. Isaiæ 21. ubi nos habemus de terra horribili, Iudæorũ magistri legunt de terra longinqua scilicet Medorum & Persarum, secundũ mentem rabi Ionæ: quia solent homines peregrina & longinqua timere, cum nesciãt eorum mores & consuetudinem: quare alia translatio habet de terra hostili: quicquid enim inde solet deriuari, terrorem, trepidationem, timorem & horrorem significat.

* ירד Deſcendit: Exodi 19. Eo quod deſcendiſſet dominus ſuper eum. Inuenitur & quandoq; per aphæreſin iod, ut Iudicum 19. pro eo quod legimus: & dies mutabatur in noctem, hebraica ueritas habet: Et dies deſcenderat ualde, quod Rabi Dauid in commentariis ſuper quatuor exponit: deſcenderat uerſus ueſperam. Inde uerbum tranſitiuum ſecundũ הוריד quod noſtri deducere uel humiliare transferunt, Threnorum 2. Deduc quaſi torrentem lachrymas, id eſt, fac deſcendere. Inde putant quidam deriuari מורד prominens, dependens, quaſi declinans: 3. Regum 7. Quaſi lora ex ære dependentia: quod exponunt extentum uel expanſum.

* ירה Miſit, proiecit: Exodi 15. Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare, & Ioſuę 18. Vt coram domino deo ueſtro mittam uobis hic ſortem. Reperitur quandoq; ultimũ he in aleph conuerſum: ut 2. Paralippomenon 26. Vt mitterent ſagittas & ſaxa grandia: quandoq; utrunq; aufert apocope: ut Numeri 21. ubi nos habemus. Iugum ipſorum diſperiit ab Eſebon: ibi legunt docti Hebręorum, proiiciemus eos: & eum locum ſic exponunt teſte Rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus. Proiiciemus eos & pugnabimus cũ eis quouſq; pereat Heſebon: ſed eam dictionem rabi Salomon Gallus deducit à ניר hoc eſt, dominium, & exponit ſic, regimẽ & iugum quod habebant Moabitæ in Heſebon peribit inde uſq; ad dibon: hunc imitatur Lyra noſter. Accedit huc indubitatum exemplum: 2. Regum 11. Ex muro tela mittantur. Inde הורה uerbum graue addito uau primæ ſyllabæ, ut eodem Regum libro 2. capite 11. Et direxerunt iacula ſagittarii, ubi tam uerbũ quã nomen inuenies inde deriuatum.

הורה Docuit: 4. Regum 12. Quibus docuit eum Ioiada ſacerdos. Prouerbiorum 4. Et docebat me atq; dicebat mihi. Inde מורה nomen uerbale Prouerbiorum 5. Nec audiui uocem docentium me ſiue doctorum meorum. Inde nomen ſubſtantiuum legis doctrinę atq; inſtitutionis תורה quod per continuitatem lectionis mutat ultimum he in thau תורת ut Pſalmo 1. Et in lege eius meditabitur. יורה Pluuia matutina. Deuteronomii 11. Dabit pluuiam terræ ueſtræ temporaneam. Vnde multa quæ nos pro doctoribus magiſtris ſeu præceptoribus traduximus, Hebræi ad himbrem & pluuiam referunt.

* ירח Luna: Pſalmo 104. Fecit lunã in tempora: & quia menſe quolibet luna renouatur, iccirco uocabulum hoc etiam menſem ſignificat. Iob 29. Quis mihi tribuat ut ſim iuxta menſes priſtinos: ſed quia ſępe multumq; renouatur in annos, quamuis una & eadem ſit atq; maneat una, tamen contra normam aliorũ planetarum, declinatur pluraliter & more Germanorum in genere maſculino. De pomis fructuũ ſolis ac lunę, pro quo hebraice ירחים lunarum legitur.

* ירט Seduxit, declinauit à bono, peruertit aberrauit. Numeri 22. quia peruerſa eſt uia tua mihiq; contraria: & ita exponit rabi Dauid: ſed rabi Salomõ exponit ſcilicet placuit, ut ſit ſenſus: quãdo placuit uia contra me.

* ירך Coxa, fœmur. Geneſis 32. tetigit neruum fœmoris eius: & infra, qui emarcuit in fœmore Iacob: & eiuſdẽ 24.

Pone

Pone manum tuam subter fœmur meum, & pluraliter secundum terminationem masculinam יְרֵכַיִם Exodi 28. A renibus usq; ad fœmora. יָרֵךְ Pes candelabri uel hastile unde procedunt calami candelarum. Exodi 25. Hastile eius & calamos. יָרֵךְ & יַרְכָה Plaga, latus, regio. Leuitici 1. Ad latus altaris quod respicit ad aquilonem: ubi ponitur in masculino. Accipit autem literam terminalem fœminini generis in eodem significato: ut Genesis 49. pertingēs usq; ad Sidonem: ubi hebraica ueritas sic habet: & plaga, latus seu regio eius usq; ad Sidonē.

* יָרַע Exasperauit, malignatus est, callide egit & odiose. Deuteronomij 15. Nec ages callide quippiam in eius necessitatibus subleuandis: Isaiæ 15. Super hoc expediti Moab ululabunt, anima eius ululabit sibi: ubi clamorem & eiulationē doloris imminētis homini significat sub duabus orthographiæ formis, & cum iod & sine iod: sic enim Ionathas chaldaice transtulit: armigeri Moab ululāt, pro anima sua eiulantes siue clamātes. Significamus igitur hoc uerbo aliquid fracto cōsternato subtristi & amaricato animo inuitum & suspirantem agere. יְרִיעָה Velum, cortina, sagū, & quia eiuscemodi cortinę solebant quandoq; ex pellibus fieri, iccirco nostra translatio sæpe pro cortina seu uelamine traduxit pelles: ut Psalmo 104. Extendens cœlum sicut pellem: ubi rectius diceretur, Expandēs cœlum sicut uelum: & similiter Canticorū 1. Sicut pelles Salomonis, id est, sicut cortinæ lecti eius. Aliter enim & uerius habet nostra translatio. Exodi 26. Facies & saga cilicina undecim: ubi ueritas hebraica sic legit, Et facies cortinas siue saga caprarū, id est, de capris ad tentoriū super tabernaculū, undecim sagis facies ea.

* יָרַק Spuit, Numeri 12. Si pater eius spuisset in faciem eius: similiter Deuteronomij 25. Spuetq; in faciem eius. יָרָק Olus, uiridis herba aut pullulans quippiam: Genesis 9. quasi olera uirentia tradidi uobis omnia: & 4. Regum 19. Et uirēs herba tectorum. Similiter Deuteron. 11. legimus, ubi iacto semine in hortorum morem aquę dicuntur irriguę: hebraica autē ueritas sic, quod seminabis semē tuum & rigabis uicissitudine tua sicut hortum oleris. Inde nomen adiectiuū יָרוֹק uiridis uel uirens. Iob 39. Et uirētia quęq; perquirit. יְרַקְרַק Saniosum, flauū, subalbidum. Leuitici 13. Si alba uel rufa macula fuerit infecta. Quia uero illa flauedo aliquantulum ad auri colorem tendit, inde uolunt deriuari auruginem frugum uitium יֵרָקוֹן Haggęi 2. Vento urente & aurugine, similiter Amos 4. Percussi uos in uento urēte & aurugine.

* יָרַשׁ Possedit, hęreditauit, aut successione acquisiuit: Ieremiæ 49. Nūquid non filij sunt Israēli an hæres non est ei? Cur igitur hæreditate possedit Melchō Gad: & paulo post sequitur, Et possidebit Israēl possessores suos, & 1. Paralipomenon 28. Vt possideatis terram bonam. Numeri 13. Ascēdamus & possideamus terrā. Quandoq; uero inuenitur per defectum iod in principio kata phęresin 3. Regum 21. Surge posside uineam. Naboth. Inde nomen uerbale יְרֻשָּׁה hæreditas, Psalmo 61. Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum. Inde uerbum graue quod significat expellere, delere, consumere, deuastare. Deuteronomij 4. ut deleret natiōes, Iob 13. Et cōsumere

uis me peccatis adolescentię meę: & Numeri 14. Feriam igitur eum pestilentia & consumā eum. Inde יורש nomen, possessor qui possidet. Abdię in fine. Et possidebit domus Iacob eos q se possederant, id est, possessores eorum, alias hęreditantes siue hæredes, quod Hieron. in libro explanationū super Abdiam indicat his uerbis. Et possidebit domus supplantatoris Iacob eos qui se hęreditate possederant. Significat etiā alio modo depauperare, 1. Regū 2. Dn̄s pauperē facit & ditat, & Prouerb. 30. Aut egestate cōpulsus furer: pro eo quod legi debeat, Ne depauperer & furer. Inde רש pauper & paupertas absq; iod in principio. Psal. 82. Et humilē & pauperem iustificate.

* ישיש Antiquus homo multorum dierū, Iob 15. Et senes & antiqui sunt in nobis: quod in singulari numero hebraice illic ponitur. Significat autē hoc uocabulū uetus plusquā senex & minus quā priscū quasi lōgęuū. Et potest oriri à uerbo יש qđ significat est, Psal. 7. Si est iniquitas in manibus meis, ceu quod diu est & longe durat.

* ישב Sedit, residentiā habuit, hoc est, habitauit. Genesis 13. Abram sedit seu habitauit in terra Chanaan: & Psal. 1. Et in cathedra derisorū non sedit. Inuenitur quandoq; per aphęresin iod aut metathesin. Inde transitiua secūdo הושיב & uerba grauia. Psalmo 113. Qui habitare facit sterilem in domo. Ruth 2. Et nec ad momentū quidē domum reuersa est, pro domi resedit, alij sic: Illa quę habitat domū mediocrē siue paruā, eadē em̄ dictio similiter interpretatur habitatio Ieremię 9. Habitatio tua in medio doli, quasi dicat conuersatio. Sæpe autē confunditur præsens uocabulum cum שוב quod inferius ponetur, id est, uertit. Ieremiæ 32. Et reducam eos ad locum istum & habitare eos faciam confidenter. Inde תושב inquilinus, מושב habitatio, sedes.

* ישה Est, quod per apocopen inuenitur יש 4. Regum 10. Nunquid est cor tuum rectum, & respondit est. Inde תושיה quod tam uarie inuenio translatum sicut cætera quoq;, ut sæpe mihi ipsi persuasum habeam multos interpretes æque atq; nosipsos potuisse errare, nostra enim translatio legit ęquitas Prouerbiorum octauo. Meum est consilium & æquitas: alio in loco salus, ut eiusdem libri capite secundo. Custodiet rectorum salutem. Item alio in loco iusticia, ut Isaię 28. Et magnificaret iusticiā, quod Septuaginta interpretes uerterunt consolationem. Sed ego proprie uocabulū hoc dicerē significare energiam seu efficaciā, qua quis molitur opus suum ad rei existētiam, quod mihi translatio nostra uidetur circumloquendo insinuare Iob 5. cum ait. Ne possint implere manus eorū qđ hebraice legitur. Et non facient manus eorum efficaciam: quod Ionathas chaldaice uertit sapientiam in Isaia capite 28. quasi deliberationem animi. Sic intelligit Rabi Dauid Kimhi in commentarijs super duodecim illud Micheæ sexto. Et salus erit omnibus timentibus nomen eius: quasi clamaret propheta in ciuitate, quis est uir sapientiæ in eis, hic solum timebit in corde suo nomen tuum: ita enim hebraice legitur. Et sapientiæ uel deliberationis, hoc est, uir sapientiæ uel deliberati animi timebit nomen tuum.

ישה

* שַׁח Humiliatio, recuruitas, declinatio, Micheę 6. Et humiliatio tua in medio tui, inde uerbum deriuatur humiliare ac recuruare ut Isaię 2. Et incuruauit se homo & humiliatus est uir, & infra: Et humiliabitur altitudo uirorum. Sunt autem multi qui hoc putant à fouea humi esse ortum, quæ hoc nomine שַׁחַת dicitur: ut Psalmo 94. Donec fodeatur peccatori fouea.

* יָשַׁט & hinc הוֹשִׁיט Extendit, emisit, porrexit: Esther quarto. Nisi forte rex auream uirgam ad eum tetenderit: & eiusdem quinto. Et extendit contra eam uirgam auream.

* יָשַׁם Decultescit, ac incultum uastatum atq; desertum est. Genesis 47. Ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem: pro quo litera hebraica sic habet, Et non moriamur & terra non sordescat seu uastetur. Rabi Salomon exponit non sit deserta. Onkelus chaldaice, non squalescat. Inde nomen Genesis 32. In loco horroris & uastæ solitudinis: & Psalmo 107. Errauerunt in solitudine in deserta uia.

* יָשַׁן Dormiuit. Genesis 41. Rursum dormiuit & uidit alterum somniũ: & Psalmo 3. Ego dormiui & soporatus sum: & Canticorum 5. Ego dormio & cor meum uigilat. Inde nomen uerbale per apheresin iod, sopor, somnus, dormitio: Psalmo 127. Cum dederit dilectis suis somnũ, quod rectius Hieronymus traduxit. Sic dabit diligentibus se somnũ. Et ponit hic aleph in fine pro he litera, quę per continuitatem lectionis in thau mutatur, Psalmo 132. Si dedero somnũ oculis meis.

* יָשָׁן Vetus uel uetustum: ut Leuitici 25. Et comedetis ueteres fruges, & infra. Donec noua nascantur edetis uetera. Inde uerbum senescere, inueterascere, durare in longum. Deuteronomĳ 4. pro eo quod trãslatio nostra legit, Et morati fueritis in terra: Hebraica ueritas habet in genere passiuo. Et inueterati fueritis in terra, pro quo Onkelus chaldaice sic. Et antiqui facti fueritis in terra.

* יֶשַׁע Salus, ut Habacuk 3. Egressus es in salutẽ populi tui, & in eodem loco, In salutem cum Christo tuo: & interponitur uau cũ litera finali he: Psalmo 118. Et factus est mihi in salutẽ. Reperitur & in eodem significato cata prothesin thau תְּשׁוּעָה Psal. 144. Qui das salutẽ regibus. Inde uerbum graue הוֹשִׁיעַ 1. Regum 25. & saluauit manum tuam tibi, & Psalmo 20. Nunc cognoui quoniã saluificauit uel saluũ fecit dominus Christũ suum, unde in Psalmo 18. legitur. O domine salua obsecro. O domine prospera obsecro. Quod hebraice sic habetur יְיָ הוֹשִׁיעָה נָּא hoschiana, cuius loco in sacrificĳs nostris pronunciamus osanna, propter imperitiam linguę sanctę. Inde מוֹשִׁיעַ saluator. Iudicum 3. Postea clamauerunt ad dominũ, qui suscitauit eis saluatorẽ: & Nehemiæ 9. Dedisti eis saluatores, in numero plurali, & quãuis ab hoc deriuetur nostri saluatoris sacratissimum nomen proprium, tamen cum tot assumit literarũ administratiões, merito nõ grãmaticis sed contẽplantissimis uiris iudicandũ relinquam, de quo multa in Capniõe nostro disseruimus. At uero poterit idẽ nomẽ à uerbo substãtiuo יֵשׁ ortũ esse, eo qđ Christus Iesus dixerit, Antequam Abraham fieret ego sum.

[illegible] Ex primo capite Matthęi sa

 tis claret

tis claret Chriſtum noſtrum uocatum Ieſum à ישוע & non à ישו

* ישפה Iaſpis. Exodi 28. In quarto chryſolithus onychinus berillus, ubi pro berillo quidam uerterunt iaſpidem, uox enim conſonat, ſed noſtrę lectioni aſtipulatur chaldaica trãslatio: nam pro iaſep, tam Onkelus quã Ionathas ambo chaldęi בורלא traduxerunt, quod noſtri berillum putant. Sic in omni lingua tantus eſt error in uocabulis rerum, ut in eis exquirendis plurimi ætate mea diligentiſſimi exquiſitores pene fruſtra mihi laboraſſe uideantur, cum quælibet natio rebus ſuis nouo ſeculo noua imponat nomina, & res etiam ſimul cum ſuis nominibus quotidie mutentur, iuxta Horatium in arte: Ita uerborum uetus interit ętas. Et multa renaſcentur quę iam ceci dere cadentꝗ. Quod niſi accideret iam totus Plinius ad unguem intelligeretur. Sed & interpretes Septuaginta & Aquila Symmachus, & Theodotion, in hoc nomine diſcrepant, teſte Hieronymo in Ezechiele.

* ישר Placuit, rectum fuit: 1. Regũ 18. Placuit ſermo in oculis Dauid. Inde nomen ישר rectum. Iudicum ultimo. Vnuſquiſꝗ quod ſibi rectum uidebatur hoc faciebat: & cata protheſin mem מ מישר Canticorum 1. Recti diligunt te. Hinc nomen יושר rectitudo.

* יתד Clauus. Iudicum 4. Tulit itaꝗ Iaël uxor Heber clauũ: declinatur in fœminino genere Exodi 27. Tam paxillos eius quam atrij, pro quo hebraice ſic: Et omnes clauos eius & omnes clauos atrij æneos.

* יתום Pupillus. Pſalmo 146. Pupillum & uiduam ſuſcipiet: & Threnorũ 5. Pupilli facti ſumus abſꝗ patre. Hoc ita exponitur: Etiam ſi parẽtes noſtri uiuãt, nihilominus facti ſumus ſicut orphani et pupilli, & accipiunt Hebręi hanc expoſitionem ex ſequentibus ubi mox ſequitur, & matres noſtrę quaſi uiduæ: non uere, ſed quaſi.

* יתר Excelluit, abundauit, ſupereſt, exuperauit. Prouerbiorum ſecundo. Et ſimplices permanebunt in ea: pro quo Hebræi leguut: & probi ſupererunt in ea: & eiuſdem duodecimo, pro eo quod nos habemus, Qui negligit damnum propter amicum iuſtus eſt, hebraica ueritas legit ſic: exuperat plus quam proximus ſuus iuſtus, id eſt, excellentior & magis laudatus eſt iuſtus quam quiſquam alter, & poſſet queri, Cur ergo nõ omnes ſequuntur uiam iuſti? reſpõdet ſapiens id quod ſequitur, Quia iter impiorum ſeducit eos. Semper autem & ſuperius, & plus & magis ſignificat: ut Geneſis 49. Principium doloris mei prior in donis, maior in imperio: hebraice ſic legitur, Principium uirtutis meæ ſuperior offertorio ſuperior fortitudine, quod Onkelus chaldaice ſenſum è ſenſu non uerbũ è uerbo exponit. Tibi inquit debebãtur tres prærogatiuæ, primogenitura, ſacerdotium & regnum, Inde יותר & יתרון atꝗ יתר Superfluitas, nimietas, & abũdantia, uel plus, amplius, magis. Eccleſiaſtis tertio. Quid habet amplius homo de labore ſuo, & eiuſdem 12. His amplius fili mi ne requiras. Inde uerbum graue תותיר Effuſus ſicut aqua non creſces, id eſt, non amplificaberis, & multa alia diuerſarum formarum deriuata, ut Leuitici ſecũdo. Quod autem reliquum fuerit, id eſt, quod ſupereſt.

Munſt.

. Ab hac radice quoq; est יֶתֶר & מֵיתָר funis, neruus balistæ: Psalmo 11. & Exodi 35. Item יוֹתֶרֶת fibra, reticulum iecoris: Exodi 29.

ברוך אתה מלך העולם

בְּבַת Sic. Exodi 12. Sic autem comedetis illum.

* בָּאַב Doluit. Iob 14. Attamen caro eius dum uiuet dolebit. Inde nomen מַכְאִב dolens. Psalmo 69. Ego sum pauper & dolens, & pluraliter Genesis 34. pro eo quod Hebræi legunt, cum essent dolentes, translatio nostra habet periphrasticos, quãdo grauissimus uulnerũ dolor est. Et in alia forma deriuatiuorũ מַכְאוֹב & מַכְאֹב Threnorum 1. Si est dolor sicut dolor meus, similiter Psalmo 38. Et dolor meus in conspectu meo semper.

* בְּאֵת Debilitas, tristicia, mœror. Ezechielis 13. pro eo quod mœrere fecistis cor iusti mendaciter: & in significato pene par est superiori, unde sequitur præcedens uocabulum. Quem ego non cõtristaui: & in passiuo Danielis 9. Et uenient super eam trieres Romanæ & percutietur, pro debilitabitur, iuxta sensum Rabi Leui Ben Gersom.

* כּוֹכָב Stella. Numeri 24. orietur stella ex Iacob, & pluraliter כּוֹכָבִים Genesis 1. & stellas.

* כָּבַד Grauescebat uel graue fuit. Genesis 18. & peccatum eorum aggrauatum est nimis: & Exod. 17. Manus autem Mosi erant graues: & Genes. 43. Fames omnem terram uehemẽter premebat, pro quo hebraica ueritas sic, Et fames grauescebat in terra, Inde pro multiplicato, ditato, accumulato & ualido, inuenitur Genesis 12. præualuerat enim fames in terra, & eiusdẽ 13. Erat Abram כָּבֵד diues ualde, id est, onustus, & significat magnum, latum, eminens: ut Isaiæ 32. Et umbra petræ prominentis. Inde hoc uocabulum כָּבוֹד significat præminẽtiam honorem & gloriam: Psalmo 50. Sacrificium laudis honorificabit me. Isaiæ 40. Et reuelabitur gloria domini: & Leuitici 10. Et in conspectu omnis populi glorificabor. Nomẽ eius reperitur in masculino & fœminino. Psalmo 45. Omnis gloria filiæ regis. כָּבֵד Iecur. Prouerbiorum 7. Donec trãsfigat sagitta iecur eius.

* כָּבָה Extinxit. 2. Paralippomenon 29. Et extinxerunt lucernas: & Canticorum 8. Aquæ multæ non potuerũt extinguere charitatem.

* כֶּבֶל Detentio, compes, uinculum, clausura. Psalmo 105. Humiliauerunt in compedibus pedes eius.

כָּבוּל Tenax, adhæsiuum, lutosum, clausiuum: ut 3. Regum 9. Et appellauit eas terram Cabul, id est, sterilem & incultam quasi clausam, qua nec transeant neq; morentur populi. Magister Nahaman filius Ishac exponit à profunditate arenæ qua pedes ambulantium comprehendantur & figantur, quem allegat Rabi David Kimhi in cõmentarijs regum, & rabi Salomon teste Lyra terram sic nominatam à tenendis & uinciendis pedibus opinatur.

* כָּבַס Lauit, merſit, tinxit. Genesis 49. Lauit in uino stolam suam. Sic Numeri 8. Et lauerint uestimẽta sua, & Psalmo 51. Amplius laua me ab iniquitate mea & à peccato meo munda me. Inde

diues ualde. preeminentia.

בּוֹבֵס fullo Isaię 7. In uia agri fullonis.

✱ כּוֹבַע Galerus, galea, Isaię 59. Et galea salutis in capite eius: & 1. Regum 17. Et posuit galeam æream super caput eius: & declinatur in masculino genere Ieremię 46. Et state in galeis.

✱ כַּבִּיר Multiplex, fortis, magnus: Iob 8. Et spiritus multiplex sermones oris tui. Inde deriuatur uerbum graue הִכְבִּיר ut Iob 35. Et absq; sciencia uerba multiplicat, quasi magnificat. כְּבִיר Pellis. 1. Regum 19. Et pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius. מַכְבֵּר Stragulã, uel uestis densa uel tegmen lectulorum, & fit ex pilis caprarum in modum pellium, unde nomen cepit: 3. Regum 8. Et tulit stragulum & infudit aquam. כְּבָרָה Cribrum. Amos 9. Sicut concutitur triticum in cribro.

כִּבְרַת Iuger, stadium, miliare, spacium. Genesis 35. Venit uerno tempore ad terram quæ ducit Ephratam, quod hebraica ueritas legit. Erat adhuc stadium terræ eundi ad Ephratam, quod Rabi Salomon exponit à superiori dictione quę multitudinem & magnitudinem significat, quasi diceret, multiplex spacium terræ fuerat ad Ephratam. כְּבָר Iam, nunc. Ecclesiastis 3. Quod factũ est ipsum permanet, quod rectius hebraica ueritas sic legit. Id quod fuit iam est, & sequitur Quæ futura sunt iam fuerunt, quod hebraice singulari numero profertur.

✱ כָּבַשׁ Subegit, subiecit, in ditionẽ redegit. Zachariæ 9. Et subijcient lapidĩbus fundę: quod secundum rabi Iona intelligendum est, Et subijcient inimicos suos per lapides fundæ, quasi diceret, fundibularij capient inimicos eorum. Et significatio huius uerbi & suorum deriuatorum est ponere subter pedes iuxta mentem Dauid Kimhi in commentarijs super duodecim, unde legitur Micheæ ultimo. Deponet iniquitates nostras: & 2. Regum 8. De uniuersis gentibus quas subegerat. כֶּבֶשׁ Primus ascensus pedalis, uel initium graduum latiori spacio, uel scabellum: 2. Paralippomenon 9. Sex quoq; gradus quibus ascẽdebatur ad solium & scabellum aureũ, & scribitur sex punctis. כִּבְשָׁן Fornax, caminus. Exodi nono. Tollite plenas manus cineris de camino: & Genesis decimonono. Quasi fumũ fornacis.

כֶּבֶשׂ Agnus. Isaię undecimo. Et habitabit lupus cum agno: & Numeri septimo. Agnum unum anniculum in holocaustum: & mouetur de masculino in fœmininum iunctis terminationibus.

✱ כַּרְכֹּד Lapis preciosus, quem aliqui unionem seu margaritam dicunt, & album esse asserunt: alij crystallum, alij ut sapiens Abraham subatram seu fuscã gemmam esse aiunt, quam nostra translatio iaspidem uocat. Isaię quinquagesimo quarto. Et ponam iaspidẽ propugnacula tua. Vide Hieronymum in eius loci commento.

✱ כִּיּוֹר Tęda, scintilla. Iob 41. Sicut tęde ignis accensę. Significat etiam urceum seu ollam, ut in eodem loco. Sicut ollę succensę atq; feruentis. Inde per apocopen כַּד id est, hydria uel urceus. Genesis uicesimo quarto. Habens hydriam in scapula sua: & 3. Regum 17. Hydria farinę non deficiet: & Ecclesiastis 12. Et conteratur hydria super fontem.

✱ כַּדּוּר Globus, pila, uertebrũ seu uertibulum. Isaię 22. Quasi pilam mittet in terram, ubi deficit dictio similitudinis

nis quasi, ad uitandam cacophoniam ne geminetur litera caph: & habetur Iob decimoquinto. Sicut regem qui paratur ad prelium, pro quo dicunt alij ad globū scilicet in exercitu: sic exponit hunc locū rabi Sadia instar rotę quę se uertit circunquaq;, ita globus militū in prelio circundat regem, sicut uidemus in torneamentis, quasi dicat, tribulationes & angustiæ circumdabunt & circumgirabunt eum perpetuo, sicut solet sphæra perpeti motu circumagi.

✻ כהה Obfuscatus est, caligauit. Deuteronomij 34. Non caligauit oculus eius. Inde nomen כהה obscurus, caliginosus. Leuitici 13. Et cicatrix subobscura: & 1. Regum 3. Et oculi eius caligauerant neque poterat uidere, pro infirmabātur caligando: & Nahum ultimo. Non est obscura cōtritio tua: ambo per pūctum zere: sic Isaię 42. Et linum fumigans non extinguet: quod secundū Hieronymum in commentarijs alij obscurum & tenebrosum transtulerunt & rectius.

✻ כהן Pręsedit, pręfectus est, sacerdotio functus est, uel sacerdos ordinatus est. Numeri 3. Functiq; sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar, & paulo superius. Cōsecrati manibus ut sacerdotio fungerent. Inde כהן prælatus, caput plebis siue plebanus, pręses, magistratus, sacerdos. Ieremiæ ultimo. Saraiam sacerdotē primum & Sophoniam sacerdotē secundum. Exodi 3. Moses autem pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madiā, & eiusdē 2. Erant aūt sacerdoti Madian septē filię: quod Onkelus chaldaice interpretatur per hoc uocabulum רבא id est magistro uel præsidi seu prælato Madiā erant septē filię: cōmuniter autē dicit de eo q sacris pręest & deo ministrat, ut Gen. 14. Erat autē sacerdos dei altissimi.

✻ כה Sic. Numeri 6. Sic benedicetis filijs Israēl: & ubicunq; in prophetis legimus, Hęc dicit dominus per hoc uocabulum, semper Hebręi exponunt, Sic dicit dñs, quod & Chaldęi sic interpretantur. Inuenitur & caph geminatū in eadē significatione, ut Exodi 29. pro eo quod nos legimus, Omnia quę pręcepi tibi facies super Aaron & filiis eius. Illic hebraica ueritas habet: Et facies Aaron & filijs eius sic iuxta omnia quæ præcepi tibi, & magistri Hebręorum in suis libris cōmuniter utuntur hoc uocabulo per caph geminatū detracta ultima he litera sic כך ut Raban Iohannan filius Zachæi auditor præceptorum Hillel & Semei, cum dixit: Si fecisti quæ sunt legis tuæ diligenter noli bonum tibijpsi ascribere, ad sic enim formatus es: ubi ponitur לכך Significat autem suprascriptum uocabulum כה etiam locum ad quem, scilicet huc uel illuc: ut Genesis uicesimosecundo. Ego & puer illuc usq; properantes. Significat etiam tempus ad quod scilicet ad præsens: ut Exodi septimo. Et usq; ad pręsens audire noluisti: & Rabi Ionas putat ab hoc uocabulo composita inueniri איככה & איכה de quibus in aleph fecimus mentionem.

✻ כוה Incendit, combussit. Isaiæ 44. Cum ambulaueris in igne non combureris. Inde nomen מכוה combustio, Leuitici 13.

✻ כח כאח Virtus, robur, firmitas, potentia seu potestas, fortitudo: Iob tricesimo. Quin uirtus manuum mihi erat pro nihilo: & Genesis 49. Tu fortitudo

mea & principium doloris mei: & Psalmo 22. Aruit tanquam testa uirtus mea. Et inuenitur positum pro operatione & labore, pro quo nostra translatio fructū legit. Iob 31. Si fructus eius comedi absque pecunia. Item alia significatione sumitur hoc uocabulum pro animali immundo in lege prohibito, quod uarie uarij transferūt: est enim limaca seu panthera, chamæleon siue stellio. Leuitici 11. Chamæleon & stellio: quod uocabulum non solum interpretes diuersis modis transferunt, uerum etiam ipsi quoque magistri & præceptores Hebræorum uarie exponunt, quod testatur rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus.

* כול Valuit comprehendere, potuit capere uel continere, uel potuit ferre: 3. Regum 7. Duo milia batos capiebat: & 3. Regum 8. Quoniam altare æreum quod erat corā domino minus erat & capere nō poterat holocaustum: pro quo hebraica litera sic, Quia altare æreū illud ante dominum paruum ultra quā quod posset capere holocaustum. Sic per finalem terminationem iod: 2. Paralippomenon 4. Capiebatque tria milia metretas. Solet autem hoc uerbum geminari כִּלְכֵּל ut 2. Paralippomenon 6. Sic cœlum & cœli cœlorum non te capiunt. Inde nomen præposita litera mem מְ מְכַלְכֵּל ut Malachiæ 3. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius, pro quo Septuaginta . Et quis sustinebit: & melius sequitur. Et quis ferre poterit. Item Prouerbiorum 18. Spiritus uiri sustētat imbecillitatem suam: deinde significat etiam hoc uocabulum pascere, cibare, alere: ut Genesis 45. Ibique te pascam, id est, sustentabo: & 3. Regum 18. Et pauit eos pane & aqua. Significat etiam depromere & dispensare seu disponere: ut Psalmo 112. Disponet sermones suos in iudicio: sed Hieronymus rectius. Dispensabit uerba sua.

* כון Parauit, formauit. Iob 31. Et formauit me in uulua unus, rectius hebraice sic. Et parauit nos: & in passiuo Oseæ 6. Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & Deuteronomij 17. pro eo quod nos legimus: & uerum esse repereris, hebraica ueritas habet sic: & ecce ueritas parata uerbū, sic etiam Onkelus Chaldæus legit. Inde legimus secundum Septuaginta Psalmo 5. Quoniā non est in ore eorum ueritas: quod alij dicunt possibilitas, uel facultas. Inde uerbum graue הכין Genes. 43. Illi uero parabant munera, & eodem loco paulo ante ubi nos legimus. Et instrue cōuiuiū, ibi hebraica ueritas habet & para, ex quo inuenitur uerbum impersonale per uau & patha. Isaiæ 16. & præparabitur in misericordia solium. Aliud uerbum ultima litera nun geminata כּוֹנֵן quod nostri dirigere transtulerunt: ut Psalmo 90. Et opera manuum nostrarum dirige, super nos & opus manuū nostrarū dirige, quod alio in loco firmare uertit: ut Exodi 15. Sanctuarium domine firmauerunt manus tuæ: & Ezechielis 4. Et obfirmabis faciem tuam ad eam. Inde uenit כֵּן rectum & bonum & uerum, 4. Regum 7. Non recte facimus: & pluraliter Genesis 42. pro eo quod translatio nostra habet, Pacifici uenimus, hebraica ueritas legit כֵּנִים Veridici aut recti seu boni sumus nos: sic rabi Salomon exponit in suis commētarijs, & allegat ad hoc Numeri 27. ubi nos legimus, iustam rem

postu-

postulant filię Salphahad: ibi textus hebraicus sic habet, uerum rectum seu bonū filiæ Zalphahad dicūt. Significat etiam hoc uocabulum quandam similitudinem sic uel ita uel taliter. Exodi 7. Feceruntq; similiter malefici: & paulo ante. Feceruntq; Moses & Aaron sicut præceperat dn̄s: & Genesis 1. Et factū est ita: & accipit præpositionem ut si diceremus לָכֵן ad sic, in sic, pro sic: primum exponit nostra translatio prepterea. Sophonię 2. Propterea uiuo ego dicit dn̄s exercituū: secundū בְּכֵן exponit tunc. Esther 4. Et tunc ingrediar ad regem: sunt etiam qui interpretātur, & in ueritate ingrediar ad regem. Tertium עַל־כֵּן exponit ideo, ut Psalmo 1. Ideo non resurgent impij. Et à superiori uerbo deriuatͨ מָכוֹן id est, habitatio, sedes, basis, locus. Exodi 15. Firmissimo habitaculo tuo quod operatus es dn̄e. Recipit quandoq; he aspirationē in fine מְכוֹנָה Zacharię 5. in fine capituli, pro quo Ionathas chaldaice traduxit uicē uel sortē. Sic in simplici primitiuo inuenimus. כֵּן Genesis 40. Et restituet te in gradū pristinū, id est, in uicē & sortem seu statū tuum, quod etiā in fine recipit aspirationē he literę כַּנָּה ut Psalmo 80. ubi nos legimus, Et perfice eam quā plātauit, ibi hebraica ueritas habet. Et sedē uel habitationē quam plantauit dextera tua. Quod Dauid Kimhi in libro de radicibus exponit de terra Israël.

* כִּיּוּן Idolum, quod multi putant esse Saturni, eo quod ipse Saturnus in lingua Arabica & Persarum ita nominetur. Amos quinto. Et imaginem idolorum uestrorum.

* כּוֹס Scyphus, calix, poculum: Gen. 40. Calicemq; Pharaōis in manu mea. כּוֹס Genus uolucris ululātis, quā Rabi Salomon pelicanum, alij nomināt nycticoracem, ut Psalmo 102. Similis factus sum pelicano solitudinis sicut nycticorax in domicilio. In alio loco reperimus translatum bubonem. Leuitici 11. Inter aues ad edendum uetitas. Sd quia Hebræis ignota est auis, iccirco uarie transferunt.

* כּוּר Focus, fornax: Deuteronomij 4. Vos autē tulit dominus & eduxit de fornace ferrea Ægypti. Est autem instrumentum alkimicum seu aurifabrorum in quo probant aurū & argentū. כּוֹר Mensura frumenti, chorus, sextarius. 3. Regum 5. Viginti milia choros tritici in cibū domui eius. [illegible] Hęc mensura eadem est cum homer, summa scilicet aridorum mensura.

מְכוּרָה Colonia, incolatus, habitatio, secundum rabi Kimhi in commentarijs, & Ionathan Chaldæum, quamuis nostra translatio radicem interpretatur, Ezechielis decimosexto. Radix tua & generatio tua de terra Canaan, id est, colonia tua: & scribitur per holem.

* כּוּשׁ Propriū nomen filij Cham, unde dicta est Æthiopia Genesis 2. Circuit omnem terram Æthiopiæ. Inde deriuantur Æthiopes, ut Ierem. 38. Abedmelech Æthiops uir eunuchus כּוּשִׁי per iod in fine: cui sæpe aliud iod adiungitur in deriuatiuis: ut Amos 9. Nunqd non ut filij Æthiopum uos estis mihi. Quod exponit Rabi Kimhi secundum uersiculum Ieremiæ 13. Si mutare potest Æthiops pellē suam: quasi diceret, sicut ille pellem ita uos uitia uestra mutare nō uultis, hoc modo dictus est Saul Æthiops, Psal. 7. Super uerba Æthiopis filij Iemini:

mini: quia non potuit Saul mutare cor eius odiendo Dauid regem, quamuis dixisset, 1. Regum 26. reuertere fili mi Dauid nequaquã enim ultra tibi malefaciã. Scribit autem Dauid Kimhi in libro de radicibus qđ Æthiopes & Madianitæ & Ismaelitæ idem sint. Vnde quod scribitur Numeri 12. Propter uxorem eius Æthiopissam, id intelligit de uxore Madianitide: sic concordat Genesis 37. de Ioseph ubi dicitur uendiderunt eũ Ismaelitis: & sequitur, Madianitæ uendiderũt Ioseph in Ægypto.

* כָּזַב Defecit, mẽtitus est: Psalmo 116. Omnis homo mẽdax: & in passiuo. Prouerbiorum 30. Et arguat te inueniarisq; mendax: quod hebraice dicitur, & mentiaris passiue uel mendacium patiaris, uerbum graue הִכְזִיב Iob 28. Quis me potest arguere esse mẽtitum: & Numeri 23. Non est deus quasi homo ut mentiatur, inde nomen uerbale כָּזָב Prouerbiorum 30. uanitatem & uerba mendacij: & Ezechielis 13. quasi per totum, & in eodem, mentientes populo meo credenti mendacijs.

* כָּזַר Præpositone aleph אַכְזָר crudelis, immitis, immisericors, truculẽtus: Iob 41. Non quasi crudelis suscitabo eum, & eiusdem 30. mutatus es mihi in crudelem: & Ieremiæ 6. Crudelis est & non miserebitur, & eiusdem 50. Crudeles sunt & immisericordes.

* כָּחַד Occultauit, abscondit: Psalmo 139. Non est occultatum os meum à te: & Iob 15. Sapientes cõfitentur & non abscondunt à patribus eorum. כָּחַד Extirpauit, eruit, deleuit. Iob 4. Et quando recti deleti sunt.

* כָּחַל Illustrauit seu colorauit, trãslatio nostra habet circumliniuit stibio: Ezechielis 23. Circũlinisti stibio oculos tuos.

* כִּחֵשׁ Mentitus est, negauit. Leuitici 6. Negauerit proximo suo depositum. Vnde quod nostra translatio habet Psalmo 18. Filij alieni mentiti sunt mihi, multi exponunt. Filij alieni negauerũt mihi, & Genesis 18. Negauit Sara, & Habacuk 3. Mentietur opus oliuæ. Hinc adiectiuum כֶּחָשׁ mendax. Isaiæ 30. כָּחַשׁ Macrescit, extenuatum est, imminutum est, Psalmo 109. Et caro mea mutata est propter oleum, quod rectius legeretur minuta est, id est, macruit ab oleo.

* כִּי Quoniam, quia, quoniam quidem. Exodi 23. Quia non dimittet cum peccaueris. Significat & quod, ut ibi, quod si audieris uocem eius, et facile assumit sibi אם & significat aduersatiuum, sed, at, ueruntamen: Psalmo 1. Sed sicut puluis quem proijcit uentus: de hac particula late scripsit Rabi Iona, quod quisq; crebra lectione bibliæ ipsemet experiet.

כִּיד Pernicies, afflictio, interfectio, Iob 21. Videbunt oculi eius interfectionem suam.

* כִּידוֹן Clypeus, sic enim translatio nostra exposuit: 1. Regum 17. Et clypeus æreus tegebat humeros eius: alij exponunt collarium, sed melius intelligitur scutum: ut Ieremię 50. Arcum & scutum apprehendent. Alio autem in loco significat lanceam uel hastã, ut Iosuæ 8. quanquam nostra translatio teneat leua clypeum qui in manu tua est contra urbem Hai, tamen eo loci uertunt magistri Hebræorum, extende lanceam, sicut & Ionathas chaldaice transtulit, exalta hastã.

* כִּיל Parcus, auarus, addita in fine

iod

iod litera quamuis translationes nostræ aliter exponant, Isaiæ 32. Neq; fraudulẽtus appellabitur maior, & infra. Fraudulenti uasa pessima: primum per hirek, secundum per zere.

✱ כימ Pliades, iuncta in fine he aspiratione כימה Iob 38. Nunquid cõiungere ualebis micantes stellas pliadas, & scribit rabi Iona quod sit cõgregatio stellarum quæ uocatur apud Arabes althoraie: & sapiens rabi Abraham aben ezra dixit quod chimah sint septem stellę in fine signi arietis, & non longe ab ijs sit lucidissima quædam stella oculus tauri dicta: hęc ille, quamuis nostra trãslatio uariet alio in loco, nam Iob 9. interpretatũ oriona & hyadas.

✱ כיס Loculus, marsupium: ut Prouerbiorum primo. Marsupium sit unum omnium nostrum.

✱ כיף Saxum, rupes, petra. Ieremiæ quarto. Et ascederunt rupes. Hinc Chaldaico more כיפה Cepha nomen Petri Apostoli.

✱ כיור Concha, labium, castellum, in quo continetur aqua. Exodi 30. Facies & labium æneum cum basi sua. Item 2. Paralippomenon 4. Fecit quoq; cõchas decem. Significat etiam clibanũ uel focũ uel caminum: Zacharię 12. Sicut caminum ignis in lignis, quod Rabi Dauid Kimhi in commẽtarijs super duodecim exponit de carbone inter ligna in foco ignis: & Leuitici 11. legimus. Siue clibani siue chytropodes destruentur. Signant autem chytropodes græce sustentacula ollarum ad ignem in foco, est enim hic locus in foco ubi duo sustentacula titionum ponuntur, & iccirco in plurali numero scribitur.

✱ ככר Torta seu massa rotunda: ut Exodi 29. Tortamq; panis unius: hinc est quod etiam sphęricitatem & circuitũ significat: ut Genesis 13. Vidit omnem circum circa regionem Iordanis, ad cuius similitudinem significat quoq; stateram seu pondus utputa talentũ: ut Exodi 25. Habebit talentum auri purissimi: & 2. Paralippomenon 36. Et cõdemnauit terram centum talentis auri & talentis argenti. In numero aut singulari & plurali inuenitur quarto Regum quinto. Da ei talentum argenti, & infra. Melius est ut accipias duo talenta.

✱ כליל Cõsummatum, uniuersale, integrum, perfectum, species, corona: Threnorum 2. Hęccine est urbs quã dicunt perfecti decoris: & Ezechielis 16. Quia perfecta erat in decore meo, & eiusdem 28. Perfectus decore: & 1. Regũ 7. holocaustum integrũ domino, & alia forma Esther 7. Intellexit enim à rege sibi paratum malum: & Ieremię 2. pro eo quod translatio nostra uertit, Et charitatem desponsationis tuę, legi debet, amore speciei tuę.

✱ כל Omne, totum. Psalmo 1. Et omnia quęcumq; faciet prosperabuntur, secundum Septuaginta interpretes, sed Hieronymus rectius in suo Psalterio, Et omne quod fecerit prosperabitur. Cum affixis mutat holem in kybuz.

✱ כליל Holocaustũ, id est, totum cõbustum sacrificiũ. Psalmo 51. Oblatiões & holocausta: quasi quod Gręci τελετήρ uocãt, id est, consummationẽ, de quo dicitur Leuit. 6. Et tota cremabit in altari, omne enim sacrificiũ sacerdotũ igne cõsumet: qđ autẽ exustionẽ significet apparet Iudicũ 20. Et flãmas in sublime ferri,

pro

pro quo ueritas hebraica sic legit. Et respexit Beniamin post se & ecce ascendit exustio ciuitatis cœlum uersus.

✱ כַּלָּה Nurus: 1. Regum 4. Nurus autem eius uxor Phinees: & Ezechielis 22. & socer nurum suam polluit: quod rectius legeretur, & unusquisque nurum suam polluit, inuenitur etiam pro sponsa tam apud Septuaginta quam in uulgata translatione Isaiæ 49. Et circumdabis tibi eos sicut sponsa.

✱ כִּלְכֵּל Decreuit, limitauit, determinauit, calculauit seu numerauit: 3. Regũ 20. Et filij Israël recensiti sunt & acceptis cibarijs profecti. Quod magistri Hebræorum exponunt, recensiti sunt & numerati seu calculati: cui etiam astipulatur Ionathas Chaldæus qui interpretatur constituti seu determinati, quãuis etiam alijs in locis transferunt pascere, alere, ut Genesis 47. Et alebat eos omnemque domũ patris sui præbens cibaria singulis, quod nihilominus uerbum è uerbo sic legi posset, Et constituit seu decreuit patri suo & fratribus suis & toti domui patris sui escam secundum pueros: sed causam eius uarietatis forsitan præbuit trãslatio Onkeli, qui chaldaice uertit זן quod apud Babylonios de esca dicitur, & etiam de aliquo constituto scilicet per syncopen à זְמַן sic paulo superius Genesis 45. Ibique te pascam: pro quo etiam legi posset, & constituam te illuc. Significat & sustinere uel ferre paraphrasticos Ieremiæ 20. Ferre non sustinens.

✱ כָּלָא Vetuit, prohibuit. Haggæi primo. Propter hoc super uos prohibiti sunt cœli ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum, id est, uitauit, & Numeri 11. Domine mi Moses prohibe eos: & Exodi 36. Sicque cessatũ est à muneribus offerendis: quod uerbũ è uerbo ita stat, Et prohibitus est populus ab oblatione: & Genesis 8. & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo: & Psalmo 119. Ab omni uia mala prohibui pedes meos. כֶּלֶא Cella, caula, carcer, artum monasterium: Ieremiæ ultimo. Et eduxit eũ de domo carceris: & paulo post: & mutauit uestimenta carceris eius. Inuenitur in fine aliquãdo mutare aleph in he, quandoque uero addere he aspirationem, ut ego in antiquissimis libris reperio Habacuk ultimo. Abscindetur de ouili pecus, ubi etiam litera nominalitatis mem מִכְלָה præponitur. כִּלְאַיִם Duarũ specierũ & mixtim uel permixta, sic quo ad ultimum Onkelus Chaldæus interpretatur Leuitici 19. ubi in uno uersu eadem dictio ponitur. Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus: agrum tuum nõ seres diuerso semine: uestem quæ ex duobus texta est non indueris, quod de uerbo ad uerbum ita ponitur: Iumentum tuum ne facias genicular mixtim: agrum tuum nõ seres mixtim, & uestis mixtim scilicet de lana & lino non ascendat super te.

✱ כֶּלֶב Canis: 1. Regum 17. Nunquid ego canis sum: & Exodi 11. Apud omnes autem filios Israël non mutiet canis: & pluraliter כְּלָבִים Isaiæ 56. Canes muti non ualentes latrare. כְּלוּב Cauea in qua continentur altilia & aues quæ saginantur: quod nostra translatio decipulam uertit. Ieremiæ 5. Sicut decipula plena auibus: pro quo Ionathas Chaldæus interpretatur, sicut domus saginationis. Et scribit Dauid Kimhi in libro de radicibus quod sit receptaculum ex uirgultis conte-

contextum, in quo aues seruari cōsueuerunt: & Ioseph Hispanus pater eius in cōmentarijs super Ieremiam dicit, quod sit locus ad saginandum altilia deputatus. Vnde est illud quod habetur Amos 8. Et ecce uncinus pomorū: quod magistri Hebræorū interpretantur canistrum seu corbis repletus fructibus: cui & astipulatur expositio Babylonica, & Dauid præfatus in commentarijs super duodecim, eo modo exponit.

כָּלָה Cessauit, defecit, finiuit: Ieremiæ 8. Finita est æstas, uel finiuit æstas, & eiusdē 14. Defecerunt oculi eorum quia non erat herba. Inde nomē uerbale præposito mem eodem quo supra loco. Ego cōsumam eos, pro ego deficere faciens uel finiens eos, & Psalmo 74. De medio sinu tuo in finem. Sed Hieronymus rectius in suo Psalterio, ad medium sinum tuum consumens: quod rabi Salomon exponit reiecit. Inde supinum eiusdem 43. Factum est autem cum cōplesset Ieremias loquens ad populum, pro eo, Cum finiuisset Ieremias loqui, sic exponendū est illud Deuteronomij 26. Quando cōpleueris decimam cunctarum frugū, id est, quando finiueris decimare omnem decimam. Inde participiale nomen adiectiuū Deuteronomij uicesimooctauo. Et deficientibus ad conspectum eorum tota die. Item in alia forma Numeri 25. Et nō ipse delerē filios Israel, id est, nō facerē deficere uel finire filios Israel. Exodi 33. Ne forte disperdā te in uia, id est, faciam te finire uel deficere. Inuenitur autē hęc dictio quandoq; in fine per aleph loco he scripta: ut Danielis 9. Vt cōsummetur præuaricatio, pro eo ut finiatur peccatum. Omnia talia significant cessationem, finem, deletionē, interitum, & consummationē, ut כִּלָּיוֹן Isaiæ 10. Cōsummatio abbreuiata inundabit iusticiam, & Sophoniæ 1. Quia consummationē cum festinatione faciet, & assumit in principio thau. Psalmo 119. Omnis cōsummationis uidi finem. Item significat כָּלָה etiam compleuit, finiuit, terminauit, perfecit: 2. Paralippomenon 7. Compleuitq; Salomon domum domini. Inuenies sæpius hoc uocabulum in Psalmo 119. in litera caph. Ponitur & impersonaliter Psalmo 72. Finiunt orationes Dauid filij Iesse, uel secundum Hieronymum, Completæ sunt oratiões Dauid, & Genesis 2. Et perfecti sunt cœli & terra & omnis ornatus eorum, compleuitq; deus die septimo &c. cæterum multi putant hoc uerbum etiam significare complacentiam seu delectationem & desyderium, unde illud Psalmo 119. quod nos legimus. Defecit in salutari tuo anima mea, alij sic interpretantur. Complacuit delectata seu iocundata est anima mea. Item כַּלָּה sponsa, Isaiæ 61. כִּלְיוֹת Renes. Leuitici 3. Et duos renes. Item & reticulum iecoris cum renunculis. כְּלִי Arma, uas, instrumentum, uestis. Psalmo 2. Sicut uas figuli confringes eos: & Esther 1. Alijs atq; alijs uasis. Genesis 27. Sume arma tua & pharetram. Isaiæ 22. Omne uas paruulum à uasis craterarum usq; ad omne uas musicorum: & 35. Si quis ferro percusserit: ubi legēdum esset, Si quis instrumento ferreo percusserit. Et infra: si ligno percussus, ubi sic stat, aut instrumento ligneo &c. In summa sicut apud latinos arma significat omne quod hominibus ad manum usui est, ita Hebræis hoc uocabulum usurpatur: ut Leuitici

decimoquinto, ubicunq; ſederit, id eſt, inſtrumentũ ſup quo ſederit, itẽ ſagma ſuper quo ſederit, & infra, uas fictile con fringet: item uas ligneũ lauabit aqua. Iſaię 54. Omne uas quod fictum eſt.

* כֶּלַח Senium uel ſenecta. Iob 5. Ingredieris in abundantia ſepulchrum: pro quo interpretari debuit, Ibis in ſenio ad ſepulchrũ. Et miror quare abundantiam traduxit, niſi forte in ſcholijs repererit שבח quod per h finale ſenectã ſiue ſenium interpretat, Pſalmo 71. per ain uero שבע ſaturitatem & abundantiam intelligimus: ex gloſſemate igitur hęc potuit negligentia oriri. Nam hanc dictionem calah in eodem libro aliter interpretatus eſt. Iob 30. Et uita ipſa putabantur indigni, quod ita legendum eſt: Ipſis perijt ſenecta.

* כָּלַם Erubuit, uerecundatus, confuſus, & reueritus eſt. Numeri 12. Nõ'ne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi: & Pſalmo 40. Et reuereantur qui uolunt mihi mala, inde nomen uerbale כְּלִמָּה Pſalmo 69. Operuit confuſio faciem meam.

* כֵּלַת Bipennis, axina, ſecuris, inſtrumentũ dolatorium & quo lapides franguntur. Pſalmo 74. In ſecuri & aſcia deiecerunt eam: pro quo Hieronymus in ſuo Pſalterio. Bipenni & dolatorijs deraſerunt.

* כָּמַהּ Deſyderauit, concupiuit: pro quo Septuaginta interpretes traduxerũt in lingua gręca poſapos, quod nos legimus quam multipliciter. Pſalmo 63. Quã multipliciter tibi caro mea: ſed Hebręi rectius dicunt, Deſyderauit ad te caro mea: & ita interpretatus eſt Hieronymus in ſuo Pſalterio de hebraica ueritate. Scribit autẽ rabi Salomon de hoc uocabulo quod non inueniat alibi in hac ſignificatione. כַּמָּה Quot: ut Pſalmo 119. Quot ſunt dies ſerui tui: qua dictiõe utunt Hebræi in prędicamẽtis pro quantitate, ut eſt apud Abenruſt in logica hebraica.

* כּוּמָז Ornamentũ fœmorale fœmini ſubligari ſolitũ, quaſi fœminũ ſubligaculũ auro & gẽmis redimitum, ſecundum magiſtros Hebræorum: translatio noſtra uertit murenulas. Numeri 31. Dextralia ac murenulas.

* כַּמֹּן Cyminum uel uicia ſeu huiuſcemodi genus leguminis: ut Iſaiæ 28. Seret gith & cyminum ſparget, item in eodem, nec rota plauſtri ſuper cyminũ circuibit. מִכְמַן Abſtruſum, theſaurus. Danielis 11. Et dominabitur theſaurorum auri & argenti.

* כָּמוּס Reconditum, repoſitum, abſconſum, arcanũ. Deuteronomij 32. Non'ne hęc condita ſunt apud me.

* כָּמַר Caluit. Geneſis 43. quia cõmota ſunt uiſcera eius: pro quo uerbum è uerbo ſic legendum eſſet, quia incaluerunt miſerationes eius, ſic etiam rabi Salomon exponit: aſtipulatur illud Threnorum ultimo. Pelles noſtræ ſicut clibanus exuſtæ ſunt. כֹּמֶר Religioſus, monachus, nigris indutus ædit, quẽ nominant capellanum. Oſeæ decimo. Et æditui eius ſuper eum exultauerunt, & Sophoniæ primo. Et nomina ædituorum cum ſacerdotibus. מִכְמָר Rete, laqueus, retiaculum. Pſalmo centeſimo quadrageſimoprimo. Cadent in retiacula eius peccatores, & Habacuk 1. Et congregauit in rete ſuum.

* כֵּן Sic uel ita, Geneſis primo. Et factum

ctũm est ita, de qua dictione supra locuti sumus in uocabulo בנים . בנין Cyniphes uel pedunculi. Exodi octauo. Et sint cyniphes in uniuersa terra Ægypti.

בנה Locus residentiæ, basis, sedes. Exodi tricesimo. Labium æneum cum basi sua: & Psalmo 80. pro eo quod nos legimus, Et perfice eam quam plantasti, Hebræi traducunt. Et residentia quam plantasti. Rabi Salomon exponit Et habitatio tua. Hieronymus uertit radix.

בנה Cognominauit, pro quo nos legimus assimilauit, Isaiæ 45. Et uocaui te nomine tuo, assimilaui te, quod magistri Hebræorum sic exponunt: uocaui te nomine tuo scilicet proprio quia Cyrus, & cognominaui te nomine appellatiuo, hoc est, rex uel Christus græce, Messiah hebraice, unctus latine. Vngento enim reges Iudæorum pro corona utebantur. Inde partem orationis quam nos pronomen, eam Hebræi בנוי uocant, ut cernere licet in arte grammatica.

בנס Collegit, congregauit, coaceruauit. Ecclesiastis 2. Coaceruaui mihi argentum & aurum, & eiusdem tertio. Et tempus colligendi. Inde uocant ecclesiam quæ est congregatio uniuersorum seu concilium הכנסת synagoga.

מכנסי Subligacula, fœmoralia seu fœminalia. Exodi 28. Facies & fœminalia linea, & Ezechielis 44. Et fœminalia linea erunt in lumbis eorum: & est pluralis numeri tantum, quia duabus alis constat.

בנע Subiugauit, humiliauit: 3. Regum 21. Nõ ne uidisti humiliatũ Achab coram me, quia igitur humiliatus est, & Iudicum 8. Humiliatus est autem Madian coram filijs Israel; & Nehemię nono. Et humiliasti coram eis habitatores terræ, & Deuteronomij 9. Qui conterat eos, id est, qui subiugabit eos. כנען Commutator, negociator, mercator, quamuis ubiq; trãsferatur apud nos pro Canaan terra. Ezechielis 17. Et transportauit eam in terram Canaan, in urbe negociatorum, tamen Hieronymus in cõmentarijs super parabolas Salomonis capite ultimo, Chananęus inquit interpretatur commutator, hęc ille. Vnde dico ego, Hebræi uersiculum eius loci sic legunt: Et cingulum tradidit mercatori: secundum quod intelligendum est & illud Genesis 38. Filiam hominis Cananæi, id est, negociatoris.

כנף בנה Angulus, ala, penna. Deuteronomij 4. Vel auium sub cœlo uolantiũ: quod uerbũ è uerbo legiť, Omnis auis alata, & Zach. 5. Et spiritus in alis earũ, et habebãt alas quasi alas milui: ubi cerniť heteroclita eius uocabuli declinatio communis generis, & Numeri 15. Fimbrias per angulos quatuor, & Deuteronomij 22. Per quatuor angulos pallij tui, nostra translatio uertit oram. Haggæi 2. In ora uestimenti sui. Ponitur hoc uocabulũ pro terminis & particulis uestimentorum, quia diffutæ uestes faciunt quasi imaginem alarum: similiter etiam pro ora terrę. Item Isaię 10. Et nõ fuit qui moueret pẽnam. Inde oritur uerbum. Isaiæ 30. Et non faciet auolare à te ultra doctorem tuum.

בנור Cithara, Genesis 4. Ipse fuit pater canentium cithara & organo, & Iob 30. uersa est in luctũ cithara mea: & declinatur in communi genere. Nam in masculino habetur Ezechielis uicesimo sexto. Et sonitus cithararum tuarũ non

audietur amplius: & in fœminino genere habetur: 3. Regū 10. & citharas lyrasq; cantoribus: nostra translatio uertit generali uocabulo organa: Psalmo 137. Suspēdimus organa nostra, quod Hieronymus in suo Psalterio specialiter citharas traduxit.

* כָּסַס Numerauit, supputauit. Exodi 12. Iuxta numerum animarum quæ sufficere possint ad esum agni: quod uerbum è uerbo sic legitur, Iuxta numerum uel supputationem animarum quemlibet numerabitis uel supputabitis secundum esum suum super agnum. Inde מֶכֶס supputatio prępositа mem & ablata finali litera. Numeri 31. E quibus in partem domini supputatæ sunt oues sescentæ septuagintaquinque, pro quo uerbum è uerbo sic legūt. Et erat supputatio domino de ouibus sescentę, quinq; & septuaginta: sæpiusq; hoc ipsum uocabulū eo loci cernere licebit.

* כִּסֵּא Solium, thronus, sedes. Ieremiæ 17. Solium gloriæ altitudinis à principio: & 2. Regum 3. Et eleuetur thronus Dauid, & Isaię 66. Cœlum sedes mea, mutat autem quādoq; aleph in he, ut 3. Regum 10. qui habebat sex gradus: pro quo ueritas habet, sex gradus throno: & sequitur. Et summitas throni rotūda erat: ubi scribit rabi Dauid Kimhi in commentarijs super quatuor, quod in hoc loco thronus bis scribitur per he aspirationem loco aleph: ego uero in libris inuenio uarietatem tam scriptis quā impressis.

* כָּסָה Cælauit, abscondit, operuit, texit. Prouerbiorū 12. Homo uersutus cælat scientiam, & Numeri 4. Et operient rursum uelamine hyacinthinarum pelliū, pro quo hebraica ueritas habet, Et dabunt super illud cooperientem cutem taxi. Inde nomen כְּסוּת cooperimentum uel tegumentum. Deuteronomij 22. Pallij tui quo operiris. In alia quoq; forma מִכְסֶה Exodi 26. Facies & operimentū. Reperit illud uerbū in alia forma Genesis 25. At illa tollens cito palliū suum operuit se, ubi deest he finalis, quādoq; per zere & per iod, Isaiæ 58. Cū uideris nudum operi eum.

* כָּסַח Resecuit, excidit. Isaiæ 33. Spinæ congregatæ igne comburentur, pro quo hebraica ueritas legit: spinæ excisæ seu exectę.

* כְּסִיל Insipiens, stultus. Ecclesiastis quarto. Stultus complicat manus suas, & eiusdē 2. Stultus in tenebris ambulat. Inde uerbum neutrum. Ieremię 10. Pariter insipientes & fatui probabuntur: quod uerbum è uerbo uertitur, Et semel infatuabuntur & stultificabuntur: & Psalmo 49. Simul insipiens & stultus peribunt. Et in alia forma scribitur sex pūctis כֶּסֶל loco iam allegato. Hęc uia illorum schādalum ipsis, quod melius traduxit Hieron. in Psalterio suo de hebraica ueritate. Hęc uia insipientię eorum. Inde כְּסִילוּת stulticia. כֶּסֶל Fiducia, spes: Psalmo 78. Et ponāt in deo spem suam, quod uocabulū pro robore nos uersum legimus. Iob 31. Si putaui aurū robur meum, sed multo uerius transferretur sic de uerbo ad uerbum. Si posui aurum spem meam: sic enim legit rabi Salomon Gallus & Rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus.

כְּסִיל Sydus est unum ex stellis fixis in octauo sphæra insigne: de quo uocabulo Eusebius Hieronymus super Isaiam capite tredecimo, sic scribit XIII

septua-

Septuaginta oriona transtulerunt. Hebræus quoq; quo ego præceptore usus sum arcturum interpretatus est: nos generaliter sequentes Symmachum stellas diximus, hæc ille. Et scripsit rabi Ionas quod sit magna constellatio quę Arabice uocatur soil scilicet fortasse quas prisci suculas quasi suillas, & Græci hyadas appellauerunt. Pręceptor meus mea sententia ualde doctus homo, Iacobus Iehiel Ioans Hebręus, stellas eas credidit pleiadas esse: sed ego facilius assentiar orioni quod est illustre sydus, sub signo geminorum & pene aliis splendidius. Vnde nostra translatio splendorem traduxit. Isaię 13. Stellę cœli & splendor earum: sic Amos 5. Facientem arcturum & oriona, licet translatio nostra multũ uariet: nam etiam arcturum traduxit. Iob 38. Aut gyrum arcturi poteris dissipare.

כֶּסֶל Intestina quædam proxima renibus sub lumbis: de quibus habetur Leuitici 3. Cũ adipe quo teguntur ilia.

* כָּסַם Totondit. Ezechielis 44. Sed tondentes attondent capita sua.

כֻּסֶּמֶת Far, triticum. Exodi 9. Triticum autem & far non sunt læsa, alias uicia. Ezechielis 4. Milium & uiciam: dicitur autem uulgo spelta secundum Rabi Dauid Kimhi.

* כָּסַף Concupiuit, desyderauit. Psalmo 17. Sicut leo paratus ad prędam, quod Hieronymus in Psalterio suo traduxit rectius, Similitudo eius quasi leonis desyderantis prædam: cui etiam astipulatur expositio rabi Salomõis: & Psalmo 84. Cõcupiscit & deficit anima mea in atria domini: & Genesis 31. Et desyderio erat tibi domus patris tui: pro quo uerbum è uerbo interpretabimur, & desyderio desyderasti ad domũ patris tui.

כֶּסֶף Argentum. Genesis 13. In possessione auri & argenti: translatio nostra sæpe pro denominatiuis interpretatur: ut Exodi 3. Vasa argentea & aurea, pro, uasa argenti & uasa auri: & pro moneta argentea siue pecuniis quandoq;, ut Genesis 45. Beniamin uero dedit trecentos argenteos: & eiusdem 42. Et reponerẽt pecunias singulorum in sacculis suis.

* כֶּסֶת Puluillus. Ezechielis 13. Vę qui consuunt puluillos: & infra eodem. Ecce ego ad puluillos.

* כָּעַס Succẽsuit, iratus est. Psalmo 112. Peccator uidebit & irascetur, & 2. Paralippomenon 16. Iratusq; Asa aduersus uidentem. Inde uerbum transitiuum secundum הִכְעִיס quod est iratum facere, Deuteronomii 32. Et irritauerunt in uanitatibus suis, id est, iratum fecerunt, & in alia forma כִּעֵס transitiuum secundum 4. Regum 16. Feceruntq; uerba pessima irritantes dominum. Inde nomen כַּעַס ira Deuteronomii 32. Sed propter iram inimicorum distuli, significat etiã deridere: ut Nehemiæ 4. Quia irriserũt ędificantes.

* כָּפַף Deflexit, incuruauit, cõuertit. Michee 6. Curuabo genu deo excelso: sed in hebraico illic ponitur passiue, testis est Dauid Kimhi, ut sic legẽdum sit: Curuabor deo excelso. Nam in ueritate hebraica deest genu, unde illud Psalmo 145. Et erigit omnes elisos, quod Hieronymus uertit omnes iacentes, exponendum est omnes recuruos, scilicet in morem decrepitorum.

* כִּפָּה Frondis, ramus, surculus: Isaię 9, incuruantem & deprauantẽ, quod secundum hebraicam ueritatẽ legẽdum

esset ramum & iuncum: & iuxta Dauid Kimhi in cõmentarijs Isaię significantur fortes & imbecilles. Vnde Ionathas chaldaice papam & regẽ eo loci uoluit notari: & Iob 15. Et manus eius arescent: ubi debuit uerbum è uerbo interpretari: & surculi eius non uirescẽt, quod alio in loco traduxit spatulas. Leuitici 23. Spatulasq; palmarum & ramos ligni.

❧ כַּף Pugillus, interior pars manus aut pedis, uola. Ecclesiastis 4. melior est pugillus cũ requie: quod ita ponitur, melior plena uola quietis: & Isaię 1. cum dicitur à planta pedis, legi deberet à uola pedis, hoc est, ab interiore parte pedis: & declinat heteroclite, nam in plurali numero cum secundũ aliorum regulas dissyllabũ esse deberet, usu uenit trissyllabũ: ut Iob 36. In manibus abscondit lucẽ. Solet etiam poni pro uestigio: ut 3. Regum 18. Ecce nubecula parua quasi uestigium hominis, Isaię 60. Et adorabunt uestigia pedum tuorum, & ab eius similitudine solent nubes appellari, ut Threnorum 3. Leuemus corda nostra cum manibus: quod Hebræi transferunt sic, Leuemus corda nostra uersus nubes ad deũ in cœlos, teste Dauide Kimhi in libro de radicibus, sicut scribit Isaię 49. ecce in manibus meis descripsi te, quod Rabi Ioseph filius Kimhi & rabi Sadias intelligũt sic, Ecce supra nubes ordinaui te: quãuis Ionathas cum nostra translatione sentiat. Significat etiam os concauum in quo femur uoluitur, quem nostra trãslatio neruum uocat. Genesis 32. Tetigit neruum fœmoris eius. Significat etiam cochleã uel concham uel cochleare, quod translatio nostra uertit mortariolum. Numeri septimo, Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: & secundo Paralippomenon uicesimoquarto. Phialę quoq; & cętera uasa, rectius dicitur scyphus uel cupa, & hoc est generis fœminini, ut patet ex sequentibus: mortariola aurea duodecim.

❧ כָּפָה Coercuit, extinxit seu restrinxit. Prouerbiorum 21. Munus absconditum extinguit iram: aliqui ut Rabi Iuda exponunt secundũ uersiculũ Micheæ 6. curuabor deo excelso sic, munus in absconso flectit uel reuertit iram.

❧ כָּפַל Duplicauit. Exodi 26. ut sextum sagum in fronte tecti duplices: passiuum eius ponitur Isaię uicesimoprimo. Et duplicetur gladius ac triplicetur. Inde nomen duplex מַכְפֵּלָה & כֶּפֶל uel duplicatũ: ut Genesis 23. Det mihi speluncam duplicem.

❧ כָּפַן Esurijt uel fame perijt, quomodo quidam Hebræorum hunc uersiculũ quem nos legimus Ezechielis 17. Et ecce uinea ista quasi mittens radices ad eam, uerius interpretantur, Ecce uinea ista famelica, radices eius supra eam. Inuenit enim כָּפָן id est, fames. Iob 5. In uastitate & fame ridebis.

❧ כָּפִיס Tignum seu laqueariũ: nostra translatio interpretatur lignũ quod inter iuncturas ædificiorũ est, quod uulgo ligamen uocãt. Habacuk 2. Et lignũ quod inter iuncturas ædificiorum est respõdebit, quod Septuaginta interpretes uerterunt scarabæus de ligno loquitur. Symmachus iũctura ędificij lignea. Theodotion laqueariũ ligneũ, sic teste Hieronymo quinta editio, qui etiam scribit se alias translatiões huius uersiculi uidisse, quarũ altera uermis in ligno loquens, & altera uerterit Scolix de ligno loquit.

quod

quod idem est, sed ipse idem Hieron. determinat in cõmentariis minorũ, quod כפיס significet lignum quod ad continendos parietes in medio structuræ ponitur, cõmuniter autem Iudæi putamen tum lignorum cæterorum intelligunt.

✻ כָפַר Bituminauit seu picauit. Genesis sexto. Et bitumine linies intrinsecus & extrinsecus, ubi tam nomen כופר quam uerbum inuenies. כִּפֵּר Expiauit, placauit, propiciauit. Genesis 32. Dixit enim placabo illum muneribus. Inde כַּפֹּרֶת propiciatorium. Exodi 25. Facies & propiciatoriũ de auro mũdissimo, & Isaię 47. Quam non poteris expiare, & Prouerbiorũ 16. Vir sapiens placabit eam. Inde dicuntur dies expiationum qui hebraice nominantur כפורים sicut apud nos est tẽpus quadragesimale, ut Leuitici 23. Decimo die mẽsis huius septimi dies expiationũ erit celeberrimus affligetisq; animas uestras in eo: & sequitur, Quia dies propiciationis est ut propicietur uobis dominus deus uester.

כֹּפֶר Villa: primo Regum sexto. Ab urbe murata usq; ad uillam: & Canticorum 7. Commoremur in uillis.

כוֹפֶר Species aromatis redolentis, quod alij camphoram appellant, alij herbam cyperũ, alij quodlibet florens & bene olens: ut Canticorum 1. Botrus cypri dilectus meus, quasi cypri usa quod grece florens dicitur: alij legunt botrus cyperi, sicut sequitur eiusdem cap. 4. Cyperi cum nardo.

כְּפִיר Catulus leonis. Psalmo 17. Sicut catulus leonis habitans in abditis. & pluraliter Psalmo 104. Catuli leonum rugientes. Alio in loco translatio nostra uertit leonem, ut Ezechielis 32. Leoni gẽtium, assimilatus es, quod Ionathas chaldaice sententiam ex sententia traduxit, Robustus in populo factus es. Inde robur & fortitudo.

כְּפוֹר Pruina. Exodi 16. Apparuit in solitudine minutum & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram: & Psalmo 147. pro eo quod nos legimus, Nebulam sicut cinerem spargit, multo rectius Hieronymus de hebraica ueritate sic uertit. Pruinã sicut cinerem spargit. כפור Peluis siue crater. Ezræ octauo. Et crateras aureas uiginti.

✻ כָּבַשׁ ✻ Euertit, id est, partem summã uertit ad imum, ut caput ad loca pedum & contra, Threnorum tertio. Cibauit me cinere, quod Iudæi sic transferunt. Versauit me in cinere: & non reperitur alibi.

✻ כַּפְתֹּר Scyphus in modum nucis uel nodi, uel iuxta formam mali granati superne effracti. Exodi uicesimoquinto. Tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, id est, sicut malogranata superne fissa, ad quorum similitudinem dicuntur eo nomine retinacula cardinũ in quibus ianuę uoluunt: quia sunt in modum pomorum perforatorũ, ut Amos 9. percutite cardinẽ, id est, nodũ in quo uoluitur cardo, super quo sæpe uolucres nidificant. Sophonię 2. In liminibus eius morabuntur.

✻ כַּר Agnus. Deuteronomij 32. Cũ adipe agnorum: & Ieremiæ 51. Deducã eos quasi agnos ad uictimã: & singulariter Isaię 16. Emitte eum agnũ dominatorẽ terrę, quod rabi Ioseph Kimhi exponit: mittite tributũ regi Ezechię dñatori terrę; scilicet agnũ. Sed Ionathas chaldaice de Messia exponit. כָּר Capitaneus, seu secundũ Ionathã chaldęũ potẽtior in

populo. 4.Reg.11. Tulitq; cẽturiones & carithi & pheleti legiones. Dicitur etiã כָּרִי cohors ut paulo superius, & assumens centuriones & milites. Intelligit Ionathas pręualentes uiros & pręfectos cohortis, & utrunq; intelligunt eodem uocabulo tam præfectum cohortis quã cohortem ipsam. כַּר Campus pascuus, siue locus pascuorum secundum Dauid Kimhi in commentarijs super maiores. Isaię 30. Pascetur in possessione tua in die illo agnus spaciose, quod rectius Septuaginta transtulerunt: Et pascentur iumenta tua in die illa locum pinguem & spaciosum. Hinc exponunt magistri Hebræorum uersiculum Psalmo 65. Induti sunt arietes ouium, sic: Induti sunt campi pascuorum ouibus, ut Rabi Salomon cum ait. Induũtur campi & pascua de ouibus quæ ueniunt ad pascendum gramen quod germinare facit pluuia.

* כִּרְכֵּר Saltauit, chorizauit: 2. Regum 6. Dauid saltauit totis uiribus ante dominum. Inde כִּרְכָּרוֹת gradarij equi incedentes proportione tripla eo nomine fœminini generis uocantur. Hebræi autem hoc uocabulo designãt camelos & cętera animalia uecturæ apta quibus ferimur, quas nostra translatio carruchas interpretata est. Isaiæ 66. Et in mulis & in carruchis: sed uerius intelliguntur animalia super quę ponuntur dormitoria cum umbraculis, quę dicuntur lecticę opertę pellibus seu basternę, iuxta trãslationem Aquilę & Septuaginta, & Symmachum.

* כַּרַר Stramentum, reclinatio iumentorum. Genesis 31. Subter stramẽta cameli: ubi simplici res scribitur,

* כִּרְבֵּל Inuoluit, induit; ut 1. Paralippomenon 16. Porro Dauid erat indutus stola bissina: id est, inuolutus pallio.

* כְּרוּב Volucris. Exodi 25. Cherub unus sit in latere uno & alter in altero: & infra. Et erunt cherubim expandẽtes alas. Per cherub autem Rabi Abrahã aben ezra intelligit genus ad omnẽ formam separatam, ueluti hominis aut bouis ut in uisione Ezechielis.

* כָּרָה Incidit, aperuit, excidit, abstulit uel eradicauit, fodit. Psalmo 7. Lacum aperuit & effodit eum: & 1. Regum 20. Non auferes misericordiam tuam, Item quando eradicauerit dominus inimicos Dauid, & Psalmo 40. pro eo q̃d nos legimus, aures autem perfecisti mihi, hebraica ueritas teste Hieron. habet: aures autem perfodisti. Genesis 50. In sepulchro meo quod fodi mihi. Inde nomen מִכְרֵה fossio seu fodina: ut Sophoniæ 2. Et acerui salis, quod Hebręi exponunt: Et exciso seu fodina salis. Inde dicuntur loca quæ exciduntur pro ouibus quas caulas dicimus: ut Sophonę 2. Et caulę pecorum. כָּרָה Ordinauit, disposuit, parauit, seu apparauit, ut 4. Regum 6. Apposita est eis ciborum magna pręparatio: quod Hebręi uerbũ è uerbo sic rectius legunt, Et fecit apparare eis apparatum magnum, hoc modo etiam Onkelus chaldaice exponit אַתְקֵן כָּרָה Emit, ut Deuteronomij 2. Aquam emptã haurietis & bibetis: quod uerbum e uerbo sic legunt, Etiam aquas emetis & bibetis eas. Vnde melius Hebræi exponunt uersiculum Oseæ 3. Et emi eam mihi quindecim argenteis: pro quo nos legimus, Et fodi eam mihi quindecim argenteis. Nam & Septuaginta sunt interpretati. Et conduxi eam mihi

quindecim

quindecim argẽteis: & Nicolaus de Lyra similiter asserit sic in hebraico esse. Quod autẽ caph per dages scribitur non indicat passiuum, sed euphonię causa ponitur. Inde nomen מִכְרָה uenditio uel precium pręposita litera mem, Numeri 20. Dabimus quod iustum est, id est, uerbum de uerbo: dabo precium earum, & Amos 2. Vendiderunt pro argento iustũ: id est, super uenditione eorum. Secũdum huius uerbi significationẽ melius intelligit iuxta Hebræos uersiculus quẽ nos legimus sic Genesis 50. In sepulchro meo quod fodi mihi: quod rectius transferetur, In sepulchro meo quod emi mihi, ut patet perspicacius intuenti.

* כָּרַךְ Inuoluit, amiciuit, induit seu insuit: Esther 8. Et amictus serico pallio atq; purpureo.

* כַּרְכֹּב Gyrus, ambitus uel circuitus: sic Onkelus Chaldæus interpretatẽ id quod legimus Exodi 27. Quos pones subter arulam altaris: scilicet subter circuitum altaris: quod & Nicolaus de Lyra hoc modo transfert, scilicet, quos pones subter ambitum altaris.

* כַּרְכֹּם Crocus, quod Arabice safran nominatur. Canticorum 4. Nardus & crocus.

* כֶּרֶם Vinea. Genesis 9. Et plantauit uineam: & 1. Regum 8. Et uineas & olīueta optima tollet, & Canticorum primo. Posuerunt me custodem uineis, uineam meam non custodiui. Inde כּוֹרֵם uinitor.

* כַּרְמֶל Frumentum, è spica tritum atque pręcox, quod pultem ex segete nostra translatio uertit. Leuitici 23. Et pultes non comedetis ex segete. Item campus syluestris. Isaiæ uicesimonono. Conuertetur libanus in carmel, id est, sublimia mutabuntur in humilia. Item carmil significat colorem coccinum: ut 2. Paralippomenon 2. Purpura coccino & hyacintho. Item absq; iod significat mõtem carmelum: 1. Regum 25. Et possessio eius in carmelo.

* כִּרְסֵם Exterminauit, eruit more porcorum & uastauit. Psalmo 80. Exterminauit eam aper de sylua, quod Hieronymus transtulit uastauit.

* כָּרַע Incuruatus est, genu flexit, curuauit genua, accubauit. Numeri 24. Accubans dormiuit ut leo, & Isaiæ decimo. Ne incuruemini sub uinculo, & Iudicum 7. Qui autem curuatis genibus biberint. Item reliqua multitudo flexo poplite biberat, & 4. Regum 1. Curuauit genua contra Heliam, & uerbum graue הִכְרִיעַ quod est curuari facere quasi curuifacere, pro quo translatio nostra interpretata est supplantauit. Psalmo 18. Et supplantasti insurgẽtes in me subtus me. Inde כְּרָעַיִם dicuntur crura pecorũ quę latine dicimus suffragines, ut Amos 3. Duo crura aut extremũ auriculę.

* כַּרְפַּס Color carbasinus. Esther 1. Tentoria aërei coloris & carbasini.

* כָּרֵשׂ Venter. Ieremiæ 51. Repleuit uentrem suum teneritudine mea.

* כָּרַת Pepigit, fixit, firmauit, tolle leges, percussit fœdus, excidit, exterminauit, repulit. Genesis 15. In illo tempore pepigit dominus fœdus cum Abram dicens, & eiusdem 21. Percusseruntq; ambo fœdus. Inde כְּרִיתוּת excisio repulsa seu repudium. Ieremiæ 3. Et dedissem ei libellum repudij, & in passiuo ponitẽ Exodi 31. pro eo quod legimus: peribit anima illius de populo suo, Hebręi habent.

Excide-

Excidetur uel exterminabitur anima illius, similiter Numeri 15. & Numeri 13. Absciderunt palmitem cum uua sua: & 4. Regum 19. Et succidi sublimes cedros eius: & Amos 1. Et disperdam homines à facie terrę, pro excidam uel exterminabo. Inde nomen Amos 2. Gens perditorum, pro quo legendum esset Gẽtes abscisione dignę.

* כֶּשֶׂב Agnellus minor anniculo, per metathesin sic dictus. Leuitici 3. Si agnum obtulerit coram domino.

* כָּשָׂה Obleuit, ebetauit, obduxit multa pinguedine. Deuteronomij 32. Incrassatus impinguatus dilatatus: quod ultimum magistri Hebræorũ exponunt obduxisti & cooperuisti cor tuum pinguedine quo minus possit uerum intelligere. Sed rabi Salomon uerbum hoc pro operire & obducere accipit, quasi mutatione samech in schin,

* כָּשַׁל Impegit, nutauit, corruit, lapsum est, infirmatũ est. Oseæ 14. quoniam corruisti in iniquitate tua, sic Isaiæ 31. Et corruet auxiliator: & eiusdem 59. Impegimus meridiem quasi in tenebris & infra eodẽ. Quia corruit in platea ueritas. Inde nomen כּוֹשֵׁל Psalmo 105. Et non erat in tribubus eorũ infirmus, passiuum uerbi ponitur Zachariæ 12. Et erit qui offenderit in die illa: id est, offendet uel offensus fuerit. Sophoniæ 1. Et ruinæ impiorum erunt. Nahum 3. Et corruent in corporibus suis. Inde dicitur nomen מִכְשׁוֹל offendiculũ iuxta quod aliquis lęditur uel in animo uel in corpore. Isaię 57. Auferte offendicula de uia populi mei, quod græci schandalon uocant: & Ezechielis 3. Ponam offendiculum corã eo. כַּשִּׁיל Securis. Psalmo 84. In securi & ascia deiecerunt eam.

* כָּשַׁף Incantauit seu magicauit, uel ueneficijs usus est. Deuteronomij 18. Ne sit maleficus, sub quo nomine latino tres illic species maleficorum in hebraico continentur. Item Exodi 22. Maleficos non patieris uiuere, quod in fœminino genere ponitur hebraice scilicet sic מְכַשֵּׁפָה malefica non uiuat, super quo scribunt magistri Hebræorũ quod potius in fœminino ponatur quã in masculino, quia plus lamiarũ est quam magicorum. Hoc enim genus maleficij in uetulis & fœminis crebrius inuenitur. In masculino ponitur pluraliter Danielis 2. Vt conuocarentur arioli & magi & malefici & chaldęi.

* כָּשֵׁר Conuenit, congruebat. Ecclesiast. 11. Nescis quid magis oriatur: pro, quid magis conueniat: & Esther 8. pro eo quod translator noster circumlocutus est dicens, Et deprecatio mea non ei uidetur esse cõtraria, ueritas hebraica habet: E conueniens seu congruens res erit coram rege, quasi dicat, & rectum erit seu acceptabile. Sic pro eo quod Ecclesiast. 10. legitur, post industriã sequetur sapientia, tenet hebraica ueritas. Et abundans congruentia est sapientia, nomen inde deriuatum כּוֹשָׁרוֹת translatio nostra fortitudinẽ interpretata est. Psalmo 68. Qui educit uinctos in fortitudine: sed Hebræi rectius legunt: in congruentijs. Sic scribit rabi Salomon quod congruentissimo ad iter capiendum tempore deus eduxit filios Israël ex Ægypto, nec in æstu nec in frigore. Et cum nos legimus Prouerbiorum ultimo, Manũ suam misit ad fortia, Hebræi exponunt, ad recta & congrua.

* בָּתַת Contudit, contriuit seu compressit. Leuitici 22. Contritis uel tunsis, uel sectis: & inuenitur per apocopen ultimę literę, Iočlis 3. Concidite aratra uestra in gladios: quod rectius trāstulissent contundite, sicut Deuteronomij 9. Et in frusta cōminuuēs: ubi textus hebraicus de uerbo ad uerbū sic stat. Et peccatum uestrum quod feceratis scilicet uitulum sustuli & cōbussi ipsum in igne, & contudi ipsum molendo omnino quo ad extenuabatur usq; in puluerem: simili quo supra modo couertit nostra translatio, Numeri 14. Concidens eos usq; Horma, & Psalmo 89. Et concidam à facie ipsius inimicos eius, quod & Hieronymus ita transtulit similiter Zachariæ 11. Et concident terram.

* בָּתַב Scripsit. Exodi 32. De libro tuo quem scripsisti, & Ieremiæ 36. Tolle uolumen libri & scribes in eo: & Ezech. 2. Et erat scriptura ante & retro: pro quo legimus. Et erat scriptus intus & foris, & scriptum erat in eo, lamentationes &c. & Psalmo 87. Dominus narrabit in scripturis populorum, & præpositione mem literę מִכְתָּב ut Exodi 32. pro eo qd' nos legimus. Scriptura quoq; dei erat sculpta in tabulis, ueritas hebraica sic habet. Et scriptura, scriptura dei erat, quod & sine mem inuenitur in eodē significato, ut Esther 3. summa epistolarū hæc fuit, pro quo uerius legunt: Instructio scripturæ.

* בָּתֶל Paries, ut Canticorū 2. Stat post parietem nostrum.

* בֶּתֶם Auri massa, quod nostra trāslatio habet aurum optimum. Canticorū quinto. Caput eius aurum optimum: quod hebraice duobus uocabulis describitur, quasi diceret aurum sublimatissimum seu purissimum, quod prisci aurū obrizum quasi ophirizum dixere. Vnde translatio nostra sic habet Iob 31. Et obrizo dixi fiducia mea: quod tamen alias improprie colorē uertit: Threnorū 4. Mutatus est color optimus, ubi Nicolaus de Lyra recte docet quod hebraice ponatur massa bona. Inde quidam uolūt ducere מִכְתָּם titulum & dignitatem militarē ipsius Dauid qui dicebat michtam quasi deauratus, sicut nos appellamus equites auratos, ut extat in titulis quinq; Psalmorū à 56. inclusiue ad 61. exclusiue: uel secundū alios Dauid michtā, hoc est, insignis uel notatus: nam בֶּתֶם etiam notam uel signum significat, & accipitur quandoq; in malum & pro macula exponitur: ut Ieremię 2. Maculata es in iniquitate tua coram me, id est, notata, sicut & apud latinos utrumq; anceps est & nota & nobilis.

* בָּתַן Et inde כְּתֹנֶת Tunica, camisia, sagulum, id quod græci chiton uocant. Genesis 37. Nudauerunt eum tunica talari & polymita. Inde plur. כָּתְנוֹת & כָּתְנוֹת Genesis 3.

* בָּתֵף Humerus, scapula, latus. Zacharię 7. Auerterunt scapulam recedentes: & Numeri 7. Et onera proprijs portant humeris. Significant etiam orę uestimentorū circa humeros hoc uocabulo, ut Exodi 28. Duas oras iunctas habebit quasi scapularia.

* בֶּתֶר Corona, diadema. Esther secundo. Et posuit diadema regni in capite eius: & à rotunditate coronæ circumductæ deriuat de se uerbum quod significat circumdare atq; complecti, ut Psalmo 22. Tauri pingues obsederunt me,

me, quod Hieronymus traduxit: uallauerunt me: hoc eſt, circumdederunt me uel coronauerunt me. Et Iudicum 20. ubi iterum ſicut ſępe alias dimiſſis uerbis ſola ſententia traducta eſt: ait enim, atq; ita factum eſt ut ex utraq; parte ab hoſtibus cęderentur neq; erat ulla requies morientium: pro quo hebraica ueritas ita legit uerbum è uerbo: Circumueniebant ſeu circumplexi ſunt Beniamin & perſequuti ſunt eum uſq; ad manſionem, conculcauerunt eum uſq; prope Gabaa ab ortu ſolis, & Habacuk 1. Quia impius pręualet aduerſus iuſtum: ueritas hebraica ſic. Quoniam impius circumuenit iuſtum. Significat etiam aliquando ſuſtinere uel expectare, uel morari: ut Iob 36. Suſtine me paululum.

* כתש Tutudit uel contriuit. Prouerbiorum 27. Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas: & inde מכתש dens molaris: ut Iudicum 16. Aperuit itaq; dominus molarem dentem. Inde מכתש mola tunſilis quę dicitur pila: ut Sophonię primo. Vlulate habitatores pilæ.

Nunc quoniam ſatis huius uoluminis magnitudo creuit, cōmodius eſt in altero libro de cęteris uocabulis deinde exponere.

Ioannis Reuchlini Phorzenſis. LL. doctoris de rudimentis hebraicis ad Dionyſium ſacerdotem fratrem ſuum Germanum.

In primo uolumine Dionyſi frater de literis ſyllabis atq; tota grammatica, & deinde de ijs dictionibus quę ab alphabeti ſignaculis ordine ſuo undecim incipiunt ſedulo dedimus operam ut & breuiter & dilucide ſcriberemus: uerū quod de omnibus uno in libro commode dici non poterat, ita nobis placitum eſt, ut de cęteris uocabulis in hoc eodem ſecundo uolumine tractari audias: totum igitur & perfectum dictinonariū tenebis ſi ad hunc quoq; librum animum aduerteris.

מי כמכה באלים יהוה

לא Non, ut Pſalmo 1. uerſiculo primo, ubi ter ponitur: & uidetur per conuerſionem aut metatheſin dici ab אל ut ſupra in aleph uidere potes. Reperitur quandoq; in fine he aſpiratio loco aleph: ut Deuteronomij 3. Qui eſt in Rabath filiorum Ammon: quod uerius legitur. Non'ne hic eſt in Rabath filiorū Ammon. Similiter per uau cum aleph לוא id eſt, utinam. Iſaiæ 48. & per uau ſine aleph לו Geneſis 17. Vtinā Iſmaēl uiuat coram te.

* לאב Aruit, quod in deriuato inuenitur Oſeæ 13. In terra ſolitudinis, qđ exponunt magiſtri: In terra ſitis, hoc eſt, arida & ſitibunda ſcilicet in deſerto. Scripſit magiſter Ionas qđ Arabes & Phœnices apppellāt loca arida & ſicca לאבה

* לאה Fatigatus eſt. Geneſis 19. Ita quod oſtium inuenire non poſſent, pro fatigati eſſent ad inueniendam ianuam. Significat autem tota deriuatio laſſitudinem, infirmitatem, difficultatem, laborem & moleſtiam: ut Iob 4. Forſitan moleſte accipies: & Malachiæ 1. Ecce de labore: & Micheæ 6. Aut quid moleſtus fui tibi? quod Hieronymus in commentarijs iuterpretatur: Et quo labore te preſſi, ſed uerius, Et quo fatigaui te.

* לאט Paulatim, leniter: ſicut exponunt illud 2. Regum 18. Seruate mihi puerū Abſalom ſcilicet ſic, Leniter mihi de pue

de puero Absalom: quãquam Ionathas Chaldęus nostræ translationi cõsentiat.

לאט Velauit, operuit, abscondit, inuoluit, occuluit: 2. Regũ 19. Porro rex operuit caput suum. Sunt aliqui putãtes arcana quędam magicorum operimenta ab hoc uocabulo dici per defectum aleph: alij à לט ut Exodi 7. Feceruntq; similiter malefici Ægyptiorum incantationibus suis.

לאך Misit, sed reperitur cum prępositione mem: ut מלאך nuncius uel missus. Iob 1. Nuncius uenit ad Iob qui diceret: & est idem quod græci angelos nos inde angelus dicimus. Sic in sophoclis Aiace Tecmessa loquit: neq; ab angelis uocatus, id est, nuncijs: ut Haggæi 1. Et dixit Haggæus nuncius domini de nuncijs domini: uerius nuncius domini in legatione uel nunciatione domini: & iccirco propheta dicit מלאך hoc est, angelus eo quod dei sit legatus. Num. 20. Miseritq; angelũ qui eduxerit nos de Ægypto: quod rabi Salomõ & Dauid Kimhi cęteriq; exponũt de propheta scilicet Mose: sic & superiorẽ uersiculum Haggæi quidam non indocti exponunt. Inde sic nominantur spiritus dei ministri descẽdentes ad homines & ascendentes ad deum quasi internuncij. Iudicum 13. Angelus domini pariter in flãma altaris ascẽdit. מלאכה Res, substantia, opulentia seu diuitię, opus. Genesis 2. Ab omni opere suo quod creauit: & Exodi 36. ubi nos legimus. Eo quod oblata sufficerent & superabundarent: Hebræi habent. Et opulentia erat sufficiens ad omne opus ut fieret illud & superabundans, hoc est, secundum magistros Hebręorum, argẽtum & aurum & reliqua quę obtulerũt, Exodi 22. quod non extenderit manum suam in rem proximi sui: significat enim iumenta quoq; ac pecudes: ut Genesis 33. ubi nos legimus. Et ego sequar paulatim uestigia eius sicut uidero paruulos meos posse, pro quo Hebræi uerius sic. Et ego minare faciam pedetentim ad uestigium armentum quod ante me est & ad uestigium natorum. מלאכת Sydus, astrum, & reperitur per defectum aleph cata syncopen מלכת iccirco uarij uario traducunt. Nam translatio nostra reginam uertit quasi à nomine מלך deriuatum. Ieremiæ septimo. Vt faciant placentas reginæ cœli: quod Septuaginta traduxerunt militiæ cœli, quasi de uniuersis syderibus cõplexim dicatur. Cui etiam assentitur Ionathas Chaldæus qui transtulit sic: Vt sacrificent placentas stellis cœli. Rabi Ioseph Kimhi dicit stellam magnam in cœlo sic uocari: ego uero arbitror planetas sic dici per prothesin literæ mem, qui alias sine mem ita dicuntur quasi à gradiendo gressibiles: de quibus Ioseph Castiliensis in libro qui inscribit hortus nucum in tractatu de septem.

לאם Populus. Genesis uicesimo quinto. Populusq; populum superabit, & pluraliter eodem. Et duo populi ex uẽtre tuo diuidentur.

לבב Cor. Iob duodecimo. Et mihi est cor sicut & uobis. Inde deriuatur uerbum graue לבב quasi latine dicere liceret cordificare. Canticorum quarto. Vulnerasti cor meum, pro cordificasti me, quod est cor meũ tibi ligasti, & eius passiuũ ponitur Iob undecimo. Vir uanus in superbia erigitur, id est, Vir inanis cordificabitur: hoc nomen pluraliter declinat & in masculino & in fœminino

genere: masculine Nahum 2. Murmurãtes in cordibus suis. foeminine 1. Paralipomenon 28. Omnia enim corda scrutatur dominus. Inde cordatus, argutus & solers factus est.. לֵב Cor, per defectum alterius beth literæ: & in declinatione foeminina לֵבָה reperitur. Ezechielis 16. In quo mundabo cor tuum dicit dominus.

✻ לָבִיא Leo. Deuteron. 33. Quasi leo requieuit: & perdit sæpe in foeminino aleph cuius loco succedit he aspiratio præcedēte iod. Ezechielis 19. Quare mater tua leena, & pluraliter masculine. Psalmo 57. Animã meam de medio catulorũ leonum, & pluraliter foeminine Nahum 2. Et necauit leenis suis.

✻ לָבַשׁ Verberauit, cecidit, confudit & circumplexus est siue retorsit. Prouerbiorum 10. Stultus labijs uerberabitur: & paulo antè, Stulus cæditur labrijs: & Oseæ quarto. Et populus intelligens uapulabit.

✻ לְבֵנָה Later. Genesis 11. Habueruntq; lateres pro saxis. Inde uerbũ graue לָבֵן quasi laterifico, ut eodem loco. Venite faciamus lateres, pro laterificemus lateres. Inde nomen furni in quo lateres pinsuntur מַלְבֵּן quod nostra trãslatio typũ aut formã qua lateres formantur traduxit: 2. Regum 12. & traduxit in typo laterũ, sic Nahũ 3. Tene laterẽ: qđ Septuaginta uerterunt: obtine super laterẽ, sed Hebræi dicũt, fortifica fornacẽ laterũ. לָבָן Candidũ, album. Exodi 16. Quasi semen coriandri albũ, & Genesis 30. In his quę spoliata fuerãt cãdor apparuit, pro discooperiens uel denudans album. Inde candidum: & albor, & cãdor & similia, Leuitici 13. quasi per totum, & sanata albam siue rufam habuerit cicatricem. Item, Et ecce si uersa est in alborem. Inde uerbum הִלְבִּין dealbo & albefio &c. Psalmo 51. Et super niuem dealbabor. לִבְנַת Species lapidis sapphirini subalbidi. Exodi 24. Sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, ꝑ quo Onkelus Chaldaice interpretatur, quasi opus lapis preciosi seu boni. לְבָנָה Luna. Isaiæ 24. Et erubescet luna & confundetur sol, quę ab albedine sic nominatur.

לִבְנֶה Arbor ferens resinam, uel secundũ alios populus arbor. Oseę 4. Sub tus quercum, populum & therebinthũ.

לְבוֹנָה Thus, id quod græci libanũ nominant. Leuitici 24. Et pones super eos thus lucidissimũ. Significat etiam omnẽ resinam ex quibuslibet arboribus manantẽ: similiter arborem tędiferã faci le ustibilẽ. לָבֵן Nomen propriũ cuiusdã ex inimicis Dauid secundum quosdã, de cuius morte ipse Dauid fieri fecit Psalmũ 9. Cõfitebor tibi dñe: ubi titulus præfigit, ad uictoriã super morte Laben Psalmus ipsi Dauid, quod secundũ Hieron. transfertur: uictori sup mortẽ filij, & iuxta nostrã translationẽ. In finẽ ꝓ occultis filij Psal. Dauid: cuius uaria est trãslatio etiã à doctissimis & hebraicę linguę peritissimis hominibus allata: de qua nõ ausim meã sententiã inserere, ne cũ indoctissimo eius linguę ac impitissimo quodã fraterculo replicatore par uitium temeritatis incurram: quas trãslationes si quis nosse cupit, Nicolaum de Lyra & Burgensem legat in cõmemorato supra Psalmo 9. prætereà inuenio rabi Ioseph filiũ Kimhi scripsisse in eo nomine lamed esse articulũ, & ben fuisse cuiusdã cantoris templi proprium nomẽ, sicut in libro Paralip

Paralippomenō legitur: ut sit sensus, ad uictoriam super morte scilicet Golię ipsi cantori Ben Psalmo Dauid, alij putant conuersum esse uocabulū laban pro Nabal: fuit etiam Laban frater Rebeccę uxoris Ishac. Genesis 24. Habebat autē Rebecca fratrem nomine Laban. לְבָנוֹן Mons libanus & sylua. Isaiæ 35. Gloria libani data est ei decor Carmeli & Sarō.

✻ לָבַשׁ Induit, Esther 6. Debet indui uestibus regijs, ubi stat quod induit sibi rex: Psalmo 93. Indutus est dominus fortitudinem, inde לְבוּשׁ & מַלְבּוּשׁ uestis & uestimentum & indumentū &c.

✻ לָגוֹם Præposito aleph אַלְגּוּם significat genus ligni cuiusdam preciosi: 2. Paralippomenō 9. Serui Hiram cum seruis Salomonis attulerunt aurū de Ophir & ligna thina. Inuenitur & in quibusdam locis אַלְמוּג multi putant esse coralium.

✻ לָהָה Defecit, fessus & fatigatus seu oppressus est: Genesis 47. Et oppresserat fames terrā maxime Ægypti & Canaan: pro, & fatigata est terra seu fessa secundum rabi Salomonem & per reduplicationē inuenitur Prouerbiorū 26. Sicut noxius est qui mittit sagittas: pro quo rectius ita, Sicut fatigat fatigās scintillationes, ubi ponitur hec dictio כְּמִתְלַהְלֵהַּ

✻ לַהַב Flamma. Iudicum 13. Cumq; ascēderet flāma, & declinatur pluraliter in masculino sic. Isaiæ 13. Facies cōbustæ uultus eorum pro flāmeę: reperitur & in fœminino singulariter sic, Numeri 21. Flamma de oppido Sebon, & pluraliter fœminine sic: Psalmo 105. Ignem cōburentē in terra ipsorū. Hieron. in suo Psalterio: ignem flāmantem, sed Hebręi rectius ignē flāmarum. לַהַב Acies laminę aut splēdor eius, seu lamina polita & acuta, instar flāmę splēdentis. Nahū 3. Et micantis gladij, translatio Septuaginta habet, & splendētis gladij. Significat etiam ferrū in lancea quasi esset lingula resplēdens ad modū pyramidis flāmeæ, & declinatur tunc in genere fœminino: ut 1. Reg. 17. Ipsum aūt ferrū hastę eius.

✻ לַהַג Dictū seu sermo, nostra translatio habet meditatio. Ecclesiastis ultimo. Frequensq; meditatio carnis afflictio est.

✻ לַהַט Acies gladij, uel secundum rabi Salomonē laminā scilicet polita, nitida atq; resplēdens: ut Genesis 3. Et flammeum gladium atq; uersatilē. Inde urens uel adustio reflexa seu radiorū collectio tanquam in speculo cōcauo atq; ustiuo: ut Psalmo 104. Et ministros suos ignem urentem pro resplendentē, uibrantē & scintillantē ceu gladius politus aduersus solem aut sicut speculū concauum reflectens radios qui urunt: unde inflāmare, incendere atq; urere, uerbū ab eo deriuatum significat. Malachię ultimo, Et inflāmabit eos dies ueniens, quod Septuaginta traduxerunt & succēdet, sicut legitur Deuteronomij 32. Et montiū fundamenta comburet. Significat etiam magica ueneficia quę fiunt per consecrationem gladij, quę nostra translatio nominat incantationes Ægyptiacas & arcana quędam. Exodi 7. Et fecerunt etiam ipsi per incātationes Ægyptiacas & arcana quædam. Onkelus chaldaice transtulit mussitationes, & dicit rabi Salomō quod eius copia non habeatur alibi in biblia.

✻ לָהַם Nutu allusit, uel obtuse locutus est. Prouerbiorum 18. Verba bilinguis quasi simplicia, pro, quasi nutu lo-

transmigratio uau in aleph & ecõuerso, sicut uidere licet superius in dictione לאט לאש. לוש Liquor aromaticus, quẽ trãslatio nostra stacten appellat, siue guttam. Genesis 37. Camelos eorum portãtes aromata & resinam & stacten: Aiũt stacten esse guttam myrrhæ, sed hanc dictionem לוש magistri Hebræorum dicunt esse radicem cuiusdam herbæ preciosę, alij glandem, quidam uero castaneam, & ita in uocabulis rerum etiam Hebręi sæpe uariant atq; dubitant: quod idẽ rabi Salomõ de se ipso fatetur Gen. 43.

* לול Cochlea, hoc est, ascensus graduum columnam amplexantium in morem cochleæ: 3. Regum 6. Et per cochleam ascendebãt in medium cœnaculi. ללאות Fenestellæ, nostra translatio habet ansulæ. Exodi 26. Quinquagenas ansulas cortina habebit in utraq; partę, & addit aleph per epenthesin.

לולי Si non, nisi. Isaiæ 1. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen. Inuenitur & per aleph in fine loco iod לולא Genesis 43. Si non intercessisset dilatio, quidam arbitrantur duas esse dictiones, lu, id est, si, & le, id est, non.

* לון Moratus est, pernoctatus est, mansit per noctem, quieuit. Genesis 32. ipse uero mansit nocte illa in castris: & Numeri 22. Manete hic nocte: & Iob 41. In collo eius morabit̃ fortitudo, & Psalmo 49. ubi nos legimus scilicet in medio eius Psalmi. Et homo cum honore esset non intellexit: rectius Hieronymus traduxit. Et homo in honore non cõmorabitur: & Psalmo 25. Anima eius in bonis demorabitur. Inde nomen לן pernoctator. Nehemiæ ultimo. Quare manetis ex aduerso muri, & in alia forma, Psalmo 91. In protectione dei cœli cõmorabitur. Inde nomen מלון mansio, pernoctatio, diuersorium, per præpositionem literæ mem. Genesis 43. Cum uenissemus ad diuersorium. לון Murmurauit. Numeri 14. Vsquequo multitudo hęc pessima murmurat contra me: & infra, A uiginti annis & supra qui murmurastis contra me &c. & Exodi 15. Et murmurauit populus contra Mosen. Inde nomen תלונה eiusdem 16. Audiui enim murmur uestrum contra dominum, & scribitur hoc ipsum uerbum sæpe per dages ad differentiam superioris.

* לוע Deglutiuit, ingurgitauit, absorpsit, ut in Abdia. Et bibent & absorbebunt, quasi בלע sic enim rabi David Kimhi exponit in commentarijs super duodecim, sic Iob 39. Lambunt sanguinem, per præpositionem ain literæ quę quandoq; etiam inuenitur in eius uerbi medio congeminari.

* לוץ Nugatus est, illusit, derisit. Prouerbiorum 9. Si autem illuseris, solus portabis: nam dictio malum ut aliqui habent non est de textu. Inde לץ derisor, nugator, illusor, ut in eodem. Qui erudit derisorem: & Psalmo 1. pro eo quod nos legimus, Et in cathedra pestilentiæ, rectius Hieronymus de hebraica ueritate traduxit. In cathedra derisorum, & geminato zade לוצץ reperitur Osee 7. Extendit manum suam cum illusoribus: & Prouerbiorum 3. Ipse deducet delusores. Secundo significat etiam mediare uerbis & ordinare sermonibus negocium aliquod ut faciunt Prosonetę. Prouerbiorũ 19. Testis iniquus deridet iudicium, pro disponit, mediat uel ordinat suo sermone iudiciũ. Inde prosoneta uel mediator

ſeu diuerſarum partium interpres,& expoſitor qui uerba hinc & inde transportat מֵלִיץ nominatur:ut Geneſis 42:eo quod per interpretẽ loqueretur ad eos ubi ſcribit rabi Salomõ quod is eo nomine uocabatur qui ſciebat & hebraicã & Ægyptiacam linguam,& talis erat tunc Manaſſes,hęc ille.Inde מְלִיצָה expoſitio,interpretatio,translatio. Prouerbiorum primo. Animaduertet parabolam & interpretationem.

* לוּשׁ Subegit maſſam farinę aqua imbibitam more piſtorũ, primo Regũ uiceſimooctauo. Tollensq; farinam miſcuit eam:& Geneſis 18. Tria ſata ſimilæ commiſce.

* לָז Ille uel iſte.Zacharię 2.Loquere ad puerum iſtum dicens. Iudicum 6. Pone ſupra petram illam, & aſſumit he aſpirationem in fine. Geneſis uiceſimoquarto.Quis eſt iſte homo qui uenit per agrum: accipit etiam paragogen tau literę in fine pro זאת

* לָזָה Peruertit.Prouerbiorum 4. Et detrahentia labia ſint procul à te, pro eo quod legendum eſſet.Et peruerſitatẽ labiorum propelle abs te.

* לְחָה & לְחִי Gena, mãdibula,maxilla.Micheæ 5. In uirga percutiẽt maxillam iudicis Iſraël.Iudicum 15. Inuentamq; maxillam, id eſt,mandibulam aſini:& Threnorum 1. Lachrymę eius in maxillis eius:& Canticorum 1. Pulchræ ſunt genę tuę.

* לָחַךְ Lambit,linxit, mordicus carpſit,roſit.Numeri 22. Ita delebit hic populus omnes qui in noſtris finibus commorãtur quomodo ſolet bos herbas uſq; ad radices carpere:ubi pręſens uerbum tranſtulit delere atq; uſq; ad radices carpere, quod uerbum è uerbo ſic ſonat: nunc abrodent turba omnes circum nos ſicut abrodit bos gramen campi:& Pſalmo 72.Inimici eius terram lingent.

* לֶחֶם Comedit. Prouerbiorum 23. Ne comedas cum homine inuido: ubi textus habet, ne comedas panem oculi nequam,ſed nomen huius uerbi ſcilicet לֶחֶם non tantum panem ſignificat uerum etiam generaliter omnem ineſcationem:ut 1. Regum 14. Quando Saul interdixerat Lehẽ,quod noſtra translatio quãuis minus bene panem interpretatur,tunc pręuaricatus eſt Ionathas qui intinxit in fauum mellis:ſic Nehemiæ 9. Panem quoq; de cœlo dediſti eis:& conſtat quod eſt man,unde patet quomodo exponendum ſit illud Pſalmi 72. Panẽ angelorum manducauit homo,id eſt, eſcam.Prouerbiorum 23. Quãdo ſederis ut comedas cum principe,& non ſolum panẽ ſed & carnes ſignificat. Sophoniæ 1. Et corpora eorum ſicut ſtercora: quod uerius Septuaginta interpretes tranſtulerunt ita, Et carnes eorum ſicut ſtercus boum. Exponunt quoq; uerſiculum Iob 20. Pluet ſuper illum bellum ſuum, hoc modo: pluet ſuper illum in carne ſua. Item ſignificat oblationẽ; ut Leuitici 21. Veſcetur tamen panibus qui offeruntur in ſanctuario, quod Hebræi & Chaldæi interpretãtur ſic. Oblationem dei ſui de ſanctis ſanctorum & de ſanctis comedet, quod Onkelus tranſtulit קָרְבָּן id eſt, oblatio, ſic generaliter omne quo ueſcimur ſignificat idem uocabulum. Leuitici 22. Aletur cibis patris ſui,& eſt genus ad omne nutrimentum, ut ſcribit Rabi Ioſeph Kimhi in Ieremiam ſuper illud eiuſdẽ undecimo capite,Mittamus lignũ

in panẽ

in panem eius. מִלְחָמָה Bellum, eo quod sit comestio & absumptio gladij ex utraque parte pugnantium. Exodi 17. Et bellum dei erat contra Amalech, & eiusdem 15. Dominus uir pugnator pro uir pugnę: id est, secundum rabi Salomonem autor pugnæ: uel ut Onkelus Chaldęus sentit. Adonai dominus seu magister uictorię prælij. Inde uerbum quod sequitur. לָחַם Pugnauit. Psalmo 35. Expugna impugnantes me, & nominaliter siue participialiter: Psalmo 56. Tota die impugnās tribulauit me, & pluraliter in eodem loco, multi bellantes ad uersum me, & assumit nun literā in principio, & idem quoque significat Iudicum 11. Pugnabant filij Ammon contra Israel quibus acriter instantibus.

✱ לָחַץ Afflixit, oppressit. Iudicum quarto. Et per uiginti annos uehementer oppresserat eos. Exodi 22. Neque affliges eum.

✱ לָחַשׁ Susurrauit. Psalmo quadragesimoprimo. Aduersum me susurrabāt omnes inimici mei, sic Hieronymus in suo Psalterio de hebraica ueritate uerbum ē uerbo. Simul aduersum me murmurabant omnes odientes me, & ex tali susurro & murmure nominati sunt incātatores מְלַחֲשִׁים Psalmo quinquagesimooctauo. Quę non audit uocem incantantium. Hieronymus interpretatur uocem murmurantium: unde Nehemiæ tertio, Sellum dictus est filius הַלּוֹחֵשׁ id est, cuiusdam sapientis philosophi incantatoris & exorcistę qui sciuit arcanas imprecationes: & orationes secretæ nominantur לַחַשׁ Isaiæ uicesimosexto. In tribulatione murmuris doctrina tua eis, id est, in tribulatione conuertunt se ad secretam orationem. לְחָשִׁים Inaures ornamētorum genus unum ex mundo muliebri quod ponitur Isaiæ tertio. Inaures & annulos: dictum à carminibus quę solent aures afficere.

✱ לְטָאָה Animal de immundis & prohibitis, quod à quibusdam dicitur stellio, ab alijs lacerta, ab alijs limaca. Leuitici 11. Stellio lacerta & talpa, rabi Salomon dicit quod sit lacerta, & in hoc concordant neoterici.

✱ לָטַשׁ Poliuit, purgauit metallum, exacuit: primo Regum tredecimo. Vt acueret unusquisque uomerem suum. Inde nostra translatio malleatorem nominauit לֹטֵשׁ Genesis quarto. Zilla quoque genuit Thubalcain qui fuit malleator.

✱ לַיִל Nox. Isaiæ decimosexto. Pone quasi noctem umbram tuam: & in fine accipit he aspirationem לַיְלָה Esther sexto. Noctem illam duxit rex insomnē: & pluraliter declinatur in fœminino genere: ut Canticorum tertio. In lectulo meo per noctes quæsiui. לִילִית Dęmonium syluestre habitans in desertis locis, & à Symmacho transfertur lamia, ab alijs furia. Isaię tricesimoquarto. Ibi cubauit lamia, super quo scripsit rabi Dauid Kimhi quod sit animal ululans in deserto & præsertim de nocte, unde ei nomen est inditum, uel est auis quæ de nocte uolat.

✱ לַיִשׁ Leo magnus. Isaiæ 30. Leæna & leo ex eis uipera, & ab alijs uertitur catulus leonum.

✱ לָכַד Cepit: 2. Regum 5. Cepit autem Dauid arcem Sion: & Habacuk 1. Et capiet eam, & Isaię 24. Tenebitur laqueo; rectius sic, capietur à laqueo.

אַלְמֻג Preposito aleph, lignum quoddã preciosum significat: quod quãdoq; reperitur אַלְמֻג quandoq; אַלְגֻּם ut 2. Paralippomenon 9. Aurum de Ophir & ligna thina.

לָמַד Exercitauit, docuit: Psalmo 119. Doce me iustificationes tuas: & Deuteronomij 11. Docete filios uestros. Ecclesiastis 12. Docuit populum. Deuteronomij 4. Scitis quod docuerim uos: & in eodem: quę ego doceo te. Inde מְלַמֵּד doctus passiuum, quod nostra translatio uertit discipulus: Isaię 8. Signa legem in discipulis meis quę & תַּלְמִיד uocatur. 1. Paralippomenon 25. Tam maior quã minor doctus pariter & indoctus, sed uerius sic, Præceptor & discipulus. Inde תַּלְמוּד doctrina.

Hoc uerbum in prima coniugatione, scilicet kal est neutrũ, ut לָמַד didicit.

מַלְמַד Virga longa bubulci quæ in summitate eius gerit aculeum infixũ, quo pungũtur boues ut recta incedant: fortassis à superiori uerbo deriuatũ, qđ ponitur Iudicum 3. sed translatio nostra uertit uomerem, qui percussit de Philistim sescentos uiros uomere, ubi legi deberet. Stimulo bouis, teste Nicolao de Lyra.

לָעַב Subsannauit, irrisit. 2. Paralippomenon 36. At illi subsannabant nuncios dei.

לָעַג Subsannauit, derisit. Isaię 37. Despexit & subsannauit te uirgo filia Sion: & Psalmo 2. Et dominus subsannabit eos. Inde nomen לַעַג Psalmo 44. Sub sannationem & derisum ijs qui sunt in circuitu nostro. Inde uenit נִלְעַג balbutire & blesum esse, Isaiæ 32, & lingua balborum uelociter loquetur: cata metathesin ut infra in litera ain ante lamed. Et Isaię 28. secũdum Septuaginta interpretes propter irrisionem labiorum, quod nostra trãslatio legit sic: In loquela enim labij, quasi diceret, In balbutiente labio & subsannante: ut 2. Paralip. 30. Illis irridentibus & subsannantibus.

לָעַז Barbarus, & dicitur secundum Iudęos sic omnis qui nõ lingua sancta, id est, lingua hebraica loquitur: Psalmo 114. De populo barbaro, super quo scribit rabi Salomon quod facilis est commutatio de lamed in nun & econuerso: dicitur autem homo grossus, robustus, & imprudens נוֹעֵז supra in iod litera patuit.

לָעַט Fudit. Genesis 25. Da mihi de coctione hac rusa quia õpido lassus sum, quod rabi Salomon exponit ita scilicet, Et dixit Esau ad Iacob aperiam os meum & tu funde obsecro hunc cibum in illud, rabi Dauid Kimhi interpretať. Fac me comedere obsecro. Nostra translatio sensum ẽ sensu uertit.

לַעַן Apposito he aspiratione psi le in fine לַעֲנָה significat absinthium. Ieremiæ 9. Ecce ego cibabo populũ istũ absinthio, & Threnorum tertio. Inebriauit me absinthio: item in eodem, Absinthij & fellis.

לַפִּיד Lampas: Isaiæ 62. Vt lampas accẽdatur: alij dicunt esse tedam aut titionem accensum aut quãlibet eiusmodi inustionem, sicut Onkelus chaldaice traduxit Exodi 20. Cunctus autem populus uidebat uoces & lampades.

לָפַת Cõplexus uel amplexatus est, comprehendit. Iudicum 16. Et apprehendens ambas columnas, Rabi Dauid Kimhi

Kimhi hoc uerbum exponit in commentarijs super quatuor pro inclinauit deflexit & euertit, & in passiuo ponitur Ruth tertio. Expauit homo & conturbatus est, pro quo legunt Hebræi: Expauit & inclinatus est: alij legunt & amplexatus est passiue.

* מַלְצַר * Preposito mem litera significat prępositum domus, magistrum curiæ, cellarium quem prisci latinorum nominabant promum & condum. Danielis 1. Et dixit Daniel ad Malassar.

* לָקַק Lambit, linxit: tertio Regũ uicesimoprimo. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth lambent quoq; sanguinem tuum.

* לָקַח Sumpsit, accepit, tulit. Genesis uicesimo. Propter mulierem quam tulisti? & eiusdem uicesimoseptimo. Primogenita mea ante tulit & nunc secundo surripuit benedictionem meam. Inuenitur etiam per defectũ primæ literæ. Genesis uicesimosecundo. Tolle filium tuum, & eiusdem decimoquinto. Sume inquit mihi uaccam triennẽ: alias est uerbum perfectum trium literarum. ut Genesis quinto. Quia tulit eum deus: licet in coniugando per æthan perdat lamed principale, pro quo ipsum kuf assumit punctum dages, ut in arte grammatica pręcipit. Inde nomina & participia Genesis 2. Quoniam de uiro sumpta est.

Huius uerbi usus est in pręterito & utroq; participio more perfectorum: in reliquis autem tribus modis coniugatur defectiue à radice נקח

מֶלְקָחַיִם Forceps. Isaiæ 6. Quem forcipe tulerat de altari, & scribitur pluraliter quia ex duobus constat: accipitur & pro emunctorijs lucernarum. Exodi uicesimoquinto. Emunctoria quoq;.

מַלְקוֹחַ Præda pręsertim in pecudibus & iumentis. Numeri tricesimoprimo. Prędam & uniuersa quæ ceperant ex hominibus quam iumentis. Tria enim illic ponuntur uocabula prædam significantia, primum captiuitatem hominum, secundum abactionem iumentorum, tertium prædam utensilium.

מַלְקָח Faux. Psalmo duodecimo. Lingua mea adhæsit faucibus meis.

מִקָּח Merx, uenundatio, uenale. Nehemiæ decimo. Qui important uenalia & omnia ad usum. מִקַּח Cupido, auaricia: secũdo Paralippomenon decimonono: Ne cupido munerum.

לֶקַח doctrina, pręceptum, lex Isaię uicesimonono. Et mussitatores discent legem, pro quo Septuaginta interpretati sunt obedientiam, & Ionathas Chaldęus pręceptũ seu doctrinam, sic Deut. 32. Concrescat ut pluuia doctrina mea.

* לָקַט Collegit. Exodi 16. In die autem sexta collegerunt cibos duplices, & plures eius uerbi figuras in eodem capitulo inuenies. יַלְקוּט Pera pastoralis, uel saccus quo res colligũtur: 1. Regum 17. Et misit eos in peram pastoralẽ.

* לֶקֶשׁ Pluuia secunda uel imber serotinus, ut Amos 7. In principio germinantium serotini imbris: & ecce serotinus post tonsionem regis, & accipit in principio mem literam מַלְקוֹשׁ Deuteronomij 11. Dabit pluuiã terrę uestræ: temporaneam & serotinam.

* לָשָׁד Subactum & quasi panificatũ si licet ita loqui. Numeri undecimo. Saporis quasi panis oleati: sed magistri Hebræorum exponunt idem uocabulũ pro humido atq; recenti.

לשבה

* לִשְׁכָּה Taberna, cœnaculum, triclinium: 1. Regum 9. Introduxit eos in triclinium, & Nehemiæ 10. Ad gazophylacium domus dei nostri.

* לֶשֶׁם Lapis preciosus, qui ponitur in tertio uersu rationalis iudicij. eum nostra translatio ligurium appellat. Exodi 28. In tertio ligurius achates & amethystus: alij scribunt esse topazion, Chaldęi eum lapidem cancere uocant, quem alij lydium nominant.

* לָשׁוֹן Lingua. Psalmo 12. Et linguam magniloquam: significat etiam loquelam. Genesis 10. Vnusquisq; secundum linguam suam. Significat etiam radium seu baculum geometræ uel lineā agrimensorum, uel etiam lapidem terminalem qui limitaris dicitur, quod sit ad similitudinem linguę. Iosuę 15. A lingua eius quę respicit meridiem. Item à lingua maris, & apud magistros Hebræorum significat expositionem, sicut apud græcos glossemata, & apud nos glossæ generis fœminini pluraliter Zacharię 8. Ex omnibus linguis gentium. לֶתֶה inde מֶלְתָּחָה Præposito mem & addito he in fine significat uestem seu uestimentum: 4. Regum 10. Dixitq; ijs qui præerant super uestes. Scribit autem rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus qđ scrinium & uestiariū quo uestes recondūtur significet, quod mihi plus placet.

* לֶתֶךְ Dimidia mensura: ut Oseæ 3. Et dimidio coro ordei. לֶתַע Prępositio mem & aspiratione in fine addita מַלְתָּעָה significat maxillam seu molam dentium, ut Psalmo 58. Molas leonum confringet dominus.

אתה אל חנון

מְאֹד Nimis, ualde, Genesis 1. Et erant ualde bona: & Psalmo 119. Non me derelinquas usquequaq;, rectius Hieronymus sic. Ne derelinquas me usq; nimis, & Genesis 15. Merces tua multa nimis: & Iosuę 1. Esto robustus ualde, hoc est, ualide: unde pro ualiditate, fortitudine & robore atq; potestate, facultate, substantia accipitur. Deuteronomij 6. Et ex tota fortitudine tua, qđ exponunt magistri Hebræorum, Multū & cum omnibus uiribus.

* מֵאָה Centum: 2. Paralippomenon 36. Et condemnauit terram centum talentis argenti. Inde mutatione he finalis in thau significatur aduerbium numeri מְאַת centies. Ecclesiastis 8. Peccator ex eo quod cēties facit malum: glossa hebraica, id est, centum diebus uel centum annis.

* מְאוּם & מְאוּמָה Ne quicquam, uel parum, & uix aliquid, uel quantulūcumq;. Numeri 22. Nunquid loqui potero aliquid nisi quod deus posuerit in ore meo. Deuteronomij 13. Et non adhęrebit de illo anathemate quicquā in manu tua. Accipit enim sæpe he aspirationem in fine, sed & sine illa inuenitur, ut Iob 31. Et si in manibus meis adhęsit macula, quod aliqui putant interpretādum esse quantulumcumq;, sed illud monosyllabum est, hoc autem dissyllabum, ut infra patebit.

* מֵאֵן Renuit, noluit. Numeri 22. Noluit Balaam uenire nobiscum. Inde nomen מָאֵן nolens. Exodi 10. Sin autē resistis & non uis dimittere eum, quæ quidem periphrasis hebraice sic legitur;

Quoni

Quoniam si nolens tu dimittere populũ meum,& subintelligitur uerbũ substantiuum crebro more Hebręorum.

* מָאַס Reprobauit,spreuit,despexit,odiuit,reiecit,abhorruit: Psalmo 53. Quoniam deus spreuit eos, & Isaiæ 30. pro eo quod reprobastis uerbum, & Oseę 4. Quia tu scientiam repulisti repellã te,id est,spreuisti.

* מָאַר Pupugit uel punxit. Leuitici 13. Infecta lepra reputabitur, pro quo Hebręi legunt: pungens lepra est, teste rabi Salomone: uel secundum Nicolaũ de Lyra corrosiua. Capitur etiam pro defectuoso & execrabili.

* מֶגֶד Delicatum,dulce, secundũ rabi Salomonem Deuteronomij 33. In benedictione Ioseph ubi hęc dictio sæpe ponitur & pro pomis ac frugibus secundum nostrã translationem uulgarẽ interpretatur: sic enim legimus de pomis cœli. Item de pomis fructuum solis,& de pomis collium ęternorũ, & de frugibus terrę, pro quo ubiq; legunt Hebræi, de dulcedine seu de delicatis siue delicijs. Et Canticorũ 4. Cum pomorũ fructibus: quod rectius Hebręi sic, Cum fructibus dulcibus ac delicatis: qđ Chaldęi magdenin appellant. Vnde seruat eandẽ literam nun in fœminino plurali: ut Genesis 24. Fratribus quoq; eius & matri dona obtulit: pro quo Hebręi sic, Delicata obtulit, id est, fructus de terra Israël dulces: sic enim rabi Salomon fœmininum per masculinum exponit.

* מַגָּל Falx. Ioëlis ultimo. Mittite falcẽ quoniam maturauit messis: & Ieremię 50. Et tenentẽ falcẽ in tẽpore messis.

* מִגֵּן Clausit, protexit. Genesis 14. Quo protegente hostes in manibus tuis sunt: Hebręi sic, Qui clausit hostes tuos in manibus tuis. Alij sic: qui ligauit aut corripuit: cui uidetur translatio chaldaica cõsentire. Inde מָגֵן protectio uel scutũ, ut eiusdẽ 15. Ego protector tuus: & Deuteronomij 33. Scutum auxilij tui: & Prouerbiorum 4. Corona inclyta proteget te: & Oseæ 11. Protegam te Israël.

* מָגַר Detraxit, deiecit, collisit, Psalmo octogesimonono. Et sedem eius in terra collisisti, quod Hieronymus de hebraica ueritate sic uertit. Et thronũ eius in terra detraxisti.

* מַד Vestis seu tunica linea quam nos camisiam dicimus. Leuitici 6. Vestietur tunica sacerdos: & Psalmo 109. Et induit maledictionem sicut uestimentũ, & pluraliter declinatur tam masculine quam fœminine.

* מָדַד Mensus est. Isaię 40. Quis mẽsus est pugillo aquas? & Numeri 35. Quæ à muris ciuitatum forinsecus: ubi concisus est uerborũ textus: sic enim hebraica litera sonat, Et mensurabitis extra ciuitatẽ angulum orientalem duo milia cubitorum: & Oseę 1. Sicut arena maris quę sine mẽsura est, pro quo Hebræi sic. Quæ non mensurabitur. מִדָּה Modus & mensura. Zachariæ secundo. Et ecce funiculus mẽsurę, quod Septuaginta uerterunt geometrę. Inde dicitur de hominibus procerę staturę, Numeri 13. Populus quem aspeximus proceræ staturæ est: pro quo ueritas habet, Et omnis populus quem uidimus in ea, homines mensurarum sunt supple magnarum: sic de rebus inanimatis: ut Ieremiæ 22. ædificabo mihi domum latam, pro quo ueritas habet: ædificabo mihi domum mensurarum, supple magnarum, Transferunt

ferunt etiam spacium, ut cernere liceat omnem dimensionem hoc uocabulo nominari. Iosuę 3. Spacium cubitorum duum milium.

* מָדִין Inde מְדִינָה Prouincia, urbs, semita recta, contentio. Esther 1. Super centum uigintiseptem prouincias, & Iudicum 5. ubi nos legimus, & sedetis supra in iudicio, Hebræi exponunt. Et sedetis supra locum sic nominatū. Aiunt enim proprium esse nomen loci uel semitæ aut uiæ, simile in Iosue libro legitur: reliqua uide in daleth litera.

* מַדּוּעַ Cur, an, quare, quid. Genesis 26. Quid uenistis ad me hominem quem odistis: & Isaiæ 5. an quod expectaui ut faceret uuas. Numeri 16. Cur eleuamini super populum domini: multi putant dictionem esse compositam.

* מַה Quid. Esther 5. Quid petis ut detur tibi & pro qua re postulas. Exodi 3. Quod est nomen eius quid dicam: & significat quādo, ut Psalmo 79. Vsq; quo domine irasceris in finem: & cum lamed in principio significat propter, ut Exodi 5. ubi nos habemus, quare misisti me, legunt Hebræi, propter quid misisti me. Et accipit etiam schin in principio, ut Cāticorum 1. Ne uagari incipiam post greges sodalium, loco propter quid. Significat etiam quam uel quantum: ut Psalmo 31. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ: & Psalmo 133. Ecce quam bonum & quam iocundum: de hoc uide quod latius scripsit doctissimus magister Paulus episcopus Burgensis in additione 2. capite 38. Isaiæ prophetę, & præponitur ei caph, & tunc significat quantitatem, ut Genesis 47. Quod sunt dies annorum uitę tuę, Significat etiā quotiens, Iob 21. Quotiēs lucerna impiorū extinguetur.

* מִהְמַהּ Neglexit, posthabuit, tardauit, distulit. Psalmo 119. Paratus sum & non sum turbatus, quod rectius in suo Psalterio Hieronymus. Festinaui & non neglexi, & Isaiæ 29. Obstupescite & admiramini scilicet pro tarditate stuporem traduxit: & Genesis 43. Si nō intercessisset dilatio: rectius sic, nisi tardauissemus.

* מָהַל Permiscuit. Isaiæ 1. Vinum tuum mixtum est aqua.

* מָהַר Festinauit, accelerauit. Genesis 18. Qui festinauit & coxit illum: & Psalmo 16. Postea accelerauerunt: eius passiuum Habacuk 1. Gentem amaram & uelocem, & Isaiæ 8. Velociter spolia, cito prædare: & Psalmo 45. Calamus scribæ uelociter scribentis: quę nominaliter proferuntur. Sed aduerbia fiunt per paragogen he finalis מְהֵרָה ut Isaiæ 5. Et ecce festinus uelociter ueniet. מֹהַר Dos & donatio, paraferna. Genesis 34. Augete dotem & munera postulate: & Exodi 22. Do tabit eam, item: Iuxta modum dotis quam uirgines accipere consueuerunt. נִמְהָר Stultus, quasi qui omnia pręcipitat. Isaię 32. Et cor stultorū intelliget scientiam.

* מוּג Defluxit, tabuit, liquuit, cōmotum est: Amos ultimo. Qui tangit terram & tabescit, sic paulo inferius pro eo quod nos habemus. Et omnes colles culti erunt, Hebręi interpretantur liquescent seu defluent, scilicet abundantia lactis: sicut Ioël loquitur capite tertio. Colles fluent lacte.

* מוֹחַ Medulla. Iob 21. Et medullis ossa illius irrigātur, & Psalmo 66. Holocausta medullata offeram tibi.

מוט Commotus est, lapsus, nutans, cadens. Prouerbiorum 25. Iustus cadens coram impio: & Leuitici 25. ubi legimus. Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu: Hebræi habent sic, Et cum depauperatus fuerit frater tuus & ceciderit nutauerit seu deflexa fuerit manus eius tecum: & Deuteronomij 32. Vt labatur pes eorum: & Psalmo 94. Si dicebam motus est pes meus, & Psalmo 66. Et non dedit in cōmotionem pedes meos: & Psalmo 140. Cadent super eos carbones. מוט Palus, pertica, uectis, hasta, uel baculus quo res suspensæ uehuntur baiulantur aut loco mouentur. Numeri 13. Quem portauerunt in uecte duo uiri: & Numeri 4. Et inducent uectes. מוטה Iugum iumentorum, translatio nostra habet cathenam. Ieremię 28. Et tulit Ananias propheta cathenam de collo Ieremiæ prophetæ & confregit illud: quod relatiuum Hebræorū magistri ut congrua sit locutio ad iugum referunt, nam & motah apud eos est generis fœminini, & secundum idoneos eorum autores significat phalangam, lignum longum quod transfigit iugum quo boues subduntur, quod quia est aliquando bifurcatum, ideo à Septuaginta interpretatur furca in loco Ieremiæ ubi supra.

מוך Depauperatus, oppressus & attenuatus est: Leuitici 25. Si attenuatus fuerit frater tuus: item, si paupertate compulsus, cæterum præceptor meus dixit hoc nomine bombicem significari.

מול Cōcidit, circumcidit. Deuteronomij 30. Circumcidet dominus deus tuus cor tuum: & Deuteronomij 10. Circumcidite igitur præputium cordis uestri. Inde secundum grāmaticam deriuata & inflexa sicut est uerbū graue quod per iod loco uau scribitur: ut Psalmo 118. ubi nos legimus. Et in nomine domini quia ultus sum in eos, Hebręi habēt, quia excidam abscindam cōcidam eos, & per paragogen duplicatur lamed מולל ut Psalmo 90. Vespere decidat & arescat, pro excidetur. Hieronymus uertit conteretur, sic in alia forma. Hinc מילה circumcisio. מול Contra, exaduersum, ante, pro: Exodi 18. pro eo quod nostra translatio habet: Esto tu populo in his quæ ad deum pertinēt, hebraica ueritas legit: Esto tu populo ante deum uel coram seu exaduersum: & Deuteron. 1. Contra mare rubrum. Significat etiam quandoque situm loci: ut 2. Regum 5. Et uenies ad eos exaduerso pirorū: & Numeri 8. Contra eam partem quam candelabrum respicit. Scribit etiam aliquando מואל per aleph post uau in eadem significatiōe loci quasi è regione, ut Nehemię 12. Et chorus secundus gratias referentiū ibat ex aduerso, id est, eregione.

מום Sordes, macula: Leuitici 21. Qui habuerit maculā de semine Aaron, & Deuteronomij 32. Et non filij eius in sordibus. Inuenitur secundum aliquos Hebræorum grāmaticos quandoque cata paremptosin per insertionem aleph literę nihilominus monosyllabū, ut מאום Iob 31. Si in manibus meis adhęsit macula, quod aliqui transferunt quantulumcunque uel ne minimum quidem, ut superius inuenitur.

מין Præposito thau & accepta terminatione fœminina תמונה significat similitudinem, imaginem, effigiem rerum tam corporalium quam incorpo-

 ralium

ralium. Exodi 20. Neq; omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper & quę in terra deorsum.

✱ מוץ Palea seu illud minimū quod est in spicis, ut sunt quisquilię, unde à nostris sępe puluis transfertur: ut Oseæ 13. Sicut puluis turbine raptus: & Psalmo 1. Sicut puluis quem proijcit uentus: & Sophoniæ 2. Quasi puluerem transeuntem diem: translatio etiam nostra fauillā uertit: Iob 21. Et sicut fauilla quam turbo dispergit.

✱ מור Myrrha. Canticorū 1. Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi.

✱ מוש Desijt, recessit, fecit recedere, id est, mouit, abstulit. Zacharię 3. Et auferam iniquitatē terræ illius: pro quo Septuaginta cōtrectabo transtulerūt: & Numeri 14. Non recesserunt de castris, & Exodi 13. Nunquam defuit columna: est autē quandoq; actiuū quandoq; neutrum sane illud quod habetur Psal. 115. Manus habent & non palpabūt, à sequēti quodam primitiuo deducitur.

✱ מות & מֵת Mortuus est catasyncopen: 1. Regum 17. Videntes autē Philistim quod mortuus esset: & Genesis 25. Mortuus est in senectute bona: & Ezechielis 28. Et morieris in interitu occisorū, qđ Septuaginta sic. Et morieris morte uulneratorū: ubi præponit mem catathesin, & id quod sequitur uerterunt Septuaginta melius quā nos. Mortibus in circumcisorū morieris, & ponit hoc in uerbis Isaię 6. In anno quo mortuus est rex Ozias: & Genesis 47. Cur ergo morimur. Inde transitiuum graue, secundo Regum primo. Ego interfeci Christū domini: & Ieremiæ uicesimo. Quia non me interfecit à uulua, id est, mortificauit. Verba ista grauia sunt מוֹתֵת in piel & הֵמִית in hiphil, hinc nomen מָוֶת & in regimine מות mors.

✱ מָזַג Miscuit, pincernauit, in pocula fudit. Canticorum 7. Nunquam indigens poculis.

✱ מָזֶה Adustio famis, secundum alios phrenesis, secundum alios tuberculus uel apostema. Deuteronomij tricesimosecundo. Consumentur fame & deuorabunt eos aues. In Deuter. habetur מְזֵי & in Dan. מְזֵא

✱ מָזַח Obfirmatio, obligatio, zona, cingulum. Isaię uicesimotertio. Non est cingulum ultra tibi: & Psalmo centesimo nono. Et zona qua semper præcingitur.

✱ מַמְזֵר Prępositio mem ut mamser secundum rabi Iona: & significat spurium. Deuteronomij 23. Non ingredieť mamser, hoc est, de scorto natus ecclesiam: quod aliqui latini errantes per n, pronunciant, quidam autem deriuāt ipsum à zar, de quo supra, dicentes duo m, per prothesin addita.

✱ מַזָּרָה Lucifer uel sydus aliud, sic dictum Iob tricesimooctauo. Nunquid producis luciferum in tempore suo, & dicitur quasi מַזָּלָה commutato lamed in res.

✱ מָחָה Abstulit, deleuit: Numeri quinto. Et delebit ea aquis amarissimis: & Psalmo 51. Et omnes iniquitates meas dele: & Exodi 17. Delens delebo memoriam Amalek sub cœlo, & in passiuo, ut Psalmo 69. Deleantur de libro uiuentium: & Isaiæ uicesimoquinto. Et auferet dominus deus lachrymam, & Isaiæ 44. Deleui ut nubem iniquitates tuas.

מָתַח Vergebat, peruenit, porrectũ est. Numeri 34. Inde peruenient contra orientem ad mare Cenereth. מָחָא Plausit, percussit, & ponitur aleph loco he, ut Isaię 55. Omnia ligna regiõis plaudẽt manu: & Ezechielis 25. Pro eo quod plausisti manu. מְחִי Aries, onager, balista, tormentũ quo muri percutiũtur, mole iacta saxorũ, quod uocabulũ rabi Iudas & rabi Ionas à superiori uerbo deducunt. Ezechielis 26. Et arietes temperabit in muros tuos.

* מָחַץ Perfodit, uulnerauit, cõfregit. Psalmo 110. Confregit in die iræ suæ reges, quod Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate interpretaẽ percussit, sic Deuteron. 32. Percutiã & sanabo: aliter Psalmo 68. Veruntamen deus cõfringet capita inimicorũ suorũ, sed illud quod in eodẽ Psalmo sequitur ut intinguaẽ pes tuus in sanguine non est de hoc significato: quia per metathesin ponitur à חָמַץ de quo supra.

* מָחַק Abscidit, abstulit, dempsit, amouit, deposuit. Iudicum 5. Quærens in capite uulneri locum: quod hebraica ueritas sic legit, Amouit uel dempsit caput eius & perfodit, scilicet hysteron proteron.

* מָחָר Cras: ut Exodi 9. Cras faciet dominus uerbum istud, & accipit articulum loco præpositionis: ut Iudicum septimo. Sanctificamini in crastinum. Significat etiam tempus longe futurum, ut Exodi tredecimo. Cumq; interrogauerit filius tuus cras, id est, olim. Recipit in fine thau מָחֳרָת ut Numeri 33. Altera die phase, id est, de crastino pascę.

· מְחִיר Commutatio quod alij precium traduxere, Deuteronomij 23. Nec precium canis in domo domini: & quarto Regum uicesimoprimo. Argenti precium quantum digna est.

* מָטַט Nutauit, lapsus est, motus est: Psalmo 17. Vt non moueantur uestigia mea: Hieronymus sic, ne labãtur, & in aliquibus codicibus inuenitur per dages scriptũ quod notat ab hoc uerbo per apocopen esse dictum, in quibusdã autẽ reperiẽ sine dages puncto, & tunc uolũt à מוט deduci: de quo supra scripsimus,

* מִטָּה Lectus. Genesis 48. Sedit in lectulo, & Canticorum 3. En lectulum Salomonis, & pluraliter Esther 1. Lectuli quoq; aurei & argentei. מַטֶּה Baculus, uirga, tribus, familia. Exodi 4. Virgã quoq; hanc sume in manu tua in qua facturus es signa: & pluraliter eiusdem 7. Sed deuorauit uirga Aaron uirgas eorum, & Numeri tricesimosexto per totum: de tribu in tribum, & ut hæreditas permaneat in familijs: & Isaiæ 10. Et baculus ipse est.

* מְטִיל Baculus, nostra translatio uertit fistulam. Iob 40. Ossa eius uelut fistulæ æris, quod Hebræi legunt uelut baculus ferreus.

* מָטָר Pluuia. Deũteronomij 32. Cõcrescat ut pluuia doctrina mea: & iũgit secum aliud uocabulũ eiusdem significationis Zacharię 10. Dominus faciet niuem & pluuiã imbris, & pluraliter declinatur in fœminino מִטְרוֹת ut Iob 37. Et hyemis pluuijs & imbri fortitudinis. Inde uerbũ actiuum הִמְטִיר & passiuũ נִמְטַר Amos 4. Et pluui super unam ciuitatẽ & super alteram ciuitatẽ nõ pluui, pars una compluta est.

* מִי Quis uel quid. Deuteron. 20. Quis est homo, & quęrit substantiã quan

doq; propriam quandoq; appellatiuã ſolius hominis: unde Manoah quęrens nomen proprium ſubſtantię angeli ſecum loquentis dixit Iudicum 13. Quis eſt nomen tuum: ſic enim hebraice legitur, qđ nos grãmatice uertimus, quod eſt nomẽ tuum: & 1. Regum 25. Quis eſt Dauid & quis eſt filius Iſai: de quo rabi Moſes Gerundẽſis Geneſis 21. Quis dixit ad Abraham, pro quo nos legimus: Quis auditurus crederet Abraham, & in cõmuni locutione cum ſequitur relatiuum ſignificatis, ea, uel id, ſicut cum dicit rabi Moſes Ægyptius in prohemio libri qui inſcribitur, dux neutrorum uel mõſtrator oberrantium uidelicet, ego autem adiuro in eo qui eſt benedictus omnem eum qui legerit, id eſt, כל מִי שיקרא Quandoq; non ſequitur relatiuum, & tunc ſignificat aliquem: ut Iob 5. Et ad aliquem ſanctorum conuertere.

* מֵי Aquę: ut Ioſue 4. Defecerũt aquæ Iordanis, ubi etiam eam dictionẽ geminatã inuenies, ſic & מַיִם & מֵימֵי

* מִין Species, forma, genus, conditio. Geneſis 1. Faciens fructum iuxta genus ſuum: & Pſalmo ultimo, ubi nos legimus, Laudate eum in chordis: Hebræi habent: laudate eum in multiplici conditione ſeu multipharíam.

* מִיץ Expreſſor, emunctor, prouocator, emulſor. Prouerbiorum triceſimo. Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac exprimit butyrum: & qui uehementer emungit elicit ſanguinem: & qui prouocat iras producit diſcordias, ubi ter ponitur miz. Pręceptor meus Iacobus Ioans expoſuit ſuccum expreſſum, quaſi diceret, Quia ſuccus expreſſus lactis producit butyrum & ſuccus expreſſus naris producit ſanguinem, & ſuccus expreſſus irarum producit rixam: unde מָצַץ ſuxit, & מְצִיצָה humor emulſus ſeu expreſſus.

* מִיק Interijt, diſſolutum eſt, euanuit, Pſalmo ſeptuageſimotertio. Cogitauerunt & locuti ſunt nequiciam. Hieronymus irriſerunt, ſed Hebræi, euaneſcent ſeu diſſoluentur & loquẽtur in malum, ſic Pſalmo 38. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, Hebręi ſic. Putruerunt euanuerunt.

* מִיר Mutauit. Ieremiæ ſecundo. Si mutauit gens deos ſuos &c. populus uero meus mutauit gloriam ſuam in idolum: & Leuitici uiceſimoſeptimo. Sanctum erit & mutari non poteſt, & nomẽ תְמוּרָה id eſt, permutatio, ut eodẽ quo ſupra loco.

* מָכַךְ Depauperauit, depreſſit, humiliauit: Pſalmo centeſimo ſexto. Et humilati ſunt in iniquitatibus ſuis. Inde nomẽ מָךְ ut Leuitici uiceſimoſeptimo. Si pauper fuerit: & Eccleſiaſtis decimo. In pigricijs humiliabitur contignatio, & Leuitici uiceſimoquinto. Si attenuatus fuerit frater tuus. Item percuſſio ſiue plaga quodã נכה oriri uidetur. Iſaię 1. Vulnus & liuor & plaga tumens, ut infra patebit in nun litera.

* מָכַר Emit: ut Leuitici 25. Quod reliquũ eſt reddet emptori. Inde מֶכֶר & מִמְכָּר preciũ, & eius uocabuli diuerſas formas inuenies in allegato cap. paſſiuũ eius ponit̃ Iſaiæ 50. Ecce enim in iniqtatibus ueſtris uenditi eſtis. Inde emptor & uenalia. Nehem. 13. Et mãſerunt negociatores & uẽdentes uniuerſa uenalia foris.

* מְכֵרָה Habitatio, ut Geneſis 49. Symeon & Leui fratres uaſa iniquitatis bellan-

bellantia: quod Onkelus chaldaice sic, Symeon & Leui fratres uiri fortes in terra habitationis eorum operantur fortitudinem.

מלל * Loquutus est, dixit: quo saepe thargum chaldaicum utitur: & hebraice Genesis 21. Quis auditurus crederet Abraham: ubi nostra translatio sensum non uerba traduxit, nam hebraice sic: Quis dixit Abraham, id est, secundum rabi Salomonē: Quis est ille quantus & quam magnus qui & spem affert & complet speratum, de quo rabi Moses Gerūdensis scribit quod haec dictio מי secūdum subiectam sententiam significet laudem uel uituperiū, hic autem laudem, alibi uero ignominiam, ut quis est Abimelech: & 1. Regum 25. Quis est Dauid & quis est filius Iesse. Chaldaica autem translatio quam in praedicto Genesi uersiculo aliquātulum haec nostra imitatur exponit tali modo: Quis faceret credere qui diceret ad Abraham confirmabitur quod lactabit filios Sara, quasi diceret secundum Gerundensem: Omnis qui audiet irridebit me quia non est aliquis homo cui haberetur tanta fides etiam corā Abraham si adnunciaret sibi hoc miraculum. Similiter Psalmo 106. Quis loquetur potentias domini. Inde nomen מִלָּה id est, dictio, sermo, uocabulum. Psalmo 139. Et no est sermo in lingua mea. Pluraliter declinatur etiam terminatione masculina quandoq; per n, ut Iob 18. Vsq; ad quem finem uerba iactabis: quandoq; per m, ut eiusdem 16. Consolarer & ego uos sermonibus. Grammatici Hebraeorum ponunt hanc esse unam partium orationis, quam nos partem indeclinabilem uel consignificatiuam dicimus, ut apparet in arte nostra grammatica.

מלילה Spicae tenerę, uel earum spicarum manipulus. Deuteronomij 23. Franges spicas & manu conteres.

מלא * Plenum fecit, repleuit, impleuit. Exodi 40. Et gloria domini impleuit tabernaculum: & inuenitur quandoque absq; aleph, sed etiam inuenio quandoq; uau loco aleph. Ezechielis 41. Ad mensuram calami sex cubitorum spacio: pro quo rectius plenum uel impletum calami, ubi quidā hebraici codices tam impressi quam scripti tenent aleph: sed illa magna & castigatissima uolumina tenent uau cum holem loco aleph.

מלוא Mello nomen proprium loci uacui in ciuitate Ierosolymitana, prope murum qui nondum erat exaedificatus, quem ędificijs repleuit Salomon 3. Regum 9. Tunc ędificauit Mello, & à superiori uerbo uidetur trahere originē.

מלח * Saliuit, uel sale condiuit. Leuitici 2. Quicqd obtuleris ꝑ sacrificio sale condias. Inde מֶלַח sal ut eodem loco.

מלח Deuastauit, detriuit, corrupit, passiue legitur Isaiae 51. quia coeli sicut fumus liquescent: & Psalmo 107. Terram fructiferam in salsuginem: pro quo Hebrei legunt, terram fructiferam ad deuastationem. מלוח Herba quędam. Iob 30. Et mandebant herbas: Hebraei sic, Et uellebant seu uellicabant sponte nascētes herbas atq; contemptibiles. Dauid Kimhi scribit urticam eo nomine uocari. ממלח Minutim sparsum, discussum, in morem pigmentariorū multos ac uarios pulueres tritos commiscentium, quod legitur Exodi 30. Mixtum diligenter: thargum chaldaicum Onkeli exponit confusum, rabi Salomon ait mi-

nutim intritũ pulchre pulchre illud cũ illo. מַלָּח Gubernator remorũ, nauta remex. Ezechielis 27. Omnes naues maris & nautę earum, Septuaginta uerterunt remiges, à ſuperiori uocabulo ſecundũ rabi Salomonẽ dictũ, eo quod cõmiſcent remis aquas atq; cõtundunt, ſic Ionę 1. & timuerunt nautę,

* מָלַט Seruauit, liberauit, ſaluauit. Geneſis decimonono. Salua animam tuam: item, nec poſſum in mõte ſaluari. Item & infra, Parua & ſaluabor in ea. Item feſtina & ſaluare ibi. Significat etiam euaſit. Iob 1. Et euaſi ego ſolus.

[illegible]. In kal eſt neutrum & ſignificat euadere, in piel uero fit tranſitiuum & ſignificat ſaluare.

* מָלַךְ Regnauit, quarto Regum octauo. Et octo annis regnauit in Ieruſalem: & Ieremię triceſimotertio. Et regnabit rex, uide ibi nomen מֶלֶךְ & uerbum. Inde מַלְכוּת & מַמְלָכָה regnũ & alia eiuſmodi: 1. Regum 24. Et nũc ſcio quod certiſſime regnaturus ſis & habiturus in manu tua regnũ Iſraël, nomen cata protheſin mem literę, & uerbum per epentheſin uau. Reperit̃ & quandoq; ſcriptũ per aleph in medio, quare caueas ne tũc credas angelũ ſignificari, qui per aleph ſcribit̃: 2. Regum 11. Quo tẽpore ſolent reges ad bella procedere, eſt enim quoddam ſingulare in biblia ſicut illic inſinuat adnotatio hebraica. מָלַךְ Conſtituit, cõſuluit, cogitauit. Nehemiæ 5. Cogitauitq; cor meum. מֹלֶךְ Dæmon moloch, idolũ, dominus figurę cœli qui plures habet dignitates apud aſtrologos. Hieronymus putat eſſe luciferum in commentarijs Amos capite 5. Et portaſtis tabernaculum moloch ueſtro, Sed rabi Moſes Gerundenſis: Leuitici 20. Si qs dederit de ſemine ſuo idolo moloch, dicit quod non ſit proprium nomen idoli, ſed generaliter omne id cui pręter deum creatorem ſacrificatur perperam & prophane, quod ſacrificium gręce idololatria dicitur: & de hoc longa doctrina utitur in præfato loco: alij dicunt eſſe aſtrum, alij figuram natiuitatis uel electionis quam ſyderationem magi uocant.

* מָלַץ Dulcorauit. Pſalmo 119. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, & Hieronymus, quam dulce gutturi meo eloquium tuum: Hebræi ſic ſecundum rabi Salomonem. Quam dulcorãtur uel dulcorata ſunt fauci meę eloquia tua, unde eloquentes & eloquẽtia &c.

* מָלַק Verbum ſignificans ritum ſacerdotalem in ſacrificijs uolucrũ imolandarum, quod ipſe uno uocabulo latino haud quaquam eloquar, fortaſſe gręci kinzin dicerẽt, id eſt, ſecare, incidere, ac diuidere: ſed præceptor meus homo ex Iudæis non parum literatus Iacobus Iehielis Ioans proprietatem exprimere cupiens periphraſticos expoſuit מָלַק id eſt, ungue ſecuit ceruicem uolucris in ſacrificijs, Hieronymus ſic. Leuitici primo. Et retorto ad collum capite ac rupto uulneris loco, pro hoc hebraico ſcilicet וּמָלַק רֹאשׁוֹ id eſt, & ungue ſecabit caput eius.

* מִן A, de, ab, e, ex, Ezechielis triceſimonono. A die illa & deinceps, & Geneſis ſecundo. Sed fons aſcendebat è terra: eiuſdem tertio. Niſi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes comediſti, & recipit præpoſitionem, ut Ieremiæ ſeptimo. A ſeculo uſque in ſeculum, & recipit poſtpoſitionem, ut Iob uiceſimo

cesimo. Hoc scio à principio ex quo est positus homo. Sępius etiam profertur absq; nun & sola mem litera. Psalmo 113. Ex hoc nunc & usq; in sęculum.

מִ..... Quando hæc præpositio alteri nomini adijcitur aut uerbo à capite accedit, abijcit nun & imprimitur dages mox sequenti literæ: & si illius non est capax, mutatur hirek sub mem in zere, ut מִבַּיִת ex domo, מֵאָדָם ab homine.

מִן Non, sic enim Onkelus Chaldęus uertit, Deuteronomij tricesimotertio, ubi & nos legimus. Et qui oderunt eum non consurgant. מִן Plus uel super uel quam, & est nota comparationis, ut Prouerbiorum 22. Melius est nomen bonum quam diuitię multę: super argentum enim & aurum gratia bona: & sequente consonante deficit nun per apocopen. מִן Quod ab alijs etiam cũ iod scribitur ut supra notatur, est uas musicæ organicum secundum rabi Salomonem: ut Psalmo ultimo. Laudate eũ in chordis & organo.

* מָנָה Numerauit: 2. Regum 24. Vade numera Israël & Iudam, & gerundium eius: Psalmo nonagesimo. Dinumerare dexterã tuam sic notam fac: ubi Hieronymus melius & rectius quam Septuaginta interpretes sic in suo Psalterio traduxit, Vt numerentur dies nostri sic ostende. Sed rabi Ionas scribit quod sit nomen cum articulo & non uerbum: & Isaię 65. Numerabo uos in gladio. Inde nomen מִנְיָן numerus, he conuerso in iod, & aliquãdo nun in fine addito. Isaiæ eodem. Et libatis super eam, ubi textus habet, & peragitis numero de libamine, id est, sacrificatis septem planetis: cui asstipulatur translatio Septuaginta. Et impletis dæmoni poculum. Vnde dicunt Hebræorum grammatici quod sit nomen generale astrorum, & Dauid Kimhi in cõmentarijs Isaiæ scribit quod sit nomen stellę: ego autem numerũ sic puto significari, ut idololatras pythagorizantes notarit numero seruientes, ad quod alludit scriptura more solito, cum ita sequitur in textu: Numerabo uos in gladio.

מָנֶה Pondus certum quod à nobis mna uel mina uel libra dicitur: ut 1. Ezrę 2. Argenti mnas quinq; milia: & Nehemię septimo. Et argẽti minas duo milia.

מִנָּה Decreuit, constituit, parauit. Danielis 1. Qui constituit uobis cibum & potum: & Iob 7. Et noctes laboriosas enumeraui mihi: quod non recte translatum est, sed sic uertetur: Et noctes laborẽ parauerunt mihi: & per apocopen Ionæ 2. Et pręparauit dominus piscẽ grandẽ

מְנָת Pars, sors, portio, munus, uices, debitũ, constitutũ, attinens. Leuitici 8. In partẽ suam sicut præceperat ei dominus, & Psalmo 63. Pars uulpiũ erunt: sic enim singulariter & non pluraliter legi debet: & Psalmo 16. Dñs pars hęreditatis meę & calicis mei, qđ hebraice sic: Dñs sors partis meę: & reperitũ aliquãdo per epenthesin aleph pro uice ac forte sacerdotũ. Reperitur etiam per apocopen מָן quod nos manna dicimus. Exodi 16. Appellauitq; domus Israël nomen eius man. Quia nescientes quo nomine eum de cœlo missum cibum nominarent, uolebant generaliter dicere man quasi munus: sic Nehemię 9. Et manna tuum non prohibuisti ab ore eorum.

* מִנְחָה Iuncto he finali מִנְחָה significat oblationẽ, sacrificiũ, orationẽ, & pla-

cationē.Leuit.7.Et omne sacrificium si/
mile quod coquitur in clibano: & Psal/
mo 141. Eleuatio manuum mearum sa
crificium uespertinū,& Ezræ 9. Et ego
sedebam tristis usque ad sacrificium ue/
spertinum.

* מִנַּע Remouit,uitauit seu uitare
fecit,priuauit,deposuit. Genesis 30. Qui
priuauit te fructu uentris: & Psalmo 84.
Non priuabit bonis eos qui ambulant in
innocentia, sic Numeri 24. Deus priua
uit te honore.

* מְנֹר Lignum teres & oblōgum
instar mali quo stamen textorum circū
uoluitur, & à Hieronymo dicitur liciato
rium: 1. Regum 17. Hastile autem eius e/
rat quasi liciatorium texentium, & scribi
debet ultima per literam res secundum
antiquos & castigatos libros, quamuis
in plurimis iuniorum uoluminibus ma/
xime autem impressis per daleth scriptū
reperiam.

* מָסַס Dissolutum est, euanuit, fu
git, interijt, Isaiæ 10. pro eo quod nos le/
gimus: & erit terrore profugus, Hebræi
dicunt, & erit quasi euanescens & fugiti/
ua, quod etiam Ionathas chaldaice simili
ter exponit sic. Exodi 16. Cumq; incaluis/
set sol liquefiebat, id est, euanescebat.
Onkelus Chaldæus uertit resoluebatur,
sic Iosue 7. Pertimuitq; cor populi, id est,
dissolutum est cor populi quasi liquefa/
ctum, eiusdem 2. interpretatur. Et elan/
guit cor nostrum.

* מַס Munus personale, collecta
indictio super indictum, angaria peran/
garia, tributum, census: 3. Regum 5. Et
erat indictio triginta milia uirorum: &
Threnorum 1. Princeps prouinciarum
facta est sub tributo; & Genesis 49. Et e/
rit tributis seruiens. Inde uenit per addi/
tionem he literæ in fine מִנְחָה id est, ob/
latio quæ fit superiori domino propter
debitum munus personale. Deuterono
mij 16. Oblationem spontaneam ma/
nus tuæ quam offeres iuxta benedictio/
nem dei tui, quod nomen nos Christia
ni sacrificio nostro impositū retinuimus
usq; ad hoc tempus, ut à nobis appelletur
missa, quod à Græcis liturgia. Nota igi/
tur quod missa neq; græcum neq; latinū
est, sed hebraicum, sicut etiam pasha ne/
que græcum neq; latinum extat, sed ab
Hebræis mutuatum, ut in sua dictione
uidebimus, cui astipulatur illud euange
licum, quod Christus de tributo Cæsari
dando iudicauit. Matthæi 22. Date quę
sunt cęsaris cęsari, & quę sunt dei deo.

* מָסָה Dissoluit, liquefecit, & cō/
cordat cum superiori. Iosue 14. Dissolue
runt cor populi: & Psalmo 6. Lachrymis
meis stratum meum rigabo, id est, lique/
faciam, mollificabo, seu dissoluam.

* מָסַךְ Infundendo miscuit more
pincernarum. Psalmo 102. Et poculum
meum cum fletu miscebam. Isaię 19. Do
minus miscuit in medio eius spiritū uer/
tiginis: sic Prouerbiorum 9. Miscuit ui
num suum, & in eodem loco. Bibite ui/
num quod miscui. Inde nomen מֶסֶךְ
per sex puncta scribendum: Psalmo 75.
Plenus mixto. מָסָךְ Velamen, ope
rimentum, sublime coopertorium, sicut
solemus in lectulis supra caput distende/
re, quod uelum Galli cœlum nominant,
& Hieronymus illud appellauit à tēden/
do tentorium. Exodi 26. Facies & tentori
um in introitu tabernaculi & quinq; co/
lumnas tentorij. Aliter traduxit Isaię 22.
Et reuelabitur operimentum Iudæ: alij

textus

textus habent, Et reuelauit operimentū Iudæ: ſed Septuaginta tranſtulerūt. Et reuelabunt portas Iudę: quidā Hebręorū uerterunt ſic, Et exulabit dominiū Iudæ, uel tranſmigrabit tentoriū Iudææ. Rabi Ionas ſecundū huius dictiōis ſignificatū exponit etiam illud Ezechielis 28. Omnis lapis precioſus operimentū tuum: quod Ionathas dicit, diſtincte poſitus ſuper ueſtimentū tuum, & inuenitur alias ſcribi per ſin loca ſamech.

* מסר Elegit, allegauit, tradidit, delegauit: Numeri 31. Dederūtq; milleꝰnos de ſingulis tribubus. Onkelus chaldaice. Electi ſunt de militibus mille per tribus: unde per id uerbum dicitur à magiſtris Hebręorū quod Moſes recepit legem de Sinai & delegauit Ioſue: & dicuntur allegationes in biblia מסורות quas ego annotationes ſoleo appellare, aliter autem ſupradictū uerbum exponunt eo dē capitulo Numeri. Et pręuaricari uos fecerunt in dominū ſuper peccato Phogor, quod Onkelus chaldaice ſic traducit, fallendo falſe coram domino.

... Maſoroth illę ſunt collationes uocabulorū et quarundā ſententiarū biblicarū, quę in hoc libro Chald. ſermone à magiſtris illarum collationum ſunt conſcriptæ. Extant hodie Maſoroth illæ, impreſſæ iuxta biblia hebraica, in poſteriori editione Veneta.

* מעד Nutauit, uacillauit, lapſus eſt. Pſalmo 18. Et non ſunt infirmata ueſtigia mea, pro quo Hieron. in ſuo Pſalterio, Et non deficient tali mei, cuius inſtar hoc idem traduxit: 2. Regum 22. Et non deficient tali mei, Hebręi ſic, Et non labātur genua mea: & Pſalmo 37. Non ſupplantabuntur greſſus eius, pro quo Hieron. non deficient greſſus eius, unde nomen adiectiuū מועדת Prouerbiorū 25. Et pes laſſus, id eſt, uacillans, labilis.

* מעה Viſcera, uenter, inteſtina: Ieremiæ 4. Ventrē meum uentrem meum doleo, & Iſaię 16. Super hoc uēter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit, & Ionę 2. Et orauit Ionas ad dominum deum ſuum de uentre piſcis, & dicitur pluraliter מעים ſicut uiſcera, nam ſignificat ſimul omnia interiora, ut Pſalmo 40. Et legem tuam in medio cordis mei, quia cor eſt omnium interiorum generale dominium & radix.

* מעט Minuit, decreſcebat. Prouerbiorum 13. Subſtantia feſtinata diminuet: & Exodi 30. Pauper nil minuet. Inde nomina & aduerbia מעט parū, paulum, paululū, paulominus: Pſalmo 8. Minuiſti eum paulominus ab angelis, & nominaliter Geneſis 24. Pauxillū aquę mihi ad bibendū prębe. & pluraliter Eccleſiaſtis 4. Iccirco ſint ſermones tui pauci. Inde alterius formationis uerbū המעיט Ezech. 29. Et imminuā eos ne imperent gentibus, eſt & alia forma Eccleſiaſt. 12. Molentes in minuto numero.

* מעך Concidit, cōtriuit, cōquaſſauit, confregit, compreſſit. Leuitici 22. Omne animal quod uel contritis &c. & Ezechielis 23. Ibi ſubacta ſunt ubera earum, quod Septuaginta dicūt, Ibi ceciderunt ubera. Hieronymus rectius exponit. Ibi confregerunt ubera earum.

מעך Fixit: 1. Regum 26. Et haſtam fixam in terra.

* מעל Pręuaricatus eſt, tranſgreſſus eſt, præterijt. Ioſue 22. Non'ne Achan filius Zare præterijt mandatū domini, & paulo ſupius. Quæ eſt iſta מעל tranſ-

tranſgreſſio cur reliquiſtis dominum, & Leuitici 5. Anima ſi preuaricãs cerimonias,. Magiſtér Iacob Iehielis Ioans preceptor meus expoſuit hoc uerbum pro ſacrilegium committere uel uiolare fidẽ.

מְעִיל Tunica ſiue pallium. Exodi 28. Facies & tunicam ſuperhumeralis totam: & Ezrę 9. Scidi pallium meum & tunicam: & Pſalmo 109. & operiantur ſicut diploide: pro quo Hieronymus. Et operiantur quaſi ueſtimẽto, magiſtri dicunt ueſtem eſſe honeſtam & inſignem.

לְמַעַן Præpoſito lamed ſignificat dictionem propter, propterea, propterea quod, iccirco, ideo. Leuitici 17. Ideo ſacerdoti offerre debẽt filij Iſraẽl, & Exodi 16. Vt temptem eum, id eſt, propterea quo temptem eum: & Iſaiæ 38. Propter me & propter Dauid ſeruum meum.

מְעָרָה & מַעַר Spelunca, recipit paragogen he literæ. Geneſis 23. Vt det mihi ſpeluncam duplicem: & 2. Regum 23. Ad Dauid in ſpeluncam Odollam.

* מַץ Lis, & aſſumit finalem literã he fœminini generis מַצָּה & ſignificat quoq; azymum ac non fermentatum. Exodi 12. Septem diebus azyma comedetis. מָצַץ Suxit, noſtra translatio habet mulxit à mulgendo. Iſaię 66. Vt mulgeatis & delicijs affluatis, ſed rectius Septuaginta interpretes ſic, ut poſtquam ſuxeritis delectemini, uide ſupra in uocabulo miz.

* מָצָא Suffecit, inuenit. Ieremiæ 31. Inuenit gratiam in deſerto populus, & Prouerbiorum 8. Qui me inuenerit inueniet uitam. Inde nomen Pſalmo 32. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tẽpore oportuno: rectiùs in ſuo Pſalterio Hieronymus, ad tempus inueniens, & eius paſſiuum Iſaiæ 13. Omnis qui inuentus fuerit occidetur.

* מָצַר & מְצוּרָה Arx, turris, fortalicium, locus munitus, & altitudo petrarum inexpugnabilis: noſtra trãslatio habet refugium: Pſalmo 31. Quoniam fortitudo mea & refugiũ meum, & pluraliter eodem. In domum refugij: & 2. Regum 5. Cepit autem Dauid arcem zion.

* מָצָה Profudit, expreſſit, extorſit, exhauſit. Iudicum 6. Expreſſo uellere conchã rore impleuit: eius paſſiuum, Leuitici 1. Decurrere faciat ſanguinem ad crepidinem altaris.

* מֵצַח Frons. Exodi 28. Et erit ſuper thiaram imminens fronti pontificis: & Ezechielis 3. Et frontem tuam duriorẽ frontibus eorum.

* מִצְחָה Ocrea: 1. Regum 17. Et ocreas æreas habebat in cruribus.

* מֵצַר Anguſtia uel locus ſtrictus unde fugere nequeamus: Threnorum 1. Omnes perſecutores eius apprehenderũt eam inter anguſtias, translatio noſtra uertit pericula: Pſalmo 116. Et pericula inferni inuenerunt me, pro quo Hieronymus ſic. Et munitiones inferni: ſępe mem appoſitiue ponitur ut primitiuum uideatur צָרָה quod eſt tribulatio, ut in eodem. Tribulationem & dolorem inueni, unde illud Pſalmo 118. De tribulatione inuocaui dominum & exaudiuit me in latitudine dominus.

* מָסַס Perdidit, & perire ſeu tabeſcere atq; interire fecit. Item liquit uel liquefiebat. Iſaiæ 34. Et tabeſcet omnis milicia cœlorum, id eſt, peribit ſeu interibit, imò potius abolebitur & deſtruetur, ſic Ezechielis 4. Et contabeſcat in iniquitatibus

tibus suis:& Zacharię 14. Tabescet caro uniuscuiusq; stãtis super pedes suos & oculi eius cõtabescent in foraminibus suis & lingua eorum contabescet in ore eorum Septuaginta interpretes uerterunt. Et oculi eorum defluent de foraminibus.

מק Tabes, putredo, fœtor, interitus, perditio. Isaiæ 5. Pro suaui odore fœtor, & nostra translatio quandoq; fauillam uertit, ut eiusdem 5. Sic radix eorũ quasi fauilla, qđ exponit rabi Dauid Kimhi in cõmentarijs super Isaiam, quasi putredo uel caries.

מקל Virga, baculus. Ieremiæ 48. Baculus gloriosus, per zere in fine. Genesis 38. Tollens ergo Iacob uirgas populeas, per patha.

מקום Locus. Exodi 20. In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei ueniam ad te & benedicã tibi, quod rectius sic uertitur. In omni loco ubi faciam meminisse nominis mei ueniã ad te.

. Radix huius uocabuli est קום de quo infra.

מר Stilla. Isaię 40. Ecce gentes quasi stilla situlæ. מרר Exacerbauit, amaricauit. Exodi primo. Atq; ad amaritudinem perducebant uitam eorum:& Psalmo 108. Quia exacerbauerunt eloquia dei. Inde מר amarum & alia deriuata:& Isaiæ 5. Ponentes amarũ in dulce & dulce in amarum:& Exodi 15. Nec poterat bibere de marah eo quod essent amarę. Inuenit autẽ p aspiratione he finalem mutare in aleph מרא Ruth primo, Sed uocate me mara, id est, amaram, inde omnia acetaria dicuntur מרורים ut est herba acetosa uel acidula seu lachtuca agrestis, sic enim scribit rabi Salomon Exodi 12. Et azymos panes cum lachtucis agrestibus, quod omnis herba acerba dicitur maror, inde amaritudo. Iob tredecimo. Scribis cõtra me amaritudines, & alia forma Deuteronomij 22. Et botrus amarissimus, & Isaiæ 38. Ecce in pace amaritudo mea amarissima, per unicam res literam. מרירי Spiritus ęstuans, dęmon exacerbationis, furia infernalis quæ græce erynnis nuncupatur, pro quo nescio quare trãslatio nostra habet Deuteronomij 34. morsu amarissimo, ubi scribit rabi Salomon qđ sit proprium nomen dæmonis, rabi Dauid Kimhi exponit eum locum de æstu intẽso qui hominibus inducit mortem, unde poterimus illud Iob 3. lucidius intelligere quam nos legimus: & inuoluatur amaritudine, sic rectius transferendo, & torreãt eum diaboli diurni, uult dicere, dæmonium meridianum, hoc est, æstus nimij & calores febriles. מרר Rebellauit, defecit, aduersatus est: quod trãslatio nostra interpretatur contempsit. Exodi 23. Nec contemnendum putet, un de quidam Hebręorum exposuerũt uersiculum Isaiæ 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meę, sic scilicet ad rebellionem animæ meæ, sed secundum Ioseph Kimhi, Immutationem animæ meæ. מרר Immutauit, alterauit. Ieremiæ quadragesimooctauo. Et odor eius non est immutatus, ubi scribitur נמר in passiuo sexti ordinis. תמרורים Amaritudines, secundum Hieronymum in commentarijs Ieremiæ: sed Symmachus uertit trãsmutationes, eiusdem tricesimoprimo. Pone tibi amaritudines. Dauid autem Kimhi in opere suo super Oseã prophetã cap. 12. Ad iracundiã me prouocauit

Ephra-

Ephraim in amaritudinibus suis, pro amaritudinibus trāsfert statuas, cumulos, aceruos siue congeries in modum aræ seu altaris, & sunt eleuationes lapidum. Inde illud Danielis 8. Efferatus est in eum, sic exponūt magistri Hebręorum, & eleuatus est super eum, ut sit recta lectio: statue tibi titulos, pone tibi aras siue statuas, alias luctum seu fletum transtulerunt. Ieremiæ 31. Vox in rama audita est lamentationis luctus & fletus, pro quo Septuaginta, lamentatio & fletus & luctus. Ionathas chaldaice sic exponit, qd' plorat Ieremias propheta, quia magnā stragem & plurimam necem immiserit Nabuzardan de ramatha domui Israël quæ fleuit ipsam Ierusalem in amaritudine &c. מְרֹרָה Fel. Iob 20. Fel aspi dum interius.

* מְרִיא Pecus pingue, pro quo nos legimus ouem. Isaiæ 11. Vitulus & leo & ouis simul morabuntur: & significantur eo uocabulo armenta domi saginata, ut sunt oues & boues pingues, quare translatio nostra legit: 3. Regum 1. Arietibus & uitulis & uniuersis pinguibus. Significat etiam exaltationem, sublimitatem & eleuationem, quod translatio nostra circumloquitur Iob 39. Cum tempus fuerit in altum alas erigit, id est, sublimabitur & uelificabitur.

* מוֹרַג Traha, tribula, plostrū quo excutiuntur fruges. Isaiæ 41. Ecce posui te quasi plaustrum triturans nouum, & pluraliter 2. Regum 24. Et plaustrum & iuga boum in usum lignorum.

* מָרַד Defecit, rebellauit, recessit. Genesis 14. Et tertiodecimo anno recesserunt ab eo, & 4. Regum 18. Rebellauit quoque contra regem Assyriorum, & Iob 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini: aliqui Hebręorum exponunt, Ipsi fuerūt in descensu luminis, id est, in tenebris uel obscuro, ut mem sit prothesis. Inde nomen מֶרֶד desertio, defectio, rebellio, pręuaricatio. Iosue 22. Si pręuaricationis animo hoc altare construximus, & scribitur sex punctis. מְרוּדִים Abiecti, uiles, humiles & egeni. Isaiæ 58. Et egenos uagosque induc in domum tuam: & Threnorum 1. Recordata est Ierusalem dierū afflictiouis suæ & præuaricatiōis, quod rectius dicitur & egestatis, consequenter in capite 3. eiusdem, trāslatio nostra uertit transgressionem, recordare paupertatis meę & transgressionis meę, quasi à superiore deriuatum.

* מָרָה Diffidit, incredulus fuit, uel non credidit. Numeri 20. Quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filijs. Inde nomen מוֹרָה incredulus, ut eodem quo supra cap. Audite rebelles & increduli, ubi nostra trāslatio utrunque significatū pro uno uerbo hebraico posuit. Sic igit' clare uides unde oriatur transflationum diuersitas cum interpretum alius aliter uocabula deriuanda censuerit, ut etiam Psalmo 105. Et non exacerbauit sermones suos, pro quo Hieronymus rectius in suo Psalterio, & non fuerunt increduli uerbis eius scilicet Moses & Aaron, ita autem permixtim utuntur interpretes hoc uocabulo ut quisque suā sequatur opiuionem: Threnorum 1. Quia os eius ad iracundiam prouocaui, mox aliter in eodem. Quia amaritudine plena sum: item cap. 3. eiusdē. Et ad iracundiā prouocauimus, quasi esset deriuatum à primo מורד significat autem & sic abalienationem, mutationem, & alteratio-

nem

nem. מוֹרָה Culter raſorius ſeu nouacula ſecundum Dauid Kimhi in libro de radicibus, noſtra translatio interpretatur ferrum. Iudicum 16. Ferrum nunquam aſcendet ſuper caput meum.

* מָרַח Cataplaſmauit, hoc eſt, emplaſtra compoſuit more chirurgico medicorum. Iſaiæ 38. Et cataplaſmarent ſuper uulnus. Inde nomen Leuitici uiceſimoprimo, ubi pro cataplaſmato in teſticulis trāslatio noſtra poſuit hernioſum, uide ſupra in אָשְׁךְ

* מָרַט Decapillauit, euulſit. Ezræ 9. Et euulſi capillos capitis mei, e ius paſſiuum Leuitici 13. Vir de cuius capite capilli fluunt, pro facile euelluntur: item, & ſi à fronte ceciderint pili. Significat etiam nudare, limare, polire, atq; leuigare. Ezechielis 21. Gladius exacutus eſt & limatus. Item ut ſplendeat limatus eſt, id eſt, ut coruſcet politus. Item dedi eum ad leuigandum: item, & iſte limatus eſt, repe riuntur omnia hęc in eodem cap.

* מָרַץ Violauit, peruertit uerba alterius, detraxit. Iob 6. Quare detraxiſtis ſermonibus ueritatis: & 3. Regum 2. Maledictione peſſima, id eſt, peruerſa, quod Ionathas Chaldęus exponit acerbiſſima, & Dauid Kimhi in commentarijs Regum, forti ac uiolenta.

* מָרַק Emundauit, purgauit, defricuit, deterſit, poliuit. Leuitici 6. quod ſi uas ęneum fuerit defricabitur, & Ieremię 46. Polite lanceas. Inde תַּמְרוּק mūdus muliebris, hoc generali nomine appellatur quicquid ad cultum mulierū pertinet: ut Eſther 2. Expletis omnibus quæ ad cultum mulierum pertinebant: item poſtea: quicquid poſtulaſſent ad ornatum pertinens accipiebant. מָרָק Ius, ſorbillum, aqua in qua decoquuntur carnes uulgo brodium appellant. Iſaię 65. Ius prophanum in uaſis eorum, & Iudicum ſexto. Et ius carnium mittens in ollam.

* מָשַׁשׁ Tetigit, attrectauit, apprehendit, palpauit. Geneſis 27. Si attrectauerit me pater meus, & infra. Accede huc ut tangā te fili mi, & Geneſis 31. pro eo quod legimus, ſcrutantiq; omne tentorium: ueritas habet ita, Et attrectauit uel tetigit Laban omne tentoriū, ſic infra. Et ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam, pro, attrectaſti: & Exodi 10. Tenebrę ſuper terram Ægypti tam denſæ ut palpari queant: & Iob 12. Palpabūt quaſi in tenebris & non in luce.

* מָשָׁה Extraxit, eduxit, extulit. Exodi 2. uocauitq; nomen eius Moſeh dicens, quia de aqua tuli eum: & 2. Regū 22. & traxit me de aquis multis. מֶשִׁי Veſtis ſerica ſubtili ſtamine ac ſubtegmine contexta ita ut pilos atq; capillos tenuitate uel ſuperet uel ęquet: unde Hieronymus ſubtile tranſtulit. Ezechielis 16. Et indui te ſubtilibus: hoc Septuaginta interpretati ſunt rectius ſic, Et circumdedi te trichapto, quod ſane uocabulum Hieronymus poſt diligentem inquiſitionem tum in nullo græcorum libro ætymologiam eius inueniſſet, aſſeuerat ipſos Septuaginta interpretes pro nouitate rei nouum compoſuiſſe, notauit hæc ipſe in ſuis ſuper Ezechielem commentarijs. Suidas uero grammaticus græcus & autor ualde bonus de trichapto ſic ſcribit. Trichapton eſt bombycinus pannus uel ueſtis pręcioſa, hęc Suidas.

מָשַׁח Vnxit. Iſaiæ 61. Spiritus domini ſuper me eo quod unxerit me, uerba

ſunt Meſchię,id eſt,Chriſti regis uncti, & Gen. 31. Ego ſum deus Bethel ubi unxiſti lapidem. Inde מָשִׁיחַ maſſiah, id eſt,unctus. Leuitici 4. Si ſacerdos qui unctus eſt peccauerit:& gręce dicitur Chriſtus à chriomę,id eſt,ungor: Pſalmo 105. Nolite tangere Chriſtos meos,quo uocabulo reges nominantur. Iſaię 45. Hæc dicit dominus Chriſto eius Cyro.

✽ מָשַׁךְ Duxit,traxit,extēdit,tetendit: 3. Regum 22. Vir quidam tetendit arcum,id eſt,traxit arcum: & Deuteronomij 21. Quę non traxit iugū: & Iudicū 4. Ego autem adducam ad te in loco torrentis Ciſon Siſſarā: & Eccleſiaſtis 2. Abſtrahere à uino carnem meam. Iſaię 18. Ite angeli ad gentem dilaceratā & cōuulſam, ſignificat & elōgari & in honore ac precio eſſe. Iſaię 14. Et dies eius non elongabuntur. מֶשֶׁךְ Nomen gentis à filio Iapheth deſcendentis,quos Hieronymus in libro de radicibus quęſtionibus putat Cappadoces eſſe: ſunt autem pars minoris Armenię. Vnde putat literatiſſimus rabi Moſes Aben Ezra nominatos eſſe ualidos apud Ieremiam equos illos quos nos legimus emiſſarios. Ieremiæ 5. Equi amatores in fœminas & emiſſarij facti ſunt:id eſt,equi de Męſech robuſtiſſimi atq; laſciui. Rabi Ioſeph Gorionides hoc uocabulo dici putat gentē Tuſcanā.

✽ מָשַׁל Dominatus eſt: Pſalmo 106. Et dominati ſunt eorū qui oderunt eos: & Deuteron. 15. Dominaberis nationibus plurimis & tui nemo dn̄abitur. Geneſis 45. Et ipſe dominatᵉ in omni terra Ægypti. Iſaię 40. Et brachiū eius dn̄abitur: & Pſal. 66. Qui dominatᵉ in uirtute ſua. Inde nomina deriuata,ut מִמְשָׁלָה & מֶמְשָׁלָה dominatio,dominiū & poteſtas. Geneſis 1. Vt præeſſet diei: item, ut præeſſet nocti, id eſt,ad dominiū diei & ad dominiū noctis. Accipit enim in fine he uel thau & in principio mem alterum: ſicut & Pſalmo 145. Et dominatio tua in omni generatione & generatiōe.

מָשָׁל Cōparatio,aſſimilatio,parabola,prouerbiū: Ezech. 18. Si erit ultra uobis parabola hęc in prouerbium. Inde ꝓuerbiare & prouerbiantes ſi liceret ſic latine dicere: ut Ezech. eodē cap. Quid eſt quod inter uos parabolam uertitis,id eſt,parabolatis prouerbiū, & in paſſiuo ut Pſal. 49. Cōparatus eſt iumētis inſipientibus: & Pſalmo 27. & aſſimilabor deſcendentibus in lacum.

✽ מֶשֶׁק Relictū,deſertū,ſiccum. Sophonię 2. Siccitas ſpinarū, & putat rabi Ioſeph pater Dauidis Kimhi qđ expoſitio eadem etiam conueniat illi uerſiculo בֶּן מֶשֶׁק בֵּיתִי Gen. 15. ubi nos legimus. Et filius ꝓcuratoris domus meę iſte Damaſcus Elieżer, ut ſit legendum filius relicti ſcilicet cui omnia domus meę gerenda reliqui in manus ſuas.

✽ מֶתֶג Frenū,capiſtrū uel camus: ſic Septuag. expoſuere in Pſal. 32. In camo & freno maxillas eorū cōſtringe. Eſt aūt camus à gręcis ſumptū qđ illi kimos dicūt: & eſt quędā ſpecies freni ſecundū Iuliū Pollucē & Suidā: ita Prouer. 26. Flagellū equo & camus aſino, licet Dauid Kimhi illic ſtimulū q̄ aſini punguntᵉ uelit

✽ מְתִים Gens, populus, (intelligi. uiri ſiue homines. Iob 11. Tibi ſoli tacebūt homines, & Pſal. 17. Dn̄e à paucis de terra diuide eos, pro quo rectius in ſuo Pſalterio Hieron. A uiris manus tuę domine qui mortui ſunt in profundo: & adiuncto ū numero ſignificat paucos, ut Deu. 4.

&rema-

& remanebitis pauci: & hoc uocabulum tantum in plurali reperimus, ut מְתִים cum scheua.

* מְתֹם Integritas, sanitas. Psalmo 38. Nō est sanitas in carne mea. Rabi Salomon tam gallice quam teutonice exponit integritatem: & Isaiæ 1. non est in eo sanitas, id est, secundum Ionathan Chaldęū uel quietudo, uel etiam integritas, secūdum alios Hebręos uel firmitas uel bona ualetudo. Radix uocabuli est תם seu תמם perfecit.

* מָתַח Expandit, tetendit. Isaię 40. Et expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. אַמְתַּחַת Saccus, pera, Genesis 44. Pone in ore sacci iunioris, fortasse ita nominatum à uocabulo superiore quod repletionibus quotidianis extendatur.

* מָתַי Quando: Psalmo 119. Quando consolaberis me, & cum prępónitur ad significat usquequo uel quousq;: ut Psalmo 6. Et tu domine usquequo, & Psalmo 80. Quousq; irasceris super orationem serui tui.

* מֹתֶן & in duali numero מָתְנַיִם Lumbus, Ieremiæ 13. Et pones illud super lumbos tuos, & infra. Sicut enim adhæret lumbare ad lūbos uiri, & Iob 40. Fortitudo eius in lumbis eius.

* מָתַק Dulcorauit, uel potius dulcescebat. Iob 20. Cum enim dulce fuerit, & Prouerbiorum 27. Anima dulcorat, & nomen מְתוֹק dulce in eodem capitulo. Esuriēs etiam amarum pro dulci sumit, & eiusdem 16. Et qui dulcis eloquio maiora reperiet: pro quo Hebræi, Et dulcedo labiorum addit eruditionem, nam ibi scribitur מֶתֶק sex punctis, sed adiectiuum per uau & holem. Canticorū 2. Et fructus eius dulcis gutturi meo.

אלהי צורי אחסה בו

נא Eia, nunc, obsecrantis particula o uel obsecro, uelut ueteres loqui solebant amabo te, & similia. Exodi 11. Dices ergo omni plebi: quod rectius legitur sic. Loquere nunc ad aures populi, & Numeri 12. Obsecro domine mi, & infra. Deus obsecro sana eam, & recipit in principio aleph אָנָּא & idem significat: Psalmo 118. O domine saluum me fac ô domine bene prosperare: similiter hortandi aduerbium Canticorum 3. Surgam & circuibo ciuitatem pro ea surgam.

* נֹא Alexandria ea quæ est in Ægypto: sic enim Ionathan Chaldæus interpretatur Ezechielis 30. Et faciam iudicia mea in Alexandria, & Hieronymus in commentarijs sic ait: pro quo nescio quid uolentes Septuaginta dixere diospolin.

* נֹאד Lagena seu uter. Iudicū 4. Quę aperuit utrem lactis, & Psalmo 119. Quia factus sum sicut uter in pruina: q̄d legi debet, sicut uter in uapore fumi, & profecto mirarer translationem nisi uiderem Hieronymum etiam de hebraica ueritate ita uertisse, credebā esse uitium scriptoris qui ꝑ pruna scripserit pruina, sed cum cernerem Septuaginta interpretes græce pachne interpretatos, iam pendebam animi, recordatus illud Pauli ad Romanos 14. unusquisq; in suo sensu abūdat, & pluraliter declinatur in forma fœminini generis. Iosue 9. Vtres uini scissos ubi eius adiectiuum est generis masculini, sicut infra eodē; utres uini nouos im-

pleuimus,&quamuis ſcribatur quandoque diphthongo aleph & uau, ut in ſupra citato Iudicum libro, quandoq; per ſimplex aleph, ut in alijs, tamen mihi nō placuit in ordinem uau poſt nun ponere ut quidam temptauerunt quaſi aleph eſſet literalis adiectio, ſed potius huc locaui quod aleph mea ſentētia ſit litera principalis qua ſimplici crebrius ſcribitꝰ quā diphthongo.

* נאם Eloquutus eſt, dixit, ait, inquit. Ieremiæ 23. aſſumunt linguas ſuas & aiunt, dicit: ubi ſecundū Hieronymū ſubauditur dominus, nam dominus non eſt de textu, & ſcribunt grāmatici quod נאם ſit nomen & ſignificet dictum: quāuis nos ſemper interpretemur uerbaliter, ut ait uel dicit, inde nominantur eloquentes & prudentes eloquio נאמנים quod ab אמן noſtra translatio ueraces traduxit. Iob 12. Commutans labium ueraciū, alij uero ab hoc uocabulo dicendi ſic legunt. Labefactans labium oratorū uel eloquentium.

* נאף Mœchatus eſt, adulteratus eſt. Leuitici 20. Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriatur & mœchus & adultera, & Iob 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem, & reperitur geminata tertia litera ph. Oſeæ 2. Et adulteria ſua de medio uberum ſuorum. Inde ניאוף adulteriū.

* נאץ Irritauit, opprobrauit, detraxit, blaſphemauit, exacerbauit, exaſperauit, id eſt, ad iracūdiam prouocauit. Prouerbiorum 1. Et detraxerint uniuerſæ correctioni meæ: & Threnorum 2. Et in opprobrium & indignationem furoris ſui, & Iſaiæ quinto. Et eloquium ſancti Iſraël blaſphemarunt, & Numeri 14. Vſq; quo detrahet mihi populus iſte: & Pſalmo 107. Et conſilium altiſſimi irritauerunt: pro quo Hieronymus blaſphemauerunt. נאץ Pullulauit, propagauit, floruit. Eccleſiaſt. 12. florebit amygdalus.

* נאק Vociferauit amare, dolēter clamauit: noſtra translatio interpretatur gemuit. Ezechielis 30. Et gement gemitibus interfecti coram me, ubi chaldaica Ionathę translatio habet, Et rugiet rugitu, ſic Iob 24. De ciuitatibus fecerunt uiros gemere, nomē eius נאקה Exodi 2. Et audiuit dominus gemitum eorum, id eſt, uociferationem & clamorē, quia pręmittitur quod aſcendit clamor eorū ad deum, & ſic exponit rabi Salomon per uerbum æquipollens, quod apud Iſaiam capite 5. clamorem ſignificat, ubi legitur, Et ecce clamor.

* נאר Maledixit & gloriā abſtulit. Threnorum 2. Maledixit ſanctificationi ſuę: & Pſalmo 89. Auertiſti teſtamētum ſerui tui, pro quo Hieronymus de hebraica ueritate, Attenuaſti pactū ſerui tui. Rabi Salomon. Vacare feciſti, alij deuaſtaſti, ut Ioſeph Kimhi. Ego putarē ſignificari hoc uerbo floccifacere, ex animo dimittere, & abijcere: ſic Malachiæ 3. Et in penuria uos maledicti eſtis.

* נבב Vanum, inane, cauum, non ſolidū. Exodi 27. Non ſolidū ſed inane & cauum intrinſecus facies illud, & Iob 11. Vir uanus in ſuperbia erigitꝰ, uide ſupra in uerbo ביב & Ieremię 52. Et intrinſecus caua erant.

* נבא Prophetauit, uaticinatus eſt. Ioēlis ſecundo. Et prophetabunt filij ueſtri: & Ierem. 23. Prophetāt in Baal, inde

nomen

nomen נְבִיא propheta & participium prophetans, & cætera deriuata reperies in eodē capitulo: & Deuteronomij 34. Et non surrexit ultra propheta. נְבוּאָה prophetia.

✻ נָבַח Latrauit. Isaiæ 56. Canes muti non ualentes latrare.

✻ נָבַט Aspexit, attendit, uidit: Isaię 5. Aspiciemus in terram, quod apud grāmatice doctos atq; literatos transferendū est: aspiciet in terram: nam litera nun substantialis hic est & non accidentalis, quę in alijs formis sępe deficit: ut חַבִּיט Isaię 51. Attendite ad petram unde excisi estis, attendite ad Abraham patrem uestrum: & Psalmo 102. Dominus de cœlo in terram aspexit: & Genesis 19. Noli respicere post tergū, quod uerbum ē uerbo sic legunt: Ne respicias post te.

✻ נָבַל Marcuit, attenuatus uel defatigatus est, expalluit, cecidit. Isaiæ 40. Cecidit flos: quod alij legunt, expalluit flos: potius autem emarcuit: sic Isaię 28. Et flori decidenti: fortassis ideo, quia putabant p, in b, fuisse cōuersum: quia significat infirmū, & caducum, inane, & q̄d careat robore, sic Ieremiæ 8. Folium defluxit. Exodi 18. Stulto labore consumeris: quod duobus uerbis sic. Marcescens marcesces, uel ut Onkelus chaldaice transfert. Defatigatus, simile uocabulū uertit Ionathas Chaldęus tabefecit, putrefecit. Isaiæ 44. Dissipatione dissipabitur terra. נָבָל Stolidus, uacillans, fatuus, inanis, leuis, stultus, insipiens, prauus, abiectus: Psalmo 53. Dixit insipiens, uel secundum Hieronymum: dixit stultus, similiter Psalmo 14. & Isaię 32. Non uocabitur ultra is qui insipiens est princeps, & infra. Stultus enim fatua loquetur: & Deuteronomij 32. Popule stulte & non sapiens. Inde נְבָלָה peruersitas, prauitas, nephas. Iosue 7. Et fecit nephas in Israël: & Oseę 2. Et nunc releuabo stulticiam eius, chaldaice leuitatem eius, q̄d Hieronymus exponit turpitudinem & Septuaginta immundiciam, communiter autem Hebręi prauitatem. Ionathas leuitatem: sic 1. Regum 25. Super uirum istum iniquum Nabal quoniam secundum nomen suum stultus est & sit stulticia cū eo, sic in fœminino genere Iob 2. Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Inuenitur etiam uerbaliter Prouerbiorum 30. Et qui stultus apparuerit postquam eleuatus est, proprie sic: Si infatuaris in eleuādo. Item abstractiue Iob 42. Vt non uobis imputetur stulticia, alias prauitas. Inde נִבֵּל uerbum graue. Ieremię 14. Neq; facias nobis contumeliam, quod hebraice sic legitur. Et non deturpabis soliū gloriæ tuę, id est, ne floccifacias seu abijcias aut uile reputes: sic Deuteronomij 32. Et recessit à deo salutari suo, quod sic legendum est: Et abiecit deum siue contempsit, despexit, uile fecit.

נֶבֶל Lagena, uter, cantharus, uas uinariū factum uel ex eo corio uel ex luto aut argilla: 1. Regum 10. Alius portās lagenam uini, & eiusdem 25. Et duos utres uini: & Isaię 30. Sicut conteritur lagena figuli, & Ieremiæ 48. Et lagunculas eorum collident. נֶבֶל Lyra seu psalterium, species organi secundum Suidā: 1. Regum 10. Et ante eos psalterium & tympanum: de quo uide beatum Hieronymum in epistola ad Dardanum de diuersis generibus musicorum & Angelum Politianum in miscellaneis cap. 14. Superius autem uocabulum scribitur sex

punctis, pręsens uero reperitur etiā quinque, ut Psalmo 33. In Psalterio decē chordarū: sic enim extat in canonibus orthographię hebraicę, Psalmo 71. Nam & ego confitebor tibi in uasis Psalmi, ubi ponitur hęc adnotatio, non segol. Isaię 5. Cithara & lyra, & pluraliter Isaię 22. A uasis craterarum usque ad omne uas musicorum. נִבְלֵי Imbres, inundationes, quod translatio nostra concentū uertit. Iob 38. Et concentū cœli quis dormire fecit. Inde מַבּוּל quasi מַנְבּוּל cataclysmus seu diluuium, simile Isaię 30. Riui currentium aquarum.

¶ נָבַע Redundauit, effluxit, emanauit. Prouerbiorum 18. Torrens redundans fons sapientię. Inde præposione mem literę loco nun מַבּוּעַ significatur id quod à scaturigine proximū decurrit dictū fons quasi funs à fundēdo. Isaię 49. Et ad fontes aquarum potabit eos. Ecclesiastis ultimo. Et cōteratur hydria super fontē. Et in alia significatione importat eructationem & elocutionē, ut Psalmo 119. Eructabunt labia mea hymnum, pro quo Hieronymus. Fundāt labia mea hymnum, & Psalmo 19. Dies diei eructat uerbum: & Psalmo 59. Ecce loquūtur in ore suo: & Psalmo 78. Loquar propositiones ab initio: & in alio significato reperit Ecclesiastis 10. Muscę morientes perdunt suauitatē ungenti, pro nauseari faciunt, uel secundū rabi Ishac Auengieth ampullari, ac quasi fungorū aut uesicularū imaginē edere atq; tuberculari.

¶ נֶגֶב Meridies, auster. Danielis 11. Et confortabitur rex austri. Genesis 28. Dalataberis ad orientem & occidentem & septētrionem & meridiem. Sic Iosue 17. Ephraim sit ab austro & ab aquilone Manasse. Et Isaiæ 30. Onus iumētorum austri. Interpretatur autē Ionathas Chaldæus hoc uocabulum meridiem: 1. Regum 27. Contra meridiem Iudæ & contra meridiem Ierahmeēl & contra meridiem Ceni: alij exponunt locum desertū sterilem, aridum, quia à meridie illarum urbium sita est uasta solitudo & terra inhabitabilis.

¶ נֶגֶד & הִגִּיד Retulit, explanauit, enunciauit, indicauit. Genesis 3. Quis enim indicauit tibi. quod Onkelus Chaldęus interpretatur: quis ostendit tibi. Eodem modo illud Deuteronomij 26. Profiteor hodie coram dn̄o, idem Onkelus interpretatur sic: Ostēdi hodie dn̄o deo tuo. Ecclesiastis 10. Et qui habent pennas adnunciabunt sententiā. נֶגֶד Exaduersum, eregione, in conspectu, ante, coram, apud, penes, procul: 1. Regum 16. Num corā dn̄o est Christus eius. Quod uero scribitur Genesis 2. Adiutoriū simile sibi, recte sic legit, Adiutoriū quasi coram eo: id est, secundū Gerūdensem, adiutoriū quod stet coram eo à quo separet & cum quo cōiugatur iuxta uoluntatē suam, & rabi Dauid Kimhi exponit, sic quasi diceret, Et erit in conspectu eius paratum continue ad obsequendū ei: & ut ait rabi Salomon Gallus non ad præliandum, & sic recipit alias partes indeclinabiles sicut caph & lamed & mem, sic etiam he in fine. Genesis 21. Seditq; eregione procul. נָגִיד Capitaneus populi, dux, princeps: 1. Regum 9. Et unges eū ducem super populum meum Israël, & eiusdem 10. Ecce unxit te dominus super hęreditatem suam in principem.

¶ נָגַהּ Splenduit, fulsit. Iob 22. Et in uijs tuis splendebit lumen, Inde nomen

נוגה

נוגה Habacuk 3. Splendor eius & lux erit. Ezechielis 1. Et splendor in circuitu eius. Sic in alia forma ubi splendificare significat habetur Psalmo 18. & 2. Regũ 22. Et dominus illuminabit tenebras: & Isaię 13. Et luna non splendebit in lumine suo. Inde נוגה ex septem planetis quæ Venus dicitur, quo uocabulo utunẽ philosophi & cabalistę ut rabi Iuda Harisi in libro de geomanticis quęstionibus, & rabi Ioseph minor in libro qui inscribitur hortus nucum.

* נגח Cornupetijt, insultauit, impegit, inuasit. Exodi 31. Si bos cornu percusserit: & infra. Si bos cornupeta fuerit, & Deuteronomij 33. In ipsis uentilabit gentes, hoc est, ipsis cornibus insultabit, & Psalmo 44. In te inimicos nostros uentilabimus cornu, ubi translatio nostra circumlocutiue interpretatur hoc uocabulum. Significat autem insultum & impulsum cornibus animalium.

* נגל Falx à quo מגל quasi מנגל ut Ioelis ultimo. Mittite falcem de quo supra in litera mem.

* נגן Lusit instrumẽtis musicis: 4. Regum 3. Cumq; caneret psaltes, uerbum ẽ uerbo sic. Et factum est cum organizaret organista, uel citharizaret citharœdus: & 1. Regum 16. Et psallit manu sua. Inde מנגן organista seu musicus manualis, Psalmo 68. Pręuenerunt principes coniunctì psallentibus, rectius quam Hieronymus qui uertit, pręcesserunt cantoreseos qui post tergum psallebant, & ex eo inscribitur titulus Psalmi 4. sic, uictori in psalmis. Hinc נגינה sonus, melodia.

* נגע Percussit, tetigit, pulsauit, perculit: 1. Regum 10. Exercitus quorum tetigerat deus corda: quod exponit David Kimhi in cõmentarijs super quatuor sic: quibus dedit deus in cordibus eorum ad complacendum ei. & Genesis 26. Sicut & nos nihil tuorũ attigimus, quod Onkelus chaldaice ita, Sic quod nos lęsimus te. Ruth 2. ut nemo molestus sit tibi, qđ sic scribitur, non'ne mandaui pueris ne pulsent seu tangant te, & Gen. 3. Et ne tãgeremus illud. Inde uerbũ graue הגיע Canticorum 2. Tempus putationis aduenit, id est, contigit siue attigit, & uerbum transitiuum secundi: ut Exodi 13. Et aspergite ex eo superliminare, ubi uerbum ẽ uerbo sic. Et facite tãgere superliminare ac duos postes de sanguine, sic Exodi 4. Tetigitq; pedes eius, pro, fecitq; tangere pedes eius: id est, adhibuit seu proiecit ad pedes suos. & Isaiæ 6. Et tetigit os meum: id est, adhibuit super os meum & fecit tangere. נגע Plaga, percussio, Exodi undecimo. Adhuc una plaga tangam Pharaonẽ quod sic scribitur: adhuc plagam unam uenire faciam super Pharaonem: & Leuitici tredecimo, plaga lepræ, & sic scribitur nun segol נגע uerbum autem & nomen reperitur in uno uersiculo Genesis duodecimo. Flagellauit autem dominus Pharaonẽ plagis maximis, pro plagauit siue percussit percussionibus magnis, nam græce plaga iuxta linguam Doricam dicitur percussio, à uerbo antiquo peplego pręsentis temporis, quod à peplaga pręteriti tẽporis uerbi plessa deriuatur, ut legitur in libro electorum græco Varini Camertis: sed Hieronymus noster. Septuaginta interpretes imitatus est etiam in suo Psalterio de hebraica ueritate. Psalmo septuagesimotertio. Et cum hominibus non flagellabunẽ, quia Septuag. gręce tradu-

xerunt mastigothisontæ, similiter in eodem. Et fui flagellatus tota die, quod Septuaginta memastigomenos uerterunt.

✱ נגף Impulit, irruit, lęsit, luem attulit, quod nostra translatio percussit interpretatur. Exodi 21. Et percusserit quis mulierem pregnantem, mox uariauit in eodem capitulo transferēdo uulnerauit, ibi: si bos alienus bouem alterius uulnerauerit, iterum 2. Regum 12. Percussitq́ dominus paruulum. Similiter Exodi 12. uarie traduxit: percutiens Ægyptios, & mox sequitur, ingredi domos uestras & lædere. Onkelus chaldaice transfert utrobiq́ ad percutiendum, inde nomen sex punctis נגף idest, lues seu internecio. Exodi eodem: nec erit inter uos plaga, quod Onkelus chaldaice uertit mortalitas. Verbum aliud: Psalmo 91. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, id est, lædas, aliam formam per prothesin mem & paragogen he literarum inuenies מַגֵּפָה Numeri 25. in fine, & eiusdē 26. in principio. Quę percussa est in die plagę pro sacrilegio Phegor, postquam noxiorum sanguis effusus est, quod ultimum ita ponitur, & factum est post plagam. Omnia eius uocabuli deriuata significant percussionem ad mortem uel ad minus prope mortem.

✱ נגר Dispersum, effusum & euersum est, diffluxit: 2. Regum 14. Quasi aquę dilabimur: quod sic scribitur, quasi aquę defluxę uel dispersę in terram: simile Micheæ 1. Sicut aquæ quæ decurrunt in præceps, id est, sicut aquæ dispersæ. Ionathas Chaldæus uertit deriuantes uel defluentes scilicet אַשְׁרִין & Threnorū 3. Oculus meus afflictus est, ubi legitur hebraice, Oculus meus defluxit effudit.

Item Michee 1. Et detraham in uallem lapides eius, hoc est, dispergam lapides de montibus in ualles more cupientium ædificare.

✱ נגש Accessit, appropinquauit. Genesis 44. Accedens autem propius Iudas: & Genesis 19. Recede illuc, pro appropinqua huc, cata aphæresin nun literæ primę: & infra: Iam q́ prope erant, id est, appropinquabant, sic Isaię 29. Eo qđ appropinquat populus iste ore suo.

✱ נגש Angariauit, exegit: depoposcit, repetijt: 4. Regū 23. Et unū quemq́ iuxta uires suas exegit tam argētum quā aurum, & nominaliter נוגש Isaię 14. Et subijcient exactores suos, & infra. Quomodo cessauit exactor, id est, coactor, angariator, rursus Deuteronomij 15. Repetere non poterit quia annus remissionis est, & infra. A peregrino & aduena exiges: omne significatum eiusdē uocabuli afflictionem denotat.

✱ נד Massa, moles, aceruus: Iosue 3. Vna mole consistent, quod postea ibidem circumlocutus est sic: ad instar mōtis intumescētis, & Exodi 15. Stetit unda fluens: ubi in latinis libris deest sicut moles seu aceruus, quód Onkelus chaldaice traduxit sic ut paries. Vnde Nicol. de Lýra exponit, aqua sicut murus erecta.

✱ נדד Remouit, fugit, recessit. Oseę 7. Vę eis quoniam recesserunt à me. Esther 6. Noctē illam duxit rex insomnē: uerbum è uerbo sic, in nocte illa fugerat somnus regem: & Psalmo 31. Qui uidebant me foras fugerunt à me: & Nahū 3. Resiliet à te. Isaię 10. Migrauit Madmena: & Ieremię 50. Recedite de medio Babylonis. Omnia remotionem significāt. Inde etiam remotio propter menstrua

dicitur

dicitur נִדָּה Leuitici 15. Et quę mēſtruis temporibus ſeparatur:& eiuſdem 12. Iuxta dies ſeparationis menſtruatæ, & omnino accipitur pro fœditate & immundicia Ezræ 9. Terra immunda eſt iuxta immundiciem.

* נָדַב Libuit, fauit, indulſit. Exodi 35. Omnes uiri & mulieres mente deuota obtulerunt, & infra: Voluntaria domino dedicarunt, & ſic ſignificat idē quod uoluntarie, liberaliter & ſpontanee obtulit. Ezechielis 46. Cum autem fecerit princeps ſpontaneum, id eſt, munificū: unde munifici & liberales hoc nomine נְדִיבִים dicuntur principes: ut Pſalmo. 113. Vt collocet eum cum principibus cum principibus populi ſui, & Pſalmo 90. pro eo quod nos legimus, Tecum principium in die uirtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum, Hieronymus traduxit populi tui ſpontanei in die fortitudinis tuæ in montibus ſanctis: & Pſalmo 119. Voluntaria oris mei: unde uoluntarius & liberalis dicitur נָדִיב qui omnia indulget oculo bono, ſecundum rabi Dauid Kimhi in commentarijs ſuper Iſaiam capitulo triceſimoſecundo. Ibi princeps ea quę digna ſunt principe cogitabit & ipſe ſuper duces ſtabit.

* נָדָה Remouit, ſeparauit, prolongauit: ita interpretatur Ionathas Chaldęus. Amos ſexto. Qui ſeparati eſtis in diem malum. נֵדֶה Merces meretricis, & ſcribitur ſex punctis. Ezechielis 16. omnibus meretricibus dantur mercedes, & addit in principio nun ut ibidem cernere licet.

* נָדַח Seceſſit, aberrauit, motus eſt, fugit: Deuteronomij 19. ſecuris fugerit manum. Deuteron. 30. Si ad cardines cœli fueris diſſipatus, & paulo ante, In quas diſperſerit te dominus deus tuus. Inde nomen נִדְּחֵי Iſaiæ 11. Et congregabit profugos Iſraël, ſimile Pſalmo 147. Diſperſiones Iſraël cōgregabit, pro quo Hieronymus, eiectos Iſraël cōgregabit, quod & poſtea ſic interpretatus eſt Threnorum 2. & מְרוּדִים eiectiones, id eſt, aufugia & exilia.

* נָדָן Vagina: 1. Paralip. 21. Et conuertit gladiū ſuum in uaginā. Inde uolūt dici uerbū יָדוֹן Geneſis 6. ubi nos legimus, nō permanebit ſpiritus meus in homine, ibi magiſtri Hebręorū ſic uertunt: non uaginabit ſpiritus meus, ut ſupra in litera daleth commemorauimus.

* נָדַף Propulſauit, torſit, proiecit. Pſalmo 1. quem proijcit uentus: & Iob 13. Contra foliū quod uento rapit, id eſt, folium propulſatū, ſimile Iſaię 41. Sicut ſtipulā uento raptā, id eſt, ſicut ſtipulā ꝓpulſam: & Pſal. 68. pro eo qđ nos legimus, Sicut deficit fumus deficiant: Hebręi uertūt, ſicut ꝓpellitur fumus ꝓijcias ſeu propellas, & uolūt hic eſſe gerundiū paſſiuū.

* נָדַר Vouit. 2. Regum 15. Vouēs enim uouit ſeruus tuus, id eſt, uotum uouit: & Numeri 30. Si quis uirorū uotum domino uouerit. Hinc נֶדֶר uotum.

* נָהָה Lamentatus eſt, planxit, ululauit. Micheæ ſecundo. Cantabitur canticum: ſed rectius Septuaginta interpretes, plangetur planctus, ſicut & Ieremiæ nono. Docete filias ueſtras lamentum: & eiuſdem triceſimo. Vox in excelſo audita eſt lamentationis &c. Hinc נְהִי & נִי planctus. Micheæ 2. & Ezechielis 27.

* נָהַג Duxit, minauit. Threnorū 3. Me minauit & adduxit. Pſalmo 80. Qui deducis

deducis uelut ouem Ioseph. Ecclesiastis & animum meum transferre ad sapientiam:id est,assuefacere cor meum in sapientia, unde mores & ductus hominum dicuntur מִנְהָגִים ab inducta consuetudine.

✠ נָהַל Sustentauit, tulit, portauit. Exodi 15. Portasti eum in fortitudine tua:& concordat cum translatione chaldaica Onkeli.Isaiæ 51. non est qui susteteat eam.

✠ נָהַם Fremuit,rugiuit.Prouerbiorum 19. Sicut fremitus leonis ira regis, pro quo Hebræi. Rugit sicut leones ira regis,& eiusdem 28.Leo rugiens,translatio nostra alibi aliter legit Prouerbioru 5. Et gemas in nouissimis tuis,pro fremas.Hinc נַהַם rugitus:Prouerb.19.

✠ נָהַק Vociferauit,clamauit,sonuit,rudit.Iob 6. Nunquid rugiet onager, puto interpretem dicere uoluisse rudet. Nam rudere asinorum & onagroru est. Persius,Findor ut Arcadiæ pecuaria rudere dicas. Miror translationem nostrã alio in loco lætari interpretatam esse: Iob 30.Qui inter huiuscemodi lætabuntur, sed Hebræi sic legunt, inter arbusta clamant sub urticis conglutinantur,omnia inde deriuata significant fremitum sicut græce bromasthæ secundum Suidam kai onkastæ, quæ sunt onagrorum & asinorum propria.

✠ נָהַר Confluxit seu affluxit, & significat cursum ad libitum. Ieremiæ 31. Et confluent ad bona domini. Isaiæ 60. Tunc uidebis & afflues. Inde nomen נָהָר fluuius seu flumen.Psalmo 80. Et usq; ad flumen propagines eius, & pluraliter declinatur in communi genere, in masculino ut Isaiæ 33. Locus fluuioru riui latissimi,in fœminino ut Psalmo 24. & super flumina præparauit eam.

נָהַר Illuminauit,illustrauit:Psalmo 34. Accedite ad eum & illuminamini, quod Hieronymus in suo Psalterio de hebraica ueritate à superiore uocabulo traduxit sic.Respicite ad eum & confluite,sed rectius rabi Salomon Gallus exponit illuminamini,ut sit sensus uidete. Sic etiam id quod supra fuit allegatum Isaiæ 60. tunc uidebis & afflues interpretantur aliqui: tunc uidebis & illuminaberis in qua sententia est rabi Dauid Kimhi in commentarijs. Inde nomen נְהָרָה lux uel lumen. Iob 3. Nec illustretur lumine, inde illud quod legitur Iudicum 6. Feceruntq; sibi antra & speluncas in montibus, id est,fecerunt subterraneas rimas seu fissuras tanquam fenestellas per quas lumẽ eis ad foueas latenter incideret hoc enim uocabulum insinuat.

✠ נוא Deseruit,uitauit uerbũ graue,infregit,cessauit,irritauit,cõtradixit, deserere uel discedere fecit.Numeri 30. Si autem statim ut audierit contradixerit pater:& eiusdem 32. Cur subuertitis mentes filiorum Israel, id est, ad quid infringitis sententias filiorum Israel:uel potius cur uitare facitis corda filiorum Israel,& quandoq; deficit aleph & mutatur uau in iod,ut Psalmo 141. Oleum autẽ peccatoris nõ impinguet caput meum, quod rabi Salomon interpretatur non deferet uel nõ uitabit caput meum: quẽ Nicolaus de Lyra uolens imitari exponit non prohibebit caput meum:cæterũ non recte hic transfertur peccatoris, sed oleum principis siue regis.Item ab hoc uerbo deriuatur nomen תְּנוּאָה Numeri 14.Et scietis ultionem meam, & est sic iuxta

iuxta mentem Onkeli, sed secūdum proprietatem linguę significat desertionem uel discessiouem, ut illic recte cōmentatur rabi Salomon. נוא Alexandria. Nahum 3. Nunquid melior es Alexandria populorum, ubi uideas Hieronymum in commētarijs super duodecim, & supra in principio nun.

❦ נוב Excreuit, fructificauit, propagauit, germinauit: nostra trāslatio habet multiplicauit: Psal. 92, Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi, pro quo Hieronymus in suo de hebraica ueritate psalterio sic uertit: adhuc fructificabūt in senectute, & geminata beth litera נובב Zacharię 9. Et uinum germinans uirgines: & uide quam contrariū interpretać nostra translatio Threnorū 4. quoniam isti extabuerunt, consumpti à sterilitate terrę: quod hebraice sic: Quoniam isti esfluent transfossi fertilitate agri, sed Prouerbiorum 10. parturire transfertur, os iusti parturiet sapientiam, hoc est, propagabit. Inde nomē ניב propago siue germen aut surculus siue palmes, quod fructum legimus Isaię 57. Creaui fructū labiorū, & illud Ionathas chaldaice traduxit sermonem. Vnde id quod legimus Malachiæ 1. Et quod supponitur cōtemptibile est cum igne quod illud deuorat: Hebræi iuterpretantur, Et sermo eius scilicet sacerdotis offerentis contemnitur & esca illius scilicet altaris ut panis & adeps &c. nam ignis hic nulla fit mentio, sed sunt qui similiter fructum à superiori significato exponunt cui aliquantulum aspirat Hieronymus in commentarijs cum ait, Fructus autem altaris ignis est cibusq́ ignis hostię uel holocausta.

❦ נוד Eiectus, mobilis, profugus, Genesis quarto. Vagus & profugus eris in terra, super terram. Inde moueri. Nahum 3. Quis commouebit super te caput, super quo Hieronymus in commentarijs recte sic ait: in Hebræo non habetur caput, sed nos apposuimus ut sensus manifestior fieret. Symmachus interpretatur lugebit, Septuaginta interpretes gemet: & Ieremiæ decimooctauo, & mouebit caput suum, & Prouerbiorum uicesimosexto. Sicut auis ad alta transuolans, id est, sicut auis ad mouendum: sic Ieremiæ quinquagesimo. Et moti sunt & abierunt, & in alia forma Psalmo tricesimosexto. Et manus peccatorum non moueat me, per iod literam: & in alia forma נד Genesis quarto. Et habitauit profugus in terra. נוה Habitauit, cōstitit, sustentatus est, permansit, stetit erectus. Habacuk secundo. Sit erit uir superbus & non decorabitur, rectius sic, Vir superbus non stabit erectus, iuxta thargum Ionathæ, hoc est, Nabuchodonosor uir arrogans & superbus non consistet in permanētia regni sui, quasi diceret, non permanebit in statu suo. Inde נוה nomen consistentia, status, mansio, habitaculū, ædes. Ieremiæ decimo. Et decus eius dissipauerunt, quod Hebræi legunt, & habitationes eorum seu ædificium eius de uastarunt, cui lectioni uidentur etiā Hieronymus & Nicolaus de Lyra consentire in commentarijs: nam Hieronymus sic scribit, quod in tantam solitudinem redegerunt Ierusalem ut publicarum & priuatarum ædium omnia dissiparent. Lyra sic, dissipaueruut scilicet templum in quo Iudæi maxime gloriabantur, unde uerius translatio nostra uertit: Exodi 15. Ad habitaculum sanctum tuum,

quo in loco etiam eius nominis uerbum
legitur. Iste deus meus & glorificabo
eum, quod secundum proprietatem lin⸗
guæ sic Hebræi legunt: Iste deus meus
& hospitabo eum seu tabernaculum ha⸗
bitationemq; ei faciam, sic enim Onke⸗
lus chaldaice transtulit: Iste deus meus &
ædificabo ei sanctuariū. Significat etiam
speciosam uxorem secundum Paulum
Burgensem & magistrum Dauid Kimhi
in libro de radicibus quæ semper domi
habitat. Vnde Septuaginta transtulerūt
græce oreoteta, id est, decorē, quod nos
legimus speciem: Psalmo 68. Et speciei
domus diuidere spolia, pro quo in Psal⸗
terio suo Hieronymus sic: Et pulchritu⸗
do domus diuidet spolia: quod rabi Salo
mon de synagoga Israelitica intelligit, id
etiam Lyra exponit de ecclesia: & Iere⸗
miæ 6. Speciosæ & delicatæ assimilaui fi
liam. Significat etiam tugurium seu ta⸗
bernaculum pastorum quo caulam sæpe
intelligunt, quamuis translatio nostra in
terpretetur pascua: 2. Regum 7. Ego tu⸗
li te de pascuis, euidentius legitur Sopho
niæ 2. Et erit funiculus maris requiespa⸗
storum, ubi Septuaginta etiam traduxe⸗
re pascua pastorum: sed Ionathas Chal
dæus domunculas pastorū uertit, & quan
doq; plurale mutat alterum uau in aleph
נְאוֹת ut Ioëlis 1. Quia ignis comedit spe⸗
ciosa deserti, id est, tuguria pastorum in
deserto. Volunt autem quidam dicere
quod sit cuiusdam loci in deserto propri⸗
um nomen, sed Hieronymus generali⸗
ter intelligit aut plana camporū aut pra⸗
torum florentia aut uirentia herbis loca
quæ pascua præbuere iumentis; hæc o⸗
mnia propter significatum habitaculi o⸗
riuntur transsumenda. Iob 8. Et pacatū
reddet habitaculum iustitiæ tuæ: & Iere⸗
miæ 31. Pulchritudo iustitiæ mons san⸗
ctus, quod Iudæi legunt similiter habita⸗
culum dicētes: habitaculū iustitiæ mons
sanctus, quod secundum rabi Ioseph pa⸗
trem Dauidis Kimhi in eiusdem cōmen
tarijs intelligitur de domo sanctificatio⸗
nis & de mōte unde procedet omnis be⸗
nedictio in æternum, quia deus benedicet
illum in diebus Messiæ benedictiōe quæ
nunquam terminabitur: hæc Ioseph. Sæ
pius tamen aliter & aliter uariant transla
tiones, ut Ieremiæ 23. Et conuertā eos ad
rura sua, id est, ad caulas seu mapalia sua.

✱ נוּחַ Requieuit. Habacuk 3. Re
quiescam in die tribulationis: & Isaiæ 57.
Requiescent in cubili suo, & 1. Regū 25.
Locuti sunt ad Nabal omnia uerba hæc
ex nomine Dauid & siluerunt, pro & re
quieuerunt atq; cessauerunt. Ionathas
Chaldæus interpretatur & finierunt: qđ
in sermone nos solito appellamus pausa⸗
re. Est autem pausare diductum à græco
uerbo futuri temporis pausomæ, id est, de
sinā, quiescam, cessabo, id quod hoc uer⸗
bum נוּחַ similiter designat. Genesis 8.
Requieuitq; arca mense septimo. Inde
nomen נַח quietum, tranquillum, iocū⸗
dum, suaue ac placēs, seu placidum. Nu⸗
meri 28. Holocaustum suauissimi odo
ris atq; incensi est domino, id est placidis⸗
simi, ubi geminatur heth litera, & nomē
in alia forma נַחַת Ecclesiastis 4. Meli⸗
or est pugillus cum requie, & eiusdem
9. Verba sapientum audiuntur in silētio,
id est, cum tranquillitate ocio requie. In⸗
de uerbum graue הֵנִיחַ transitiuū tran⸗
quillificare si liceat dicere, Exodi 33. Et re⸗
quiem dabo tibi, id est, cōpescam te uel
mitigabo te, sic Ezech. 16. Et requiescet
indigna⸗

indignatio mea in te: & Isaię 11. Et requiescet super eum spiritus dñi. Inde nomen requies sub uarijs formis מְנֻחָה & תְּנֻחָה Esther 2. Et dedit requiem uniuersis prouincijs, item aliter: Psalmo 119. Conuertere anima mea in requiem tuam.

* נוט Cõcussit, mouit. Psalmo 99. Moueať terra, ꝑ quo Hieron. cõcutiať.

* נום Obdormiuit seu dormitauit. Nahum 3. Dormitauerunt pastores tui rex Assur: & Psalmo 76. Dormierunt somnum suum: & Psalmo 121. Neq̃ dormitet qui custodit te ecce nõ dormitabit. Inde nomen תְּנוּמָה dormitatio: Prouerbiorum 6.

* נוס Fugit, abijt, euanuit, secessit: Deuteron. ultimo. Nec dentes illius moti, pro quo rectius Iudæi sic legũt. Et non fugerat speciositas eius: quod chaldaica translatio habet sic, Et non alterabať speciositas decoris uultus eius, ut diximus in litera lamed: & Iosue 8. pro eo quod habeť fugiemus & terga uertemus, legunt Hebræi, fugiemus ante eos: & Isaiæ 30. Sed ad equos fugiemus ideo fugietis. Inde uerbũ graue הֵנִיס fecit fugere, hoc est, fugauit. Exodi 9. Fecit confugere seruos suos & iumẽta in domos. Inde nomẽ מָנוֹס Ierem. 46. Fugierunt conciti, pro fugam fugerunt, quod & prothesin patitur & paragogen. Isaiæ 42. Nec in fuga properabitis.

* נוע Mouit, concussit. Amos 9. Et concutiã in omnibus gentibus domum Israël sicut cõcutitur triticum: & passiue Nahum 3. Si concussę fuerint cadent in os comedentis, & reperitur per concisionem literę uau. Amos 4. Et uenerũt duę & tres ciuitates, id est, mouerunt uel cesserũt: & Genesis 4. נָע Et ero uagus & profugus in terra. Inde nominantur מְנַעַנְעִים instrumenta musica ænea quibus appendent multa crepitalia à concutiendo & mouendo sic dicta: & à Gręcis sistra à sio qđ in futuro habet siso id est, quatio, concutio: 2. Regum 6. Et sistris & cymbalis.

* נוף Pampinauit, frondificauit, circumstipauit surculos aromatũ: Prouerbiorum 7. Aspersi cubile meum myrrha & aloë: hoc est, inseui uel infixi in cubilę meum surculos seu frondes aromatum, Inde nomẽ נוף surculus, palmes, ramus, propago seu frutex aromatũ: Psal. 48. Fundatur exultatione uniuersę terrę, qđ miror ita de gręco esse translatũ: Septuaginta enim gręce sic: eurizo agalliamiti, id est, bene radicato gaudio uniuersę terrę, sed rabi Salomon eo loci noph interꝑtať arbusculã, quasi uerbũ ẽ uerbo dicẽdum sit, ciuitas quæ est pulcher surculus aromaticus lętificãs omnem terrã, translationes nostrę fauũ esse uoluerunt. Canticorum 4. Fauus distillans labia tua spõsa: & Prouerbiorum 24. Et fauum dulcissimum gutturi tuo. נוף Leuauit seu eleuauit mouendo hinc & inde. Numeri 6. Susceptaq̃ rursum ab eo eleuabit in conspectu domini, quod de uerbo ad uerbum secundum Onkelum Chaldæum sic est legendum, & eleuabit ea sacerdos eleuationem coram domino, ubi notabis duas eleuationes in sacrificijs, unã sursum & deorsum & uocatur תְּרוּמָה aliam dextrorsum & sinistrorsum seu antrorsum & retrorsum, nominaturq̃ à pręsenti uerbo תְּנוּפָה simile ponitur Leuitici septimo. Pectusculum enim eleuationis & armum separationis, sic Leuitici octauo. Tulitq̃ pectusculum eleuans

illud coram domino, id eſt, mouens hinc & inde.

* נוץ Floruit. Canticorum 7. Si floruerũt mala punica: ſic Eccleſiaſtis 12. Et florebit amygdalus, ubi aleph ponitur loco iod in medio dictionis. Inde nomen נִצָּה flos. Geneſis 40. Paulatim in gemmas & poſt in flores, quod uerbum è uerbo ſic legitur, & erat in gemmãdo aſcẽdit flos eius, nam ultima litera he eſt mappik: poteſt tamen etiam de ſubſtantia dictionis eſſe quę alias mutet in thau: Iob 15. Et quaſi oliua proiciens florem ſuum. Aſſumit & quãdoq; literam nun. Canticorum ſecundo. Flores apparuerunt in terra. נוֹצֵץ Effulſio, ſcintilla: Ezechielis primo. Et ſcintillæ quaſi aſpectus æris. Alio in loco reperitur prima per iod ſcripta, Iſaiæ primo. Et opus eius quaſi ſcintilla, & pro eo quod nos legimus Pſalmo 132. Super ipſum autẽ efflorebit ſanctificatio mea, rabi Salomon interpretatur ab igne ſeu ſcintilla illuminabit: quaſi diceret, ſcintillabit ſeu effulgebit.

* ניר Lucibulũ, lucerna: 3. Regum 11. ut remaneat lucerna Dauid ſeruo meo. Ionathas Chaldęus ſic interpretať, ut confirmetur regnũ ipſi Dauid ſeruo meo. Inde ſolẽt Hebręi hũc uerſum Pſalmi 132. Paraui lucernã Chriſto meo ſic legere: Diſpoſui regnũ Meſſiæ meo, ſed in Pſalmo 119. concordant nobiſcũ dicẽtes: lucerna pedibus meis uerbum tuũ, quod ſcribitur per zere נֵר ſuperius autẽ per hirek, & declinať plural. in genere fœm. Deriuatur ab eo per protheſin mem & paragogen he מְנוֹרָה candelabrũ. Exodi 40. Candelabrũ ſtabit cũ lucernis ſuis, quod uerbũ è uerbo ſic, Et induces candelabrum & eriges lucernas ſeu lucibula eius. ניר Sulcus, nouale. Oſeæ 10. Innouate uobis nouale, id eſt, ſulcate uobis ſulcos: & Prouerb. 13. Multi cibi in noua libus patrum, alij ſic, Multa eſca in ſulcis pauperum, ſcilicet quos pauperes arant.

* נוש Languit, infirmabatur, ægretulit. Hieronymus interpretatur deſperauit in ſuo de hebraica ueritate Pſalterio: Pſalmo 69. dicens: Opprobrio cõtritum eſt cor meum & deſperatus ſum: ſed uerius ſic, opprobrium confregit cor meum & infirmatus ſum, ubi Septuaginta interpretes nominaliter uerterunt τα leporian: & noſtra trãslatio legit improperium expectauit cor meum & miſeriam: ſed ſecundum Hebræos uerbũ eſt & non nomen, rabi Salomõ uoluit literam aleph de ſubſtantia uerbi eſſe אנוש & per defectũ alterius aleph quod perſonã primam denotat hoc loco ſic ſcriptum: ſed rabi Iona uerbum eſſe primitiuum נוש docuit, & illud ipſum aleph quod per protheſin legitur perſonam primam deſignare, quod uerum puto: uidebis ſupra in aleph.

* נזד Coxit, ebullire fecit. Geneſis uiceſimoquinto. Coxit autem Iacob pulmentum. Inde nomen נָזִיד ius coctum ſiue pulmentum, ut in allegato uerſu: & Haggæi ſecundo. Panem aut pulmentum.

* נזה Aſperſit: Leuitici 4. Tincto digito aſpergens ſepties contra uelum. Inde nomen מַזֶּה aſperſor qui aſpergit. Numeri 19. Ipſe quoq; qui aſpergit aquas lauabit ueſtimenta ſua, hæc omnia per defectũ nun literę: qua propter zain recipit dages.

* נזל Fluxit: Iſaię 64. A facie tua montes

montes defluerent. Inde נוזלים flueta & riui: Psalmo 78. Et eduxit aquã de petra, pro quo Hieron. Et eduxit uiuos: & Canticorum 4. Puteus aquarum uiuentium quę fluunt impetu de libano, cuius uerbũ sequitur ibi. Et fluent aromata illius. Iterũ per aphęresin nun literę quæ sæpe deficit, quod indicat punctus dages.

* נזם Inauris, torques, uel ornamẽtum narium. Prouerbiorũ 11. Circulus aureus in naribus suis: ubi suis nõ est pronomen relatiuum, sed nomen sus suis, id est, porci: & pluraliter ponitur Genesis 35. Et inaures quę erant in naribus eorũ.

* נזק Læsio, damnum, nocumentum, scribitur sex punctis. Esther 7. Atq; utinam in seruos & famulos uẽderemur esset tolerabile malũ & gemens tacerẽ, nunc autem hostis noster est cuius crudelitas redundat in regẽ: quod Hebręi uerbum ẽ uerbo sic legunt: & si in seruos & seruas uenderemur tacuissem, quia non tribulator uersaret circa damnum regis. Inde uerbũ & deriuata quę magistris Hebræorum sunt in usu maxime in suis constitutionibus de iniurijs & damno dato: sic scribitur Danielis 6. Et rex non sustineret molestiam: quod rectius sic legendum est, Et rex non esset damnificatus.

* נזר Religauit, separauit, abstinuit, restrinxit, diuisit. Leuitici 22. Vt caueant ab ijs quę cõsecrata sunt: pro quo Hebræi sic legunt, Et separentur seu religantur à sanctificatis: & Numeri 6. A uino & omni quod inebriare potest abstinebunt. Inde נזיר Nazaręus, separatus, religiosus, deuotus, restrictus, diuisus & solitarius tanquã monachus. Numeri 6. Hęc est lex nazaræi, id est, religiosi: & alia forma nominis uerbalis נֵזֶר Numeri 6. Cunctis diebus quibus ex uoto dño consecrantur: uerbũ ẽ uerbo proprie sic, Cunctis diebus religionis suę uel abstinẽtiæ separationis, aut monachatus sui: unde solet dici longam cæsariem gestanti, tonde religionem tuam uel abrade consecrationem tuam. נזר Corona, diadema: 2. Regum 1. tuli diadema quod erat in capite eius, sic intelligunt illud Leuitici 21. quia oleum sanctę unctionis dei sui super eum est, quod Onkelus chaldaice interpretatur: quia כליל id est, corona olei maiestatis dei super ipsum, similiter illud Numeri 6. quia consecratio dei sui super caput eius est: & sic scribitur quinq; punctis.

* נחה Minauit, duxit: Psalmo 77. Deduxisti sicut oues populum tuum, & Psalmo 108. Quis deducet me usq; in Idumęam, inde uerbum transitiuum tertij הנחה quasi ductificauit, id est, misit uel dimisit: ut Exodi 32. Dimitte me ut irascatur furor meus.

* נחל Hæreditauit, quod translatio nostra possedit interpretaẽ. Exodi 32. Et possidebitis eam semper: sic Num. 32. usq; dum possideant filij Israẽl hęreditatẽ suam: quod uerbũ ẽ uerbo legũt Hebręi, quousq; hęreditabiẽ filijs Israel cuiq; hæreditas sua, & sequiẽ, Nec quicquã quęremus trans Iordanẽ, nos ꝓprie sic: Quoniam non hęreditabimus cũ eis: sic Psal. 82. Quoniã tu hæreditabis in omnibus gentibus, inde nomen נחלה hęreditas Psalmo 94. & hęreditatẽ tuã uexauerũt, similiter Deuteron. 30.. Iacob funiculus hæreditatis eius, & eiusdẽ 18. non habebunt sacerdotes & leuitę &c. partem & hæreditatẽ cum reliquo Israẽl, dñs enim ipse est hæreditas ęorum.

✻ נחל Flumen, fluuius, torrens, riuus. Iosue 13. Ab Aroër quæ sita est in ripa torrẽtis Arnon, & pluraliter Ecclesiastis 1. omnia flumina intrãt in mare: & 2. Regũ 22. torrẽtes Belial terruerunt me. Significat etiã uallẽ angustã in qua deriuatur fluuius tametsi quãdoq; exiccet & arescat. Ioëlis 3. pro eo quod legimus, & irrigabit torrentẽ spinarũ, Symmachus magis proprie traduxit uallẽ, & quod Septuaginta ibidẽ schœnon græce interpretati sunt, hoc non intelligit pro torrente funiculorũ, ut Hieron. putauit: nam etiã illud uocabulũ græcũ schœnus herbam significat præacutã, quã latine gladiolũ dicimus uel iuncũ in morẽ acus nascentẽ secundũ Suidã, sed rectius gladiolũ tã à fodiendo quã etiam à scindendo uelut mucro, quod Aristophanes in comœdia quã inscripsit Acharnanas his uersibus insinuat: Et non dimittã quin prius schœnus eis infigar, acutus dolorosus incisiuus. Voluerũt ergo Septuag. intelligere non torrentẽ funiculorũ sed spinosissimarũ & acutissimarũ herbarũ quę & pungant & scindãt, sicut et Michęę 6. de Setim usq; ad Galgalam, id est, de carecto, sic intelligunt Hebręi illud qđ legimus Gen. 26. Foderũtq; in torrentẽ & repererũt aquã uiuã, quis enim puteũ foderet in torrẽte quin potius in ualle ubi solẽt reperire aquę uiuę propter uicinos montes.

✻ נחם Consolatus est, quod translatio nostra periphrasticos exponit sic: Genesis 24. Vt dolorẽ qui ex morte matris acciderat temperaret, uerbum è uerbo ita: & consolabatur Ishac post matrẽ eius, & Isaiæ 40. Consolamini cõsolamini popule meus: sic Ieremiæ 31. Noluit consolari super filijs eius quia non sunt; & Ruth 2. Quod consolatus es me. Inde nomen נחום Zachariæ 1. Verba consolatoria. נחם Pœnituit: 1. Regum 15. Pœnitet me quod constituerim Saul regem, & eodem loco. Et dominum pœnitebat quod constituisset regẽ Saul super Israël: & eodem. Pœnitudine non flectetur neq; enim homo est ut agat pœnitentiam. Sic transsumptiue significat ignoscere, parcere, misereri. Ionæ 3. Et misertus est super maliciam, quod Septuag. interpretes uerterunt. Et egit pœnitẽtiam deus, sic Iob 42. Ago pœnitentiam in fauilla & cinere, aliter: 1. Regum 24, sed pepercit tibi oculus meus, & omnia eius uerbi significatiua denotant stimulationem, compunctionem, resipiscentiam, & sententiæ mutationem.

✻ נחץ Festinauit, urgebat: 1. Regũ 21. Sermo enim regis urgebat, id est, festinus erat, uel potius ita legendum est uerbum è uerbo. Quoniam erat negocium regis festinatum, uel secundum Ionathã chaldaicum sic. Quia erat uerbum regis in acceleratione.

✻ נחיר Naris: Iob 41. De naribus eius procedit fumus: & eiusdem 39. Gloria naris eius terror.

✻ נחש Practicauit, experimentatus est, uel experimento didicit, ac arte quadam arcana tentauit: Genesis 30. Experimento didici quia benedixerit mihi deus propter te, quod chaldaica Onkeli translatio uertit tentaui, & eiusdem 44. Scyphus quem furati estis ipse est in quo bibit dñs meus & in quo augurari solet, & infra: An ignoratis quod non sit similis mei in augurãdi sciẽtia. Vtrobiq; ponunt hæc duo simul iuncta scilicet augurãdo augurat uel diuinãdo diuinabit, & expo

& exponunt sic quod inquisiuit diuinos augures propter eum uel pro eo. Inde nomen נַחַשׁ Numeri 23. Non est augurium in Iacob, & eiusdem 24. Nequaquam abijt ut ante perrexerat ut auguri um quęreret. נָחָשׁ Serpens. Genesis 3. Sed & serpens erat callidior: & Numeri 21. Serpentes ignitos, & eodem loco. Locutus est dominus ad eum: fac serpentem æneum & pone eum pro signo, sed in Hebræo non sic legitur, neq; serpens neq; æneus, ut scribunt rabi Salomon & rabi Moses Gerundensis, sed sic secundum Onkelum Chaldęum. Fac tibi adustionē, & intellexit Moses ex ipsis uerbis domini spiritu prophetico quod contra naturam & similia similibus uoluit curare, & contraria contrarijs, nihil autem tam contrarium in morsu uenenato quam uidere animal rabidum quod nocuit uel eius imaginem, & nihil tam simile ardenti quam æs coruscans. Fecit igitur serpentis imaginem qui nocuit & splendorem æris addidit ut ardorem imitaretur, quatenus impleretur quod dominus dixerat Deuteronomij 32. Ego occidam & ego uiuere faciam, percutiam & ego sanabo. נְחשֶׁת Cuprum, æs, ahenum, æreum. Ezechielis 1. Quasi aspectus æris candentis: & 4. Regum 18. Confregit'q; serpentem æreum quem fecerat Moses, ubi habetur quod Israël in modum idoli colebat eum, & uocabatur נְחֻשְׁתָּן nehysthan quasi ahenus siue ahenulus, quia nun finalis litera est diminutiua forma apud Hebręos, & Genesis 4. Faber in cuncta opera æris & ferri, & in forma alia Leuitici 26. Dabo uobis cœlum desuper sicut ferrum & terram æneam, & hoc modo duriciem & fortitudinem significat. נְחֻשְׁתַּ Pedica ærea qui compedes dicuntur: Threnorū 3. Aggrauauit compedes meos, & pluraliter in masculino: 2. Regum 4. Et pedes tui non sunt compedibus aggrauati.

נָחַת Oppressit, cōtriuit, depressit, inflexit, infixit, incumbere seu occūbere fecit, fregit: Ioelis 3. Ibi occumbere faciet dominus robustos tuos: pro quo chaldaicum Ionathę sic: contriuit seu fregit: & Psalmo 38. Quoniam sagittæ tuæ infixe sunt mihi: est enim passiuum, & cōfirmasti super me manum tuam, hoc est, & depressisti super me manum tuam uel descendere fecisti: & 2. Regum 22. & componēs quasi arcum æreum brachia mea, id est, inflectēs sicut tenditur arcus.

נָטָה Tetendit, extendit, declinauit: 3. Regum 2. Venit autem nuncium ad Salomonem, ubi in Hebręo ponitur rumor uel auditus: & sequit, quod Ioab declinasset post Adoniam & post Salomonem nō declinasset. Et per defectum nun: Isaię 30. Declinate à me semitam, similiter Prouerbiorum 4. ne declines ad dexteram neq; ad sinistram: sic ibidem inuenies ubi caret & principio & fine, paulo superius, ad eloquia mea inclina aurem tuam, sed integrum ponitur: Exodi 14. extēde manum tuam, defectiuum autem ibidem paulo superius, cumq; extendisset Moses manum, similiter Genesis 26. & inuocato nomine domini extēdit tabernaculum. Inde מִטָּה id est, lectus secundum aliquos: Genesis 47. Cōuersus ad lectuli caput, & eiusdem 49. collegit pedes suos super lectulum. De baculo uide supra in mem: putant aliqui quod quia inclinamur super illo quod ab hoc uerbo deriuetur, & significat etiam

omne fulcimentum & sustentationem, & declinaẽ pluraliter in genere tam masculino quam fœminino, quęre de ambobus in litera mem.

* נָטַל Portauit, leuauit, iecit: Threnorum 3. quia leuauit se super se, & Ionę 1. Mittite me in mare, id est, proijcite: & Isaię 40. Ecce insulę quasi puluis exiguus, pro quo dici deberet proiectus. Consueuit autẽ Chaldęus Ionathas pro uerbo eleuare uel portare hoc nostrũ ponere, ut Isaię 30. Portãt sup humeros iumentorũ diuitias suas; unde quod portaẽ uel leuaẽ onus, ab eodẽ Ionatha isto uocabulo enũciatur, ut in loco allegato Isaiæ 30. Onus iumentorũ austri: sic Prouerbiorũ 27. Graue est saxũ & onerosa arena, quod scribitur quinq; punctis: & Sophonię 1. disperierũt omnes qui inuoluti sunt argento, uel secundum Septuaginta qui erecti sunt argẽto, quod Hebræi magis proprie legunt, qui onerati sunt argẽto, id est, omnes qui portant argentum.

* נָטַע Plantauit. Ecclesiastis 2. plãtaui uineas, feci hortos & pomaria & cõseui ea cuncti generis arboribus: qđ uerbũ è uerbo sic, Feci hortos & paradisos & plantaui in eis lignũ omnis fructus: & Ieremiæ 29. plantate hortos, & per aphęresin nun Ecclesiastis 3. Tẽpus plantãdi. Hinc מַטָּע planta. Idem נֶטַע Iob 14.

* נָטַף Emanauit, guttauit, stillauit. Canticorum 5. Manus meę stillauerunt myrrhã: & Psalmo 68. Etenim cœli distillauerunt: & Canticor. 4. Fauus stillans labia tua sponsa, & Iob 29. Super illos stillabat eloquiũ meũ, & per defectionẽ nun literę ut sępe fieri solet Micheę 2. Stillabo tibi in uinũ, & Ezech. 20. Stilla ad Africum. Inde nomen uerbale מטיפה quod translatio nostra circũloquitur Micheæ 2. & erit super quẽ stillatur populus iste.

נָטָף Opobalsamũ, & secundũ rabi Salomonẽ super librũ Exodi est resina quę stillat de ligno aromatico inciso: & cõmuniter gumi dicitur secundũ eum, latine uero gutta genus aromatis, & grece stacte. Exodi 30. Sume tibi aromata & staẽten. Est autẽ secundũ Pedacium Dioscoridẽ de materia medicinali libro 1. Stacte recẽtis myrrhę pinguedo incisæ & quodã instrumẽto cum aqua modica detritę maxime odorifera fitq; ungentũ: sed qđ rabi Salomon scripsit נָטָף nominari thiriacã, impugnat rabi Moses Gerundẽsis in libro 2. super pentateuchũ dicens, thiriacam compositã & quomodo & ex quibus, & quare sic dicatur, & prosequitur ad longũ, nataph uero de quo hic fit mẽtio simplicẽ esse resinã pinguẽ stillantem ex ligno balsami quod dicimus opobalsamũ, id est, succũ balsami, de quo plene p Dioscoridẽ grecũ medicinę autorẽ lib. 1. cap. 21. Omnis autem liquor preciosus apud maiores græcorũ stactos dicebaẽ, quod Aristophanes comicus græcus indicat in comœdia quę inscribitur plutus, ubi penia, id est, paupertas arbitraẽ nihil nos diuitiarũ habituros esse si auro & pecunia omnes abundaremus, & inter cætera sic ait. Nec enim habebis ungẽtis redolere stactis, id est, liquoribus utilibus. In tanta autẽ precio stacte habita est, ut Antiochus à Polybio scribatur donatus ducẽtis libris stactę: deriuaẽ à uerbo stazo, id est, stillo, quod in futuro habet staxo: unde estagmæ estaxę estactę. Inde stacte, quo rectius putarim ipsius uerbi nataph proprium esse significatum. Hæc ideo paucis adnotaui, ut sciatis in pluri-

mis uocabulis rerum uariā & diuersam autoribus etiam grauissimis esse opinionem, ut hic, tam enim myrrha sudat suc cum quam etiam balsamū arbustula utraq; corticem incisa: ut Plinius libro 12. naturalis historiæ capite 16. & capite 54. indicat. נְטִיפוֹת Monilia uel colli ornamenta quę murenulę dicuntur: Iudicum 8. Absq; ornamentis & monilibus: & Isaię 3. & monilia.

☩ נָטַר Custodiuit. Canticorū 1. Vineam meam non custodiui. Inde nomē נוֹטֵר ut in eodem loco. Posuerunt me custodem uineis, pręceptor meus (misericordia dei ueniat super eum) Iehiel Ioans Iudęus ostendit mihi hoc uerbum significare etiam scilicet iniuriam seruauit in corde uel exprobrauit. Nahum 1. Et irascens ipse inimicis suis: & Ieremiæ 3. Nunquid irasceris in perpetuum, id est. Es ne seruator iniuriarū in corde in ęternum, uel sic, Custodis ne rancorē in corde semper. Inde dicitur signum ad quod balistarius tendit, meta quam quis considerat, scopos quem quis obseruat, consideratio quam quis custodit, scilicet à custodiendo & obseruando מַטָּרָה Iob 16. Et posuit me sibi in signum, & he finalis mutatur in aleph מַטָּרָא ut Threnorū tertio. Et posuit me quasi signum ad sagittam. Significat etiam obseruantiam & custodiam. Nehemię 12. Et steterunt in porta custodię.

☩ נָטַשׁ Proiecit, intermisit, dereliquit, dimisit: 1. Regum 10. Intermissis pater tuus asinis sollicitus est pro uobis: & Iudicum 6. nunc autem dereliquit nos, & Isaię secundo. Proiecisti enim populū tuum. נָטַשׁ Sparsit, extendit. Numeri undecimo. Et dimisit in castra itinere quantum uno die confici potest: id est, dispersit in castra, sic exponunt illud Oseæ duodecimo. Et sanguis eius super eum ueniet, id est, spargetur. נְטִישׁוֹת Rami, uirgulta, propagines: Ieremiæ quinto. Auferte propagines eius, & eiusdem 48. Vinea Sabama propagines tuæ transierunt mare.

☩ נִין Filius. Isaię 14. Et germen & propaginē, qd' magis proprie Ionathas Chaldęus interpretat sic: בַּר וּבַר בַּר id est, filius et filius filij, ut sic dicat scriptura, perdā Babylonis nomen & reliquias & filiū & nepotē, sic Psalmo 74. Dixerunt in corde suo cognatio eorū simul: pro, filij eorū simul. Iudæi neoterici eam dictionē libenter uerterent nepotē, sed chaldaica translatio cui plurimā fidē habent aduersaē eis, ut supra auditū est, quanquā Hieronymus noster forsitan pręceptori suo nimiū indulgens eos sequi uideatur nō modo in superioribus trāslationibus uerum etiam Iob 18. Non erit semen eius neq; propagines in populo: & Gen. 21. uocabulū hoc ad simplicē posteritatem transferēdo cū ait. Ne noceas mihi & posteris meis stirpiq; meæ, sed Onk. Chaldęus cū Ionatha pręallegato cōcordat in terpretādo sic: וּבְבְרִי וּבַר בְּרִי id est, uerbū è uerbo sic: & in filio meo & in filio filij mei, de quo si uelis erudiri clarius, lege ea quę uenerabilis magister Paulus episc. Burgēsis sacrarū literarū expositor mea sentētia literatissimus & doctor doctissimus in scrutinio scripturarū distinctionis octauę cap. 10. ubi dicit qd' ea dictio significat filiū & nullā aliam habet significationē in sacra scriptura, de hoc scripsit rabi Da. Kim. in lib. de radic. his uerbis, & ab eo uenit passiuū יִנּוֹן Psal. 72.

 ante

ante ſolem permanet nomen eius, quod ſecundum Abraham Aben Ezra nobis ita licet exponere, ante omne tempus filiabitur Meſſias, hęc ille, quamuis rabi Salomon traducat eam ſentētiam ad dominum & regnum ſimul. Quod multi Hebręorum libenter audiunt, & allegāt Prouerbiorum 29. Qui delicate à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem: id eſt, ſecundum eos dominum imperioſum, ſed iuxta mentē rabi Dauidis Kimhi, Seruus à teneris unguiculis delicate educatus à domino contendit tandem eſſe מָנוֹן id eſt, filiusfamilias, & eſt fortaſſe de filiatione ad hæreditatem & de hęreditate ad herile dominium trāſſumptio, non autem linguæ hebraicę proprietas.

* יָנַק Lactauit, nutriuit, Exodi 2. Suſcepit mulier & nutriuit puerum. Item paulo ſuperius. Accipe puerum iſtum & nutri mihi, cōſimile eſt יָנַק id eſt, ſuxit, de quo ſupra in litera iod.

* נֶכֶד Nepos: Iſaię 14. Et progeniem. Geneſis 21. ſtirpiq́ꝫ meę, & ſecūdum Dauid Kimhi Hiſpanum eſt filius filij, ſcribiturq́ꝫ ſex pūctis, ut Iob 18. Non erit ſemen eius neqꝫ progenies in populo, qđ rectius ſic legitur, Non filius ei non nepos in populo ſuo.

* נָכָה & in hiphil הִכָּה Percuſſit. Zacharię 9. Et percutiet in mari fortitudinem eius, & per aphæreſin nun literæ quod punctus dages indicat: 3. Regum 16. Irruens ergo Zambri percuſſit & occidit eum: deficit quandoqꝫ in principio & in fine: ut 1. Regum 19. Lancea autem caſſo uulnere perlata eſt in parietē: quod uerius uerbum ē uerbo ſic legitur: & percuſſit lanceam in parietem, ſic paulo ſuperius, pcuſſit eos plaga magna: & Exodi 9. percutiam te & populum tuum: ubi ponitur אַךְ id eſt, percutiam defectiuū in principio & in fine: nam ſola caph litera eſſentialis eſt, nun & he deſunt, & aleph indicat perſonam primam futuri tēporis ſingularis numeri, ut plenius in arte grāmatica. Hinc nomen מַכָּה percuſſio, plaga. נְכֵה Infirmus in pedibus, claudus uel podagricus: 4. Regum 23. Aſcendit Pharao Nechao rex Ægypti: id eſt, Pharao claudus, ſic ſolemus dicere Tiberius claudius à claudicando, ſic interpretatur translatio Chaldaica Ionathę. Pharao hagira, id eſt, claudicans, ſecundum illud quod legitur 2. Regum 9. Filius Ionathę debilis pedibus: ſimiliter intelligunt uerſum hunc Pſalmo 35. Cōgregata ſunt ſuper me flagella, id eſt, ægrotationes pedum, & in hijs ſępe mutatur he finalis in aleph.

* נֹכַח Penes, prope, propter, iuxta. Exodi 26. Et cōtra menſam candelabrū, id eſt, prope uel penes, quod alias habet in conſpectu. Exodi 14. In conſpectu eius caſtra ponetis, id eſt, in pręſentia: & Geneſis 25. Deprecatusq́ꝫ eſt Ishac dominū pro uxore ſua, id eſt, propter uxorem ſuam: & deriuat nomina & uerba & accipit pronomina ſubiunctiua & declinationes, ut נְכֹחִים recti Prouerbiorum 8.

* נָכַל Inſidiatus eſt, dolos ſtruxit, & ſi dicere liceret ingeniauit: ſic enim loquebatur pręceptor meus (miſericordia dei ſuper eum) Iacobus Iehiel Ioans Malachię 1. Maledictus doloſus, id eſt, ſecundum Dauid Kimhi in commentarijs ſuper duodecim, Maledictus excogitator fraudulentę adinuentionis: & Numeri 25. Quia & ipſi hoſtiliter egerunt contra

uos

uos & decepere insidijs, quod rectius sic legitur: quia hostes sunt uobis in dolis q̃s fraudulenter struxerunt uobis, non per idolum ut quidam mendosi libri habent sed per dolum, significat enim & dolum & insidias, & fraudem & astuciã, & deceptoriam adinuentionem seu industriam malã, nam ubi hebraice habetur orma, id est, astucia, ibi Onkelus in translatiõe linguæ chaldaicę utitur hoc præsente uocabulo: ut Exodi 21. Si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias, patet hoc Psalmo 105. Et dolum facerent in seruos eius.

✻ נְכָס Substantia, diuitię, res familiaris, bona tam mobilia quam se mouentia. Iosue 22. In multa substantia atq; diuitijs reuertimini.

✻ נָכַר Cognouit. Threnorum 4. Et non sunt cogniti in plateis: & Genesis 42. Et tamen fratres ipse cognoscẽs non est cognitus ab eis: & Prouerbiorum uicesimo. Ex studijs suis intelligitur puer, & sæpe deficit nun sicut in alijs Genesis 27. Et non cognouit eum. נִכַּר Retraxit seu abalienauit se, intumuit uel superbiuit. Deuteronomij 32. Ne forte superbirent hostes eorum, & clarius habetur eius significatio Genesis 42. Cum agnouisset eos quasi ad alienos durius loquebatur, uerbũ è uerbo sic: Cognouit eos & abalienauit se aduersum eos, ubi eiusdem uocis contraria uidentur significata. Superius enim uerbum significat se animo & cognitione applicare ad aliquem, hoc uero significat animum & cognitionem suam auertere ab aliquo & alienis gestibus uoluntateq; despicabili erga quemlibet uti ac quasi peregrinum se illi fingere. Inde ueniunt nomina נֵכָר & נָכְרִי peregrinatio & peregrinus, alienigena seu alienus: ut in Abdia. In die peregrinationis eius: & Exodi 12. Omnis alienigena non comedet ex eo: & Psalmo 18. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt. נִכַּר Intrusit, conclusit, translatio nostra habet tradidit: 1. Regum 23. Et ait Saul, tradidit eum dominus in manus meas.

✻ נְכֹאת Aroma: Genesis tricesimo septimo. Et camelos eorum portantes aromata super quo scribit rabi Salomon q̃d ea dictio significet in genere omne confectũ ex aromatibus, & cata epẽthesin interponitur aleph loco uau נְכֹאת quod Iudæorum neoterici exponunt ceram, intelligentes uersiculum allegatum de ceromate non aromate. Ionathas Chaldæus uolens res preciosas hoc uocabulo designare interpretatus est gazam. Isaiæ tricesimonono. Et ostendit eis cellam aromatum, quasi diceret, gazophylacium.

✻ נְלֹת Consummauit, finiuit, perfecit, desijt. Isaiæ 33. Cum fatigatus desieris contemnere contemneris.

✻ נָמַל Excidit, amputauit circumcidit. Genesis decimoseptimo. Et circũcidetis carnem præpucij uestri: & in eo loco diuersas formas eius uerbi inuenies, sępe enim perdit nun literam, sicut & alia eiuscemodi uerba, ut Iob 14. Quasi flos egreditur & cõteritur, id est, excidit uel putatur. נְמָלָה Formica: Prouerbiorum 6. uade ad formicam ô piger: & plural. in forma generis masculini eiusdem 30. Formicę populus infirmus.

✻ נָמֵר Pardus animal, quod græce pardalis dicitur cutem habens maculosam & uarigeratam, Ieremiæ 13. Aut

pardus

pardus uarietates suas: & pluraliter Habacuk 1. Leuiores pardis equi eius, & Ieremiæ 5. Pardus uigilans super ciuitates eorum. Neoterici dicunt nominari leopardum. Oseæ 13. Et ego ero eis quasi leena & sicut leopardus in uia Assyriorum, sic enim legunt.

* נָסַס Exaltauit, leuauit, sustulit. Isaiæ 59. Quem spiritus domini cogit, rectius sic, In quo flatus seu spiritus domini leuauerit. Nicolaus de Lyra exponit instigauerit. Theodotion, signatus est in eo. Aquila, signaculum eius, & hoc ideo quia in exercitu solet uexillum aliquod leuari ad quod milites dispersi confugiant, illudq; leuamen dicitur נֵס signum. Lucanus in libro ciuilium bellorum primo. Infestisq; obuia signis signa: sic Isaiæ 11. Et leuabit dominus signum in nationes, quod clarius intelliges ex uersu quem legimus Zachariæ 9. Quia lapides sancti eleuabũtur super terram eius, quia uero ad signum seu uexillum cõfugitur, ideo etiam hoc uerbũ fugere significat. Exodi 14. Fugientibus autem Ægyptijs occurrerunt aquæ, sed forte à superiori uerbo נוס nam propria huius uerbi significatio est leuare uel exaltare, patet hoc Exodi 17. Et uocauit nomen eius dominus exaltatio mea.

* נָסַג Comprehendit. Micheæ 2. Non cõprehendet confusio, & alibi duobus uerbis elocuta est translatio nostra significatum eius. Deuteronomij 19. Nõ assumes & transferas terminos proximi tui, id est, comprehendi facias, sic eiusdẽ 27. Maledictus qui transfert terminos proximi, id est, comprehendi facit,

* נִסָּה Tentauit. Genesis 22. Tentauit deus Abraham; & Psalmo 95. Vbi tentauerũt me patres uestri: & Exodi 17. Et uocauit nomen loci illius tentatio quia tentauerunt dominum. Inde alia nomina: ut Deuteronomij 29. Tentationes magnas & cætera. Nomina ista sunt נִסָּיוֹן & מַסָּה

* נָסַח Diruit, demolitus est. Prouerbiorum 15. Domum superborum demolietur dominus, inde nomen מִסַּח 4. Regum 11. Et custodietis excubias domus Messah, id est, secundum magistros Hebræorum, custodite domum ab euersione, uel domum ruinosam à demolitione: non est enim hic nomen alicuius regis proprium.

* נָסַךְ Fudit, propinauit, libauit, miscuit. Isaiæ 29. Quoniam miscuit uobis dominus spiritum soporis: & Exodi 25. In quibus offerenda sunt libamina: inde nomen מַסֵּכָה Exodi 32. Fecerunt sibi uitulum conflatilem, id est, fusilem: sic Isaiæ 40. Nunquid sculptile conflabit faber, id est, fundet. Item aliter Deuteronomij 32. Bibebant uinum libaminum: ex quo uersiculo Iudæi Alemanorum superstitiose plus quam cæterarum nationum nolunt cum Christianis uinum bibere, contra tamen mentem uersiculi, quod eis grauem hactenus concitauit inimiciciam & maxima damna. Numeri autem 28. multiplicem eius uerbi figuram reperies quandoq; per quinq; aliquando per sex puncta ut נֶסֶךְ item eodem cap. Et libabitis uini quartam partem hin per agnos singulos in sanctuario domini.

* נָסַךְ Constitui, ordinaui, præposui: Psalmo 2. Ego autem cõstitutus sum rex: quod Hieronymus multo melius de hebraica ueritate sic, Ego autem ordinaui regem meum; & Burgẽsis ille doctus

magiſter interpretatur ſic. Et ego conſtitui regem meum.

✤ נסע Profectus eſt, migrauit, egreſſus eſt, receſſit. Numeri 11. Ventus autem egrediens à domino: & hoc uerbum ſæpe ponitur Numeri 33. Profecti igitur de Ramaſſe. Itē de Succoth uenerunt in Etham, profectiq́ꝫ de Mara uenerunt in Elim: & Exodi 14. Tollensq́ꝫ ſe angelus domini, id eſt, profectus eſt angelus dñi. Inde מַסָּעִים quas nos manſiones appellamus filiorū Iſraël, profectiones dici debent & progreſſiones ſcilicet quando è manſionibus ſuis recedebant: ut Geneſis 20. Profectus inde Abraham in terram Auſtralē, & inuenitur aliquando tranſitiuum uerbum Exodi 15. Tulit autem Moſes Iſraël de mari rubro, id eſt, migrare fecit Iſraëlem de mari: ſic 3. Regum 5. Præcepitq́ꝫ rex ut tollerent lapides grādes. מַסָּע Arma bellica ſignificat, Iob 41. Neq́ꝫ haſta neq́ꝫ thorax, ubi credo quod uel propter ignorantiam uel propter diuerſitatem interpretum tranſlatio noſtra hoc uocabulum dimiſit intactum.

✤ נסק Scandit, aſcendit: Pſalmo 39. Si aſcendero in cœlum tu illic es.

✤ נעל Obſerauit ſiue clauſura obſignauit. Iudicum 3. Clauſis diligentiſſime oſtijs cœnaculi & obfirmatis ſera, ad hunc modum exponēdus eſt uerſiculus Canticorum quarto. Hortus cōcluſus, fons ſignatus, totū hoc ſignificat claudere ſera & obfirmare. מִנְעָל & נַעַל Calciamentum: Pſalmo 60. In Idumęa extendam calciamentum meum. Inde uerbum Ezechielis 16. Et calciaui te hyacintho.

✤ נעם Placuit, ſeu fuit dulce, iocundum, ſuaue, elegans, amœnū: 2. Regum 1. ubi nos habemus, frater mi Ionatha decore nimis, ibi hebraica ueritas legit, Dulcuiſti mihi uel dulcis fuiſti ſeu placuiſti mihi nimis. Ad hoc illud quod legitur Ruth 1. Ne uocetis me Noëmi, id eſt, pulchram, imò rectius dulcē quia ſequitur, Sed uocate me mara, id eſt, amaram, ſic illud Iob 36. Cōplebunt dies ſuos in bono & annos ſuos in gloria, id eſt, in ſuauitatibus & iocunditatibus, & Prouerbiorum 24. Qui arguūt eum laudabitur, rectius ſic, Et arguētibus dulceſcet uel ſuauis erit: & Pſalmo 16. Delectationes in dextera tua uſq́ꝫ in finem: ſic enim ſecundū Septuaginta interpretes canit eccleſia, quāuis hoc loco græca dictio terpnotis latine rectius iocunditas transferretur. Hieron. illud in ſuo Pſalterio traduxit. Decores in dextera tua ęternos, ſic habes in allegatis duobus uerſiculis Iob & Pſalterij nominis iſtius pluralē numerū in duplici forma tam maſculina quā fœminina, נְעִימוֹת & נְעִימִים

✤ נעץ Hinc נַעֲצוּץ Geminata per paragogen ultima litera ſignificat ſecundū Hieron. in commentarijs Iſaię libro 15. herbam uiliſſimā & amarā odoriſq́ꝫ peſſimi, quod nomen ipſe interpretatus eſt ſaliunculam. Iſaię 55. Pro ſaliuncula aſcendet abies, ſic ſcribit rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus quod ſit genus uirgulti abiecti, rabi Saadias dicit eſſe ſpinas albas acutiſſimas. Ionathas in tranſlatione chaldaica hic non uerba ſed tantūmodo ſenſum interpretatus eſt dicens, pro iniquitate erigetur iuſticia, quem rabi Salomon ſequi uidetur dum exponit, Poteſtas auferetur ab impijs & dabitur iuſtis.

✤ נער Clamauit, uociferauit, rugiuit: Ieremiæ

Ieremiæ 51. excutient comas ueluti catuli leonum, pro quo Hebræi interpretantur clamabūt ſicut catuli leonum, & chaldaica trāslatio Ionathę ſic habet, tanquā filij leonum exaltabunt uocem eorum. Huius inſtar ſolitus eſt rabi Ionas exponere uerſiculum Zachariæ 2. ubi nos legimus, Sileat omnis caro à facie domini quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo, aliter & ſic. Quia rugiuit de habitaculo ſancto ſuo. Cui expoſitioni aſſentitur rabi Ioſeph Hiſpanus pater Dauidis & filius Kimhi arbitraturq́ ſimile dicendi genus eſſe ei quod ſcribitur Ieremiæ 25. Dominus de excelſo rugiet & de habitaculo ſancto ſuo dabit uocem ſuam, ſi ue Ioëlis 3. Dominus de Sion rugiet.

נָעַר Deiectus, excuſſus, concuſſus uel exploſus fuit. Iſaiæ 33. Et concuſſa eſt Baſan & Carmelus: Pſalmo 136. Et excuſſit Pharaonem & exercitum eius in mare rubrum, & Pſalmo 109. Excuſſus ſum ſicut locuſta. נַעַר Puer uel iuuenis: Ieremiæ 1. Quia puer ego ſum, & 1. Regum 1. Puer autem erat adhuc infantulus. Ruth 2. Dixitq́ Booz iuueni qui præerat meſſoribus, & quia per ætatem minor eſt puer, & eum conuenit maiori hoc eſt, ſeniori miniſtrare, ideo accipitur etiam pro miniſtro cuiuſcumq́ ſit ętatis uel ſtaturæ. Geneſis 41. Erat ibi nobiſcū puer Hebręus eiuſdem ducis militum famulus: & Exodi 33. Miniſter eius Ioſue filius Nun puer: & 4. Regum 5. dixit Gehezi puer uiri dei. Inde נַעֲרָה puella: Geneſis 24. Puella decora nimis. & Ruth 2. Cuius eſt hæc puella. Inde nomē deriuatiuum נְעוּרִים & נֹעַר Pſalmo centeſimo uiceſimonono. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, Item in alia forma Ieremiæ 32. Iugiter facientes malū in oculis meis ab adoleſcentia ſua.

נָפַח Flauit, ſpirauit, exufflauit, & per conſequens ſuccendit. Haggæi 1. Et intuliſtis in domum & exufflaui illud, & Geneſis 2. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ: & Ezechielis 22. Ignem ad conflandum, & infra. Et ſuccendam uos in igne furoris mei, id eſt, conflabo. Inde מַפּוּחַ follis & ſufflatorium inſtrumētum quo ſemiſopitus ignis excitatur. Ieremiæ 6. Defecit ſufflatorium in igne, per protheſin mem literæ loco nun principalis, & Ezechielis 37. Et inſuffla ſuper interfectos iſtos & reuiuiſcent, & Malachię 1. & exufflaſtis illud.

נֹפֶךְ Lapis precioſus, translatio noſtra putat carbunculum. Exodi 28. & eiuſdem 39. In ſecundo carbunculum & ſaphirus & iaſpis, ſimiliter Ezechielis uiceſimooctauo. Saphirus & carbunculus & ſmaragdus, alij uolunt hanc dictionē ſignificare ſmaragdum & uidentur alludere interpretationi chaldaicę. Onkelus enim & Ionathas Aſſyrij iſtudipſum uocabulum ambo tranſtulerunt in lingua chaldaica iſmaragdin, & thargum Hieroſolymitanum habet iſmorad, ſed rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus ſcribit hic ſignificari lapidem colore fuſco & rutilāti, quod magis ad translationem noſtram carbunculi ſcilicet uulgatā quadrat, præſertim iuſtar eius qui ex Arcadia eſt. Theophraſtus enim in libro de lapidibus aſſerit carbunculum qui ex Arcadia portatur ſubfuſcum eſſe, quem putant aliqui rubinum dici. Sed de ijs lapidibus quondam proprium uolumen Epiphanius epiſcopus ad Euſebium Hieronymum dedit.

* נָפַל Corruit, cecidit, Pſalmo uiceſimo. Ipſi obligati ſunt & ceciderunt: & Geneſis quarto. Cur concidit facies tua, & eiuſdem uiceſimoquinto. Coram cunctis fratribus ſuis obijt pro cecidit. Inde nomen נוֹפֵל cadens uel corruẽs: Pſalmo quadrageſimoquinto. Alleuat dominus omnes qui corruũt, & ſicut cætera uerba patitur defectum nun, cata aphæreſin: ut Pſalmo triceſimoſeptimo. Cum ceciderit non collidetur. Pręterea recipit formationes ſuas. Deuteronomij nono. Et iacui coram domino, id eſt, & cecidi ante dominum. Item ſequitur. Quibus eum ſuppliciter deprecabar, id eſt, quibus proſtratus ſum corrui ſeu iacui. Inde caſus & eo nomine dicunt quicquid uel de fructibus uel de frugibus cadit מַפָּל quod trans latio noſtra quiſquilias interpretatur. Quiſquilię enim ſemper pluralis numeri ſignificat quicquid ex arboribus minutis furfulorum deciditur, uel quicquid cadit ſecũdum Feſtum grammaticum. Sic Amos octauo. Et quiſquilias frumenti uendamus. Inde נֵפֶל abortiuus fructus cadens immaturus. Eccleſiaſtis ſexto. Pronuncio quod melior illo ſit abortiuus. Item membrorum articuli à cadendo ſic etiam מַפָּלִים nominatur. Iob quadrageſimoprimo. Membra carnium eius cohærentia ſibi. Hoc modo & gigãtes dicti ſunt נְפִילִים quod ita ſunt ſtatura excelſi ut cæteri humiles uideantur ante eos cadere. Geneſis ſexto. Gigãtes autem erant ſuper terram in diebus illis. Aliter Iob 14. Mons cadens defluit.

* נָפַץ Euertit, diruit, diſcerpſit, diſiecit, diſgregauit, diſperſit, diſceſſit, dilapſus eſt: primo Regum decimotertio. Quia uidi quod populus dilaberetur à me, & Geneſis nono. Et ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper uniuerſam terram: quod Hebræi uerbũ è uerbo ſic legunt, Et de his diſperſa eſt omnis terra. Inde nomen נֶפֶץ quod ſignificat diſperſionem fulgurum è nubibus, & ſcribitur ſex punctis, quod tranſlatio noſtra uerbaliter uertit. Iſaiæ triceſimo. Allidet in turbine & in lapide grandinis, fortaſſe Septuaginta imitando qui pro allidet tranſtulerunt fulminabit uehementer, ſed illic nomen debet eſſe & non uerbum, quod puncta indicant. Simile Pſalmo centeſimo triceſimoſeptimo, Et allidet paruulos ſuos ad petram, id eſt, diſiecit uel diſperſit. Item Pſalmo ſecundo. Sicut uas figuli confringes eos, id eſt, diſpergas uel diſiicias. Inde inſtrumentum quo aliquid facile demolimur & diſſipamus nominatur מַפָּץ Ezechielis nono. Et uniuſcuiuſq; uas interitus in manu eius, id eſt, inſtrumentum deſtructionis.

* נֶפֶשׁ Anima ſecundum quod animat: ut Exodi uiceſimoprimo. Reddet animam pro anima. Iob ſecũdo. Verumtamen animam illius ſerua, & ſcribitur ſex punctis, & eſt generis fœminini: ut Numeri decimoquinto, quod ſi anima una neſciens peccauerit. Quandoq; ſignificat corpus animatum ſeu totum hominem, & ſic aliquando etiam reperitur in genere maſculino: ut Numeri 31. Vnam animam quingentis tam ex hominibus quam ex bobus, & pluraliter declinatur tam in maſculino quam in fœminino genere: ut Ezechielis 13. fœminine ſic, Vt interficerent animas quæ non moriuntur, maſculine uero ſic in eodem infra.

Et dimittam animas quas uos capitis animas ad uolandum, in quo uersiculo utrumq; genus habetur. Inde nascitur uerbum נפש quod significat animare seu recreare: quod translatio nostra refrigerare transtulit magis proprie ad psychos secundum græcam consuetudinem. Exodi uicesimotertio. Vt requiescat bos & asinus tuus & frigeretur filius ancillę tuę & aduena.

* נץ Accipiter, generale nomen uolucris uenaticæ aduncis unguibus & naso aquilino, unde dicitur Leuitici 11. Et accipitrem iuxta genus suum.

* נצב Statuit, erexit: 3. Regum 22. Nec erat tunc constitutus rex in Edom. Inde נציב statua. Genesis 19. Versa est in statuam salis, inde נצב statio: 1. Paralippomenō 11. Et statio Philistinorum in Bethlehem, quod in alia forma reperitur Isaię 22. Et expellam te de statione tua. Inde נצב præpositus uel prælatus qui magistratū gerit quasi antistes qui ante stat in omnibus laboribus: 3. Regum 5. Absq; prępositis qui pręerāt singulis operibus. Inde cata paragogen he finalis נצבה significat claudum & lāguidum quod sic semper stat & non erigitur seu sublimatur. Zacharię 11. Et id quod stat non enutriet, quod Hieronymus exponit. Et lassa non sustentat, unde dicitur Threnorum secundo. Firmauit dexteram suam quasi hostis.

* נצה Volauit, cuius loco nostra trāslatio iurgari & cōfligere uertit: Threnorum 4. Iurgati quippe sunt & cōmoti: pro quo Hebręi legunt uolauerunt & recesserunt. Mutat autem hoc uerbum aliquādo he finale in aleph, sicut alia quoq; multa facere solent: Ieremiæ 48. Date florem Moab quia florens egredietur. Hebręi legunt, date alam Moab quia uolans uolabit uel uolitando uolabit. Inde נוצה pluma uel pinnula sic dicitur. Ezechielis 17. Magnis alis multisq; plumis: & Leuitici primo. Vesiculam uero gutturis & plumas proijciet prope altare, quod aliqui excrementa transferunt, quidam ab indefessa uolandi consuetudine uolunt accipitrem esse נץ dictum.

נצה Litem concitauit, seditiones fecit, secundum formam uerborum grauem. Numeri uicesimosexto. Isti sunt Dathan & Abiron qui surrexerunt contra Mosen & Aaron, uerius sic, Iste Dathan & Abirom conuocantes consilium ut seditionem facerent uel litem concitarēt aduersus Mosen & aduersus Aaron. Inde מצה iurgium, rixa. Prouerbiorum decimoseptimo. Qui meditatur discordias diligit rixas, & nomen uerbale Exodi 2. Duos Hebræos rixātes. In summa hoc uerbum significat litigium.

נצה Vastatum, incultū, desertum est. Isaię 37. In eradicationem colliū compugnantiū, rectius collium desertorum seu deuastatorum, sic legitur Ieremiæ quarto. Ciuitates tuę uastabuntur remanentes absq; habitatore. נצה & הנץ Floruit. Canticorum 6. Si floruissent uineę. Inde נץ flos. Genesis 40. Et post flores uuas maturescere.

* נצח Institit, coëgit, sollicitauit, urgebat: 2. Paralippomenon 2. Præpositosq; eorum tria milia: id est, prouocatores, sollicitatores, & operarum hortatores, & Ezrę 3. Vt instarēt super eos qui faciebant opus, & paulo ante: Vt urgerent opus domini. Inde poëta heroicus uel precio uictoriæ qui odas & uersus canit

canit:1.Paralippomenon 15. In citharis pro octaua canebant לְנַצֵּחַ id est, græce epinicium & latine carmen triumphale. Inde sic dictus quod homines ad opera prouocet. Sicut scribit Horatius in arte. Post hos insignis Homerus Dircæusque mares animos in martia bella. Versibus exacuit, unde sępe in psalmis pręnotatur לַמְנַצֵּחַ ad uictoriam ipsi Dauid, sic exponunt uersiculum illum Threnorum 3. Perijt finis meus, rectius, perijt uictoria mea, sed Lyra inscribit ad uictoriam quia cum hi psalmi canerentur alter alterum canendo superare studebat: unde etiam translatio nostra superare uertit: Danielis sexto. Igitur Daniel superabat omnes. נֵצַח Perpetuum, seculum, ęternum: Psalmo 49. pro eo quod nos legimus. Et uiuet adhuc in finem. Hieronymus uerius traduxit. Et uiuet ultra in sempiternum.

* נָצַל Euasit. Deuteronomij 23. Non trades seruũ domino qui ad te confugerit, id est, qui euasit ad te: & Ieremiæ 7. Et dixistis liberati sumus, id est, euasimus, & uerbum graue נִצַּל quod significat euadere fecit. Ezechielis 14. Ipsi iusticia sua liberabũt animas suas, & in alia forma הִצִּיל Exodi 5. & nõ liberasti eos, id est, euadere fecisti, inde nomen participiale. Amos 4. Quasi torris raptus ab incendio, id est, liberatus. Itẽ nomen aliud הַצָּלָה euasio: Esther 4. Per aliam occasionem liberabuntur Iudęi: quod uerbũ è uerbo rectius sic legeretur, Quoniam si tacens tacebis in tempore hoc, dilatio & euasio instabit Iudæis de loco alio: quia uero auferimus, abstrahimus aut spoliamus id quod euadere facimus seu liberamus, iccirco significat hoc uerbũ abstrahere, spoliare, auferre, abscondere. Gen. 31. Tulitque deus substantiã patris uestri & dedit mihi: sic Exodi 3. & spoliabitis Ægyptum: & Psalmo 119. & ne auferas de ore meo uerbũ ueritatis usquequaque: & Exodi 33. Deposuerunt ergo filij Israël ornatum suum in monte Horeb.

* נָצַר Custodiuit, obseruauit, seruauit. Prouerbiorum 22. Oculi domini custodiunt scientiam: Psalmo 119. quia iustificationes tuas exquisiui: & Psalmo 34. Prohibe linguã tuam à malo, id est, custodi. נָצַר Peruertit, desolauit, uastauit: Isaię 1. Sicut ciuitas quę uastatur.

נֵצֶר Surculus, uel secundũ Hieronymũ super Isaiam cap. 14. Virgultũ quod ad radices arborũ nascitur, quod Theodotion appellauit germen: & Septuaginta interpretati sunt florẽ, Isaię 11. Et flos de radice eius ascẽdet: & Hieron. stirpẽ traduxit, & eiusdem 14. Tu autẽ proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps.

* נָקִיק Rima, fissura, foramẽ, cauerna: Ieremię 13. Absconde illud ibi in foramine petrę: & Isaię septimo. Et in cauernis petrarum.

* נָקַב Fodit, perforauit: Haggęi 1. In sacculũ pertusum, id est, perforatũ, & Habacuk 3. Maledixisti sceptris eius, pro quo alij, perfodisti baculum eius, Vnde illud מַקָּבוֹת Isaię 44. Et in malleis formauit illud, de terebris exponunt quibus aliquid perfoditur, sed docti Hebræorũ malleũ esse latomorũ asseuerant, iuxta illud quod legit Iudicũ 4. Assumens pariter & malleũ: sic enim assumit mem loco nun in principio & thau in fine.

נְקֵבָה Fœmina. Gen. 1. Masculũ & fœminã creauit eos. נָקַב Æstimauit, censuit, existimauit, nominauit. Gen. 30.

Constitue mercedē tuam quam dem tibi,id est,cense. Amos 6. Optimates capita populorū, id est, æstimati & nominati,& Leuitici 24. Cumq; blasphemasset nomē dñi & maledixisset ei, pro quo sic legunt Hebræi Et recensuit seu nominauit filius mulieris Israëlitidis nomen & maledixit seu blasphemauit. Sic Isaiæ 62. quod os domini nominauit.

✱ נקד & נְקֻדָּה Punctū,stigma,nota. Cantic. 1. Murenulas aureas faciemus tibi uermiculatas argento, id est, uerbū è uerbo, cū punctis argēti uel cum stigmatibus,& ab eo appellāt animalia alba quæ habent maculas nigras, similiter animalia nigra quæ habēt maculas albas. Gen. 30. Varios & maculosos, & à talibus pecoribus dictus est pastor uel quilibet armentarius נוקד 4. Regū 3. Porro Mesa rex Moab nutriebat pecora multa: uerbū è uerbo sic, Et Mesa rex Moab fuit armētarius. Nominatur etiam à maculis mucor uel aliquid mucosum hoc uocabulo: ut panis qui uetustate fit mucidus. Iosue 9. En panes quando egressi sumus de domibus nostris ut ueniremus ad uos calidos sumpsimus nūc sicci facti sunt, addēdum & mucidi: pro quo periphrasticos interpretatio nostra uertit, & uetustate nimia comminuti.

✱ נקה Mundauit, purgauit,& innocentē iudicauit. Ioelis ultimo. Et mundabo sanguinē eorum non mundauerā,& Psalmo 19. Et emundabor à delicto maximo:& Exodi 34. Nullusq; apud te per se innocens est: quod uerbū è uerbo sic legendū est: Et innocens non innocentabitur, hoc est, non uidetur innocēs, sic Numeri 5. Non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, id est, rectius sic: facient te innocentem,& infra. Maritus absq; culpa erit, id est, נקי innocens, purgatus, mundus:& pluraliter Genesis quadragesimo quarto. Vos autem eritis innoxij:& Psalmo centesimo quinto. Et effuderunt sanguinem innocentem. Ab eo uocabulo deriuat nostra translatio מְנַקִּיּוֹת ciathos in quibus offerenda sunt libamina. Exodi uicesimoquinto. Et ciathos in quibus offerenda sunt libamina.

✱ נקם Vindicauit, ultus est. Numeri tricesimoprimo. Vlciscere prius filios Israël:& primo Regum uicesimo quarto. Et ulciscatur me dominus ex te,& Nahum primo. Deus emulator & ulciscens dominus, ulciscens dominus & habens furorem ulciscens dominus in hostes suos:& Leuitici decimonono. Nō quæras ultionem, pro, ne uindices. Inde nomen נְקָמָה Psalmo nonagesimo quarto. Deus ultionum dominus deus ultionum.

✱ נקף Euertit, decidit, excidit, excussit, dirupit. Isaiæ 24. Quomodo si paucæ oliuæ quæ remanserunt excutiantur ex olea,& eiusdem 17. Sicut excussio oleæ:& eiusdem decimo. Et subuertentur condensa saltus eius ferro. Cum autem excidendo aliquid soliti simus circuire ac bipennem circumducere, ideo uerbū hoc etiam circumgyrare significat. Iob 1. Cumq; in orbem transissent dies, quasi cum essent dies conuiuiorum euersi.

✱ נקר Effodit, eruit, primo Regum undecimo. Vt eruam omnium uestrum oculos dexteros:& Iudicum decimosexto. Statim eruerunt oculos eius. Inde נִקְרָה locus effossus seu erutus ut est foramen uel fissura seu rima. Exodi 33. Ponam te in foramine petræ,& Isaiæ 2.

Et ingredietur scissuras petrarum.

✱ נָקַשׁ Cœpit, illaqueauit, cōprehendit: Psalmo 9. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator: & Deuteronomij 12. Caue ne imiteris eas, uerbum è uerbo sic: Caue tibi ne capiaris post eos, est enim hoc loco uerbū passiuum: & Deuteronomij 7. Ne offendas propterea, rectius sic: Ne illaqueeris in eo, & Psalmo 38. Et uim faciebant qui quærebant animam meam: rectius sic, Et scandalizabant, hoc est, tendicula & offendicula posuerūt, quærentes animam meam. Hieronymus interpretatur: Et irruebant quærentes animam meam.

✱ נֵרְדְּ Nardus. Canticorum 4. Nardus & crocus. Item eiusdem 1. Nardus mea dedit odorem suū, & pluraliter eiusdem 4. Ciperi cum nardis.

✱ נָשָׁה Oblitus est. Genesis 41. Obliuisci me fecit deus omnium laborū meorum & domum patris mei. Inde Manasse nomē primogeniti filij Ioseph.

✱ נָשָׂא Sumpsit, leuauit, tulit, portauit. Genesis 13. Nec poterat eos capere terra, id est, portare, uerbum è uerbo sic, Et non tulit eos terra: & Ieremiæ 31. Quoniam sustinui, id est, tuli opprobriū adolescentiæ meæ, & Genesis 45. Et tollite patrem uestrum: & Numeri 4. Tolle summam filiorum Cahath, & cata aphæresin nun literæ principalis. Genesis 44. Imple saccos eorum frumento quantum possunt capere, id est, ferre. Similiter Iob 21. Sustinete me & ego loquar: & Genesis 40. Qui faciens grande conuiuium pueris suis recordatus est inter epulas magistri pincernarum & pistorum principis restituitq; alterum in locum suum ut porrigeret ei poculum, alterum suspēdit in patibulo ut coniectoris ueritas probaretur. Iste locus uerbum è uerbo secundum hebraicam ueritatem sic legatur, Et fecit conuiuium omnibus ministris suis & extulit caput principis pincernarum & caput principis pistorum in medio ministrorum, & restituit principem pincernarum ad pincernationem suam, & tradidit poculum in manum Pharaonis, & principem pistorū suspendit, sicut exposuit seu coniecturauit eis Ioseph. Inde nomen נֹשְׂאִים eiusdem 37. Et camelos eorum portātes aromata. Inde מַשָּׂא portatio, gestamen, onus, & omne quod fertur seu portatur. Numeri 4. Hæc sunt onera eorum, rectius sic, Hæc est custodia onerum eorum, & in diuersis formis Isaiæ 46. Onera uestra graui pondere usq; ad lassitudinem contabuerunt & cōtrita sunt simul. Omnia talia quandam leuationem, sumptionem, & baiulationē significāt, & secundum subiectam materiam istuc quadrant. Exodi 20. Non assumes nomen domini dei tui in uanum, & Numeri 23. assumptaq; parabola sua dixit: & Psalmo 141. Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Inde נ נְשִׂיאִים uiri eleuati supra alios & prælati: ut Exodi 22. Et principi populi tui non maledices, & pluraliter Genesis 25. Duodecim principes tribuum suarum, & reperitur sine nun principali שְׂאֵת Iob 20. Si ascenderit usq; ad cœlum superbia eius, id est, prælatura & excellentia eius, ut patet Genesis 49. Prior in donis, id est, excellentior in prælatura uel exaltatione. Inuenitur quandoq; etiam commutatio sin in samech & aleph in he נְסָה ut Psalmo 4. Signatum est super nos lumē uultus tui domine, quod secundum rabi

Aa 3 Salo

Salomonē intelligit ſic, Leua ſuper nos uexillum ſcilicet lumē uultus tui:& Hieronymus de hebraica ueritate ſic trāſtulit. Leua ſuper nos lumen uultus tui domine, quādoq; ſolo caret aleph, Pſalmo triceſimoſecundo. Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, id eſt, quorum retulit peccata:& ſignificatur hac dictione oblatum, donum ac munus, propter ſumptionem. Geneſis quadrageſimotertio. Et mirabantur nimis ſumptis partibus quas ab eo acceperant maiorq; pars uenit Beniamin, quod uerbum ē uerbo ſic transfertur. Et mirabantur uiri quiſq; ad proximum ſuum, & leuauit dona à conſpectu illorum illis & augebatur donum Beniamin pluſquam donum uniuerſorum, eo nomine uocatur oblatio quę fit deo מַשְׂאַת mutando he finale in thau, quod pro mea opinione non recte tranſlatio noſtra uertit precium: ſecundo Paralippomenon uiceſimoquarto. Et fecerunt arcam poſueruntq; eam iuxta portam domini forinſecus, & prędicatū eſt in Iuda & Ieruſalem ut deferrent ſinguli precium, id eſt, oblationem quod conſtituit Moſes ſeruus dei, quia uero ſic idem ſignificat quod תְּרוּמַת id eſt, oblatio, iccirco putāt aliqui ſacrificium noſtrum maſſa ſignificari qđ nos miſſa dicimus, de quo tamen aliter diſſeruimus ſupra in litera mem. Item uſu prophetarum ſæpe & multum inuenies onus, uide in cōcordantijs maioribus, quod tamen Septuaginta interpretes teſte Hieronymo in prologo Nahum aſſumptio uerterunt.

❧ נָשָׂא Arſit, flagrauit. Nahum primo. Et contremuit terra à facie eius, pro arſit uel flagrauit terra: & Iob ſeptimo. Et reuelabor loquens mecum in ſtratu meo, quod uerbum ē uerbo Hebræi legunt. Ardebit flagrabit uel uretur in eloquio meo cubile meum, ſed quid nobis auxilij ſuppeditabit translatio Iob, quæ teſte Hieronymo in eiuſdē prologo uerbum non ſequitur de uerbo, ſed ex ipſo hebraico arabicoq; ſermone & interdū Syro nunc uerba nunc ſenſus nunc ſimul utrunq; reſonat. Sic exponunt aliqui locum Leuitici tredecimo. Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuerſus color ſiue puſtula, aliter & hoc modo uerbum ē uerbo, Homo cum fuerit in cute carnis eius ardor aut puſtula: quamuis chaldaica translatio habeat ſinum uel concauitatem.

❧ נָשָׁא Errauit, inde actiue הִשִּׁיא decepit. Geneſis tertio. Serpens decepit me, quod exponit rabi Salomon, id eſt, errare fecit:& in Abdia propheta, Superbia cordis tui extulit te, quod Ionathas chaldaice ſic uertit, Prauitas cordis tui ſeduxit te:& Ieremiæ quarto. Heu heu domine deus ergo ne decepiſti populū iuſtum. נָשָׁא Deſtruxit, deuaſtauit, demolitus eſt, & deſolauit: 4. Regum 19. Eruntq; in ruinam collium compugnantium, id eſt, deſtructionem, deuaſtationem, & deſolationem: Threnorum tertio. Formido & laqueus facta eſt nobis uaticinatio & contritio: ubi Nicolaus de Lyra opinatur & ego pariter cū illo aſſeuerarem, uitio ſcriptoris pro uaſtatione uaticinationem eſſe poſitam, legit̃ enim apud Hebræos uaſtatio.

❧ נָשַׁב Mobilitauit, afflauit. Iſaiæ 40. Quia ſpiritus domini ſufflauit in eo: & Pſalmo 147. Flabit ſpiritus eius & fluent aquæ: & Geneſis 15. Et abigebat eas Abram, id eſt, moueri fecit.

✱ נָשָׂא & הִשִּׂיג Apprehendit, assecutus est, attigit: Leuitici 25. Sin autem non habuerit proximū & ipse preciū ad redimēdum potuerit inuenire, pro quo secundum Hebręos sic legitur, Et uir cui non fuerit redemptor & assecuta sit manus eius inueneritq́ uidelicet redēptionem illius, & Genesis 47. Et non perueneruntusq; ad dies patrū meorū, pro nō attigerūt, apprehenderunt, assecuti sunt dies patrum meorum.

✱ נָשָׁה Oblitus est: Threnorū 3. Oblitus sum bonorum: & Psalmo 88. Et iusticia tua in terra obliuionis. נָשָׁה Fœnerauit, mutuauit: Ieremiæ 15. Non fœneraui nec fœnerauit mihi quisquā: & Isaię 24. ut qui repetit: sic qui debet, rectius ita: ut qui mutuauit sic qui mutuatur: & 4. Regum 4. Creditor uenit ut tollat duos filios meos ad seruiendum sibi, & infra eodem, Vade uende oleum & redde creditori tuo, & quandoq; mutatur he finale in aleph: Nehemię 5. Vsuras ne singuli à fratribus uestris exigitis?

✱ נָשַׁךְ Momordit. Ecclesiastis 10. Si momorderit serpens: & Prouerbiorū 23. Et in nouissimo mordebit ut coluber: & Habacuk 2. Nunquid non repente consurgent qui mordeant te: & Michee tertio. Qui mordent dentibus suis.

נֶשֶׁךְ Fœnus, usura. Exodi uicesimo secundo. Nec usuris opprimes, rectius sic, non pones super eum usuram: & Psalmo decimoquinto. Pecuniam suam non dedit ad usuram. נִשְׁכָּה Depositorium, gazophylacium, thesauraria camera: Nehemię tertio. Post eos ædificauit Mesullam filius Barachiæ contra gazophylacium suum.

✱ נָשַׁל Extirpauit, euulsus seu elapsus est: Deuteronomij decimonono. Ferrumq́; elapsum de manubrio amicum eius percusserit, id est, extirpatum, & Deuteron. uicesimooctauo. Quia defluent & deperibunt, rectius sic, quia extirpabitur uel euellet oliua tua: & eiusdem septimo. Et deleuerit gentes multas coram te, id est, extirpauerit: rabi Salomon exponit hoc uocabulum sic proiecit, & secundum rabi Dauid Kimhi significat deponere & abscondere.

✱ נְשָׁמָה & נָשַׁם Spiraculum, flatus, anhelitus, halitus, spiritus, iuncta finalitatis litera: Isaiæ secundo. Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius est. Item tertio Regum decimoseptimo. Et erat languor fortissimus ita ut non remaneret in eo halitus: & Genesis 7. Et cuncta in quibus spiraculū uitę est intra: sic Genesis 2. Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitę: & additur uitæ ut intelligatur omnis flatus habens in se uitam: de aliis enim uētis, spiritibus seu flatibus hoc uocabulū non dicitur: & secundum rabi Abraham Aben Ezra de solo homine dictum inuenitur. תִּנְשֶׁמֶת Talpa secundum rabi Salomonem qui hoc scribit in commentariis super pentateuchum. Leuitici undecimo. Lacerta & talpa omnia hæc immunda sunt. Significat etiam uolucrem ex auibus immundis & prohibitis, quam paulo superius in eodem cap. nostra translatio cygnum interpretatur, sed rabi Salomon ubi supra scribit auem esse quæ noctu uolitat, Neoterici auiculam sic nominant similem noctuæ qua aucupes in aucupiis diurnis utuntur super ligno fissili, & sic erit nomen æquiuocum, ut habetur ex eodem capite 11. Leuitici.

✣ נָשַׁף Flauit. Isaiæ 40. Repente flauit in eos & aruerunt, similiter Exodi 15. Flauit spiritus tuus & operuit eos mare, uerius sic, Flauisti in spiritu tuo, operuit eos mare. נֶשֶׁף Obscurum tempus illud quo fere nihil inter diem & noctem interest siue diluculo siue uesperi, quod nos crepusculum dicimus propter dubiā adhuc lucem: creperū enim latine dubium significat secundum grammaticos Nonium & Festum: quare translationes nostræ uario modo utuntur: 4. Regum 7. Surrexerunt ergo uesperi ut uenirent ad castra Syriæ: econtrario: 1. Regum 30. pro eo quod nostra trāslatio habet, & percussit eos Dauid à uespera usque ad uesperam alterius diei, Doctores Hebræorum exponunt à mane, hoc est, crepusculo antelucano usq; ad uesperam crastinam, & allegant rabi Ischi qui dixit quod duo fuerunt crepuscula, crepusculum diei & superuenit nox, crepusculum noctis & suboriebatur dies. Inde nominant quicquid obscurum & tenebrosum extat. Ieremiæ 13. Et antequam offendāt pedes uestri ad mōtes caliginosos, id est, nebulosos & obscuros. יַנְשׁוּף Ibis, secundum translationem nostram. Leuitici 11. Et mergulum & ibin, sed rabi Salomon asseuerat esse auem quæ de nocte uolitans ululet quam nos ululam appellare possumus.

✣ נָשַׁק Osculatus est: Psalmo 85. Iusticia & pax osculatæ sunt, & cata aphæresin nun literæ principalis Canticorum 1. Osculetur me osculo oris sui. Iob 31. Et osculatus sum manum meam ore meo. Sic per similitudinem significat inclinare more adorantium, uel adhærere more osculantium: ut Ezechielis 3. Et uocem alarum animalium percutientium alterā ad alteram, quod secundum ueritatem hebraicam legitur sic: Et uox alarum animalium adhærentium uniuscuiusq; ad sororem, hoc est, proximam suam uel inclinantium: & est prolepsis, unde quidam uolunt inclinationē eiusmodi quandoq; significare adorationem, sicut cum os applicatur: Psalmo 2. pro eo quod translatio nostra habet, Apprehendite disciplinam, rectius secundum Hieronymū tam in suo Psalterio quam in commentarijs super nostrum Psalterium legēdum est: Adorate filium pure, uerius autem secundum Paulum Burgensem legitur: osculamini filium: cui etiam Lyra consonat, & Genes. 45. Osculatusq; est Ioseph omnes suos.

✣ נֶשֶׁק Armatura, arma, indumentum bellicum æreum siue ferreum: Iob 20. Fugiet arma ferrea: & Isaiæ 22. Armamentarium domus saltus, & trāssumptiue dicitur Psalmo 140. Obumbrasti caput meum in die belli, hoc est, tempore armorum, & Psalmo 78. Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, pro quo rectius sic, Filij Ephraim armati sagittantes arcum.

✣ נָשַׂק Accendit, ussit: Psalmo 78. Et ignis accensus est in Iacob, & sic in passiuo genere.

✣ נֶשֶׁר Aquila: Ezechielis 17. Aquila grandis magnarum alarum, & pluraliter Exodi 19. quomodo portauerim uos super alas aquilarum. נְשֹׁר Serra, præpositione mem loco nun מַשּׂוֹר Isaiæ 10. Aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur: de quo scribit rabi Dauid Kimhi in cōmentarijs super Isaiā, quod hoc uocabulum significet serram, & primitiuum

mitiuum eius sit נשר & nun litera per dages ipsius sin seu uerius hic per dages ipsius literę mem appositę absorbet & euanescit, ut latius docebimus in arte grāmatica. Inde serrare & cętera deriuata.

* נשת Confregit, contriuit, perdidit & deficere fecit, quod transumptiue uertit translatio nostra. Ieremiæ 51. Deuoratū est robur eorum, quod Ionathas chaldaice sic traduxit: Fracta est uis seu uirtus siue uirilitas eorum, & Isaiæ 41. Lingua eorū sitiaruit, id est, defecit seu perdita est: & in passiuo Isaię 19. Et arescēt aquę de mari, id est, deperdentur.

* נתיב Semita. Psalmo 119. Deduc me in semita mandatorum tuorum, & Iob uicesimooctauo. Semitam ignorauit auis: & cata paragogen recipit in fine he literam. Isaiæ 43. Et in aquis torrentibus semitam.

* נתח Dismembrauit, concidit in particulas, quasi liceat dicere frustauit seu particulauit. Leuitici 1. Artus in frusta concident: quod uerbum è uerbo sic uertitur. Et particulabitur ipsa in particulas suas. Inde נתחים sectiones, dismembrationes, portiones & membra.

* נתך Fudit, fluxit, effusum est, uel stillauit: 2. Paralip. 34. Iccirco stillabit furor meus super locum istum: & Exodi 9. Nec ultra stillauit pluuia super terram: & 2. Regum 21. Donec stillaret aqua super eos de cœlo: & Habacuk 1. Indignatio ejus effusa est ut ignis: & Iob 10. non'ne sicut lac mulsisti me, id est, fluere uel stillare me fecisti seu fudisti.

* נתן Tradidit, dedit, obtulit, largitus est. Genesis uicesimoquinto. Largitus est Abraham munera, & eiusdem uicesimoquarto. Fratribus quoqꝫ eius & matri dona obtulit: & eiusdem 23. Agrū trado tibi, & infra. Dabo pecuniam pro agro: pariter quandoqꝫ defectum principij quandoqꝫ finis, quandoqꝫ utriusqꝫ: Exemplum primi Genesis 24. Et dedit ei oues & boues, similiter Gen. 14. Da mihi animas. Exemplum secundi Iosue 6. Ecce dedi in manus tuas Ierecho. Exemplum tertij 2. Regum 22. Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Inde nomina מתן מתנה datio, donatio, munus, donum: Ecclesiastis quinto. Hoc est donum dei, quod simul tam per aphęresin quam etiam per apocopen scribitur.

* נתס Dissipauit, euertit, destruxit. Iob 30. dissipauerunt itinera mea.

* נתץ Diruit, rupit, destruxit. Iudicū 6. Quia destruxit aram Baal: & paulo superius in genere passiuo. Viderūt destructam aram Baal, & Psalmo 52. Propterea deus destruet te in finem, & Ieremię 1. Vt euellas & destruas.

* נתק Rupit, dissoluit: Psalmo 2. Dirumpamus uincula eorum, & Isaię 5. Et non rūpetur corrigia calciamenti eius: & Leuit. 22. Omne animal quod uel contritis uel tunsis uel sectis ablatisqꝫ testiculis est non offeretis domino, pro tūsis uertere debuit ruptis: & Onkelus chaldaice dissolutis seu eradicatis traduxit: sic Ecclesiastis quarto. Funiculus triplex difficile rumpitur, sic Ieremiæ secundo. Rupisti uincula mea, uerius legitur sic, Rupi uincula tua.

* נתק Prurigo fontica seu scabies intensa sub pilis & capillis scatens, quę à cōtagione dicitur psora, quia morbus est contagiosus, ideoqꝫ uocatur secundum nostram translationē lepra. Leuitici tredecimo. Quia lepra capitis ac barbę est: & infra

& infra eodem appellatur macula. Si nō creuerit macula: & infra, absque loco maculæ.

* נָתַר Subsilire fecit, id est, leuiter saltare curauit, uel exilire fecit, id est, soluit scilicet transferendo à uinculis. Leuitici 11. Crura per quę salit super terram. Habacuk 3. Aspexit & dissoluit gentes, id est, fecit exilire: & Psalmo 146. Dominus soluit compeditos. נֶתֶר Nitrū: Ieremiæ 2. Si laueris te nitro, & secundū Lyram species est terræ qua purgatores uestium utuntur. Neoterici uocant cretam.

* נָתַשׁ Euulsit: 3. Regum 14. Et euellet Israël de terra bona: & Ieremiæ 31. Et sicut uigilaui super eos ut euellerem: & infra, Non euelletur & non destruetur in perpetuum. Omnia significata eius uerbi significant eradicare, & extirpare atque euellere.

יורא האל ובו תרבק

סס Tinea: Isaiæ 51. Et sicut lanam sic deuorabit eos tinea.

* סְאָה Genus quoddam mensurę seu modius: 4. Regum 7. Modius similę uno statere & duo modij hordei statere uno, ubi ponitur plurale suum masculinum & anomalum, sed regulare legitur Genesis 18. pro eo quod ponitur tria sata similę, uerius legunt Hebræi, tres mensuras farinæ. סַאסְאָה Mensura duplicata seu cumulata, quod translatio nostra exponit mensuram contra mensurā. Isaiæ 27. In mensura contra mensuram cum adiecta fuerit iudicabit eam, & uidetur de supiore uocabulo esse geminatū.

* סָאַן Euicit, prædauit; Isaiæ 9. Quia omnis uiolenta prædatio, quod uerbum ē uerbo sic legitur, Omnis euictio euicta seu prędatio prędata cum tumultu & uestimētum uolutum in sanguine erit ad incendium cibus ignis, quasi diceret, alia bella fiunt cum tumultu & strepitu equorum & cum præda uictorū & cum cruentis exuuijs, quia alter alterū percutit gladio & exuuiæ uoluuntur in sanguine, sed hoc prælium non sic erit, non enim gladio nec tumultu neq; sanguine conficitur, sed erit incendium esca ignis: ubi rabi Dauid Kimhi in commentarijs Isaiæ opiniones uarias Iudæorum insinuat, scilicet quod etiam animæ cremantur igne & nihilominus uiuunt. Et nota quod hanc dictionem non inuenio alibi, quare laborandum fuit.

* סָבַב Circumdedit, circumduxit, uertit, gyrauit, circuiuit: Genesis 2. Ipse est qui circuit omnem terram Heuila. Ecclesiastis 1. Et flectitur ad aquilonem lustrās uniuersa, in circuitu pergit spiritus & in circulos suos reuertitur, ubi translatio nostra oratorie sensum de sensu non uerbum de uerbo traduxit, & per apocopen סַב 2. Regum 14. Reuertatur in domum suam & faciem meam non uideat, reuersus est itaq; Absalom, & 4. Regum 20. Qui conuertit faciem suam ad parietem. Inde nomen סָבִיב amplexatio, gyratio, circuitus. Ezechielis 1. Et splendor eius in circuitu: accipit in principio quandoq; nun quandoq; mem ut מֵסַב Canticorum 1. Dum esset rex in accubitu suo, id est, in amplexu: & 3. Regū 6. Per circuitum sculpsit uarijs cælaturis, quāuis autem rabi Iona uerbum hoc in tria significata distinxerit, tamen imitando rabi Iudam dico singula posse ad unam quodam-

quodammodo significationem reduci, ut patet bene consyderāti. Et nota quod נִסְבָּא passiuum est huius uerbi, quamuis translatio nostra in genere actiuo traduxerit. Genesis 19. Viri ciuitatis uallauerunt domū illius: debuit enim dicere uertebantur ad domum.

* סָבָא Inebriatus est, potauit, cōuiuauit, ingurgitauit uinum. Isaiæ 56. Venite sumamus uinum & impleamur ebrietate: pro quo rectius Septuaginta traduxerunt, & inebriemur. Deuteronomij 21. Commessationibus uacat & luxuriæ atq; conuiuijs: quod duobus uerbis rectius sic זוֹלֵל וְסוֹבֵא cōmessator est & potator: alemanice, fressen und suffen. Nahum 1. Sic conuiuiū eorū pariter potantium, qđ alij sic legunt, Et sicut potatores inebriati, & loquitᷣ propheta secundū doctrinā rabi Dauid Kimhi in cōmentarijs super duodecim de potatoribus ebrijs, qui cadunt in terram & non est in eis uirtus resistendi siue sistendi.

* סבא Ciuitas est regalis Æthiopię, ut scribit Hieron. in libro de locis hebraicis: & ad imitationē Eusebij tunc scribitᷣ Saba per literam samech. Isaiæ 43. Dedi propiciationē tuam Ægyptū Æthiopiā & Saba pro te, & nanciscitᷣ nomē à Saba filio Chus. Gen. 10. Filij aūt Chus Saba, Heuila, & Sabata. Nam aliud uocabulū Saba scribitur per sin literā & significat Arabiam à suo autore Saba filio Raema, ut eodem quo supra loco Genesis 10. & ab eo dicuntur Sabæi uon Æthiopici ut supra, sed Arabici: de quibus Strabo cosmographus libro 16. postquam de Nabathæis multa locutus est ait. His proxima est felicissima Sabæorum terra quæ maxima natio est; apud hos thus & myrrha & cynamomum nascitur. Vnde quando inuenitur per sin literam scriptum, transfertur Arabia: ut Psalmo 62. Et dabitur ei de auro Arabiæ. Item eodem paulo superius. Reges Arabum & Saba dona adducent: ubi utraq; uocabula in eodem uersiculo reperiès. Solent igitur in hoc uocabulo facile deuiare quandoq; improuidi non intuentes orthographiam: quod arbitror non data opera Hieronymo nostro contigisse, cum in libro hebraicarum quæstionū exponit supra allegatum textū Genesis 10. Filij Chus Saba & Heuila, subiungendo sic. Saba à quo Sabæi de quibus Virgilius. Solis est thurea uirga Sabæis, hęc ille. Mox enim subsequenti expositione uersiculi, Filij Raema Saba & Dadan redit in uiam, & ostendit diuersitatem samech & sin literarū in eisdem uocabulis, quod tu nota diligenter. Sabæi enim à Saba per sin literam scripta dicuntur, & non ab Æthiopibus: quod clare indicat Stephanus Byzantius in libro de urbibus & populis cum ait: quod Saba ciuitas magna est & regio prope mare rubrum, unde dicuntur & Sabæi populi & Sabæa regio. Suidas autem mare quidem erythręum scribit esse ad sinum Persicum: & Plinius in lib. 5. naturalis historię cap. 11. docet Arabiam ad mare rubrum pertingere illā scilicet odoriferā & diuitē ac beatę cognomine inclytam. Saba igitur per sin Arabia est thurifera: per samech autē Æthiopica. Ex quo perspicue intelligitur reginam Saba quę ad audiendum Salomonē accesserat: 3. Regum 10. non fuisse Æthiopissam sed reginā felicis Arabiæ.

* סָבַךְ Intricauit, perplexit. Nahū 1. Quia sicut spinæ se inuicē cōplectuntur. Inde

Inde nomen סְבָךְ intricatio, perplexio siue complexus. Genesis 22. Viditq; post tergum arietem inter uepres herentem cornibus: hebraice sic legitur, Et leuauit Abraham oculos suos & uidit & ecce aries post deprehensus in perplexu cum cornibus suis. Chaldaica translatio expressit arbustum dicens, quod aries erat iunctus in arbusto cum cornibus suis, & potest fieri quod densitas frōdium inter se perplexa in modum coherentium ueprium hoc modo dicatur transumptiue. Vnde trāslatio nostra uertit syluam, Psalmo 74. Quasi in sylua lignorum securibus, quod Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate traduxit sic, In saltu lignorum secures, quamuis alij exponāt. In perplexu frutecti secures: similiter exponunt quod legimus Iob 8. Super aceruum petrarum radices eius densabuntur sic, Super fontem seu scaturiginem radices eius frondescent, id est, frōdibus perplexabuntur seu intricabuntur: & si hoc modo reperies aliquando per sin loco samech scriptū, idem significat scilicet frondes perplexas & intricatas.

✱ סָבַל Tulit, portauit: Threnorum 5. Nos iniquitates eorum portauimus: & Isaiæ 46. Ego portabo, & eiusdem 53. Et dolores nostros ipse portauit. In alia forma Ecclesiastis 12. ubi nos legimus impinguabit locusta, alij uertunt: onerabitur dorsum seu facient portare lumbos. Inde סֵבֶל nomen, onus, gestamē: 3. Regum 5. Septuaginta milia eorum qui onera portabant.

✱ סָגַד Curuauit, geniculauit, Isaiæ 44. Curuatur ante illud & adorat: & secundum Onkelum Chaldæum hoc uerbum significat adorare. Nam ipse in sua translatione sic solet interpretari, ut Genesis 33. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies.

✱ סָגַל Appropriatum, proprium & peculiare: & accepta in fine cata paragogen he litera סְגֻלָּה significat idem quod peculium appropriatum siue proprietas: Exodi 19. Eritis mihi in peculium de cunctis populis: & 1. Paralippomenō 29. De peculio meo aurum & argentum do in templum dei mei: & significatur hoc uocabulo quicquid mihi ipsi proprie reposui in thesaurum: & logici Hebræorum appellant sic unum de quinq; prædicabilibus quod & nos dicimus propriū.

✱ סֶגֶן Magistratus & prælatus. Nehemiæ 5. Et increpaui optimates & magistratus: & infra eodem, Iudæi quoq; & magistratus: & Isaiæ 42. & adducet magistratus quasi lutum: & dicitur Sagan sacerdos magnus seu summus pōtifex. Inde Berosus in libro deflorationū chaldaicarum secundo sic scribit. Primum itaq; dixerunt ogygisan sagan, id est, illustrem sacrorum pontificem Noham, hæc ibi.

✱ סָגַר Clausit. Genesis 19. Clauseruntq; ostium: 1. Regum 1. Dominus autem concluserat uuluam eius. Inde nomē מִסְגֵּר clausura, claustrū, clausio, seu cōclusio uel conclaue: Isaiæ 42. Vt educeres de cōclusione uinctum, & pluraliter generis fœminini: Psalmo 18. Et claudicauerunt è semitibus suis: quod rectius traductum fuit: 2. Regum 22. Et contrahentur in angustijs suis, sed uerius sic: Et claudicabunt à uinculis suis. Est & aliud nomen סוּגַר quod significat siue carcerem seu collumbare aut collarium, quod translatio nostra caueam interpretatur, Ezechielis 19. Et miserunt eum in caueā.

Inde

Inde dicitur id quod cōſtringit aliquam rem & ſimul continet quaſi clauſura. Exodi 25. Facieſq; illi labium aureum per circuitum & ipſi labio coronam interraſilē altam quatuor digitis & ſuper illam alteram coronam aureolam: Quod de uerbo ad uerbum ſic ponitur: Facieſq; illi cōplexum ſiue marginem aureum circulariter, & facias ei clauſuram pugillarem, hoc eſt, ad mēſuram pugni circulariter, & facias peripheriam ſeu continentiam auream ipſi clauſuræ circulariter. Item aliud uerbum graue הִסְגִּיר Leuitici 13. Recludet eum ſacerdos ſeptem diebus.

סִגֵּר Tradidit. Deuteronomij 23. Non trades ſeruum domino ſuo: & 1. Regum 23. Si tradent me uiri Keilæ: & hoc ſignificatum quodammodo aſſimilatur ſuperiori: unde ſępius promiſcue trāsfertur: ſicut 1. Regum 26. Concluſit deus inimicū tuū hodie in manus tuas: quod alij interpretantur tradidit. סְגוֹר Aurū ſæpius purgatum atq; optimum, & dicitur græce aurum obrizon, id eſt, ſecundum Suidam aurum ſæpe probatū igne ac puriſſimum. Ego uocabulū illud græcos putarē ab inſula Ophir denominaſſe, ut ſupra in dictione Ophir oſtēdimus. Sic legitur Iob 28. non dabitur aurum obryzum pro ea. סְגוֹר Inſtrumētum bellicum, quod ſpatham, frameam, mucronem ſeu gladium appellant: Pſalmo 35. Effunde frameam & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me: quod Hebręorū aliqui non minus docte ſic legūt: Arma capeſſe, lanceam & ſpatham in occurſum perſecutorū meorum. סַגְרִיר Imber ſeu impetuoſa pluuia, trāslatio noſtra frigus traduxit. Prouerbiorum 27. Tecta perſtillantia in die frigoris: quod Hebræi ſic legunt. Impluuium aſſiduum in die impetuoſi imbris: fortaſſe à claudendo, quia impetuoſus imber recludit homines in domibus ne ſpacientur.

* סַד Lignum quo pedes uinctorum continentur: eam ligaturam tranſlatio noſtra neruum uertit. Iob 13. Poſuiſti in neruo pedem meum.

* סָדִין Linteum, ſindon. Prouerbiorum 31. Sindonem fecit & uendidit, & pluraliter Iudicum 14. Triginta ſindones & totidem tunicas: nos uulgo camiſias lineas dicimus.

* סֵדֶר Directio, ordo ſiue ordinatio. Iob 10. Et nullus ordo, hebraice ſic, & nō ordines. Inde gradus ordinati ad modum cochleę ad introitum domus uel ueſtibulum accepta per protheſin mem litera & in fine paragoge מִסְדְּרוֹנָה tranſlatio noſtra poſticum uertit. Iudicum 3. Per poſticum egreſſus eſt Ehud. Eſt quādo tranſmutatur ſamech in ſchin conſonantem, ut ſæpe in alijs quoq;.

* סַהַר Rotundum & politum ut ſplendeat, quod tranſlatio noſtra uertit tornatile. Canticorum 7. Vmbilicus tuus crater tornatilis. Inde ſpecies quędam monilium quibus ornatur cingulus aut phalera, ſcilicet folium rotundum de metallo polito ad modum corporis lunaris, quod tranſlatio noſtra uertit lunulam, & tamen quandoq; ſcribitur ſchin litera loco ſamech. Iſaiæ tertio. Et lunulas & torques. סֹהַר Vincula, carcer. Geneſis 40. Miſit eos in carcerem, ubi ponitur domus uinculorum.

* סוּג Declinauit, uertit, receſſit, redijt: ſecundo Regum primo. Sagitta Ionathæ nunquā redijt retrorſum, quamuis quandoq; ſcriptum ſit per ſin, hoc fit

tamen loco ſamech. Item Sophoniȩ 1. Et qui auertuntur depoſt tergum domini: & Pſalmo 129. Confundantur & conuertantur retrorſum. Inde quidam deriuant סג ſpurcum, obſcœnum, lutulẽtum, fœdum, ſordidum & abominabile: Pſalmo 53. Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: quod de uerbo ad uerbum ſic intelligunt: totum ſpurcicia, ſimul fœtuerunt ſeu abominabiles facti ſunt: & Prouerbiorum 14. Vijs ſuis replebitur ſtultus, quod Hebrȩi legũt, de uijs ſuis replebitur ſpurcus corde. Nam corde eſt de textu aſteriſco notandum: logici unum ex quinq; prædicabilibus ſic nominant quod genus dicimus. סוגה Regionatio, diſterminatio, limitatio, ſepes. Cãticorum 7. Vallatus lilijs.

* סוד Arcanum, ſecretum, myſterium, ſacramentum: Pſalmo 25. Firmamentum eſt dominus timentibus eum: quod rectius uertit Hieronymus: ſecretum domini timentibus eum. Vnde alij dicere uolunt, conſilium ſilentiariũ, quia ſecrete teneatur: uide Lyram eodem in loco. Sic Amos 3. quia non faciet dominus deus uerbũ niſi reuelauerit ſecretũ ſuum ad ſeruos ſuos prophetas: ſed Ieremiæ 15. Non ſedi in conſilio ludẽtium: & Pſalmo 111. In conſilio iuſtorum & cõgregatione. Cabaliſtæ myſterium & ſacramentum interpretantur.

* סוה Velauit, & præpoſitione mem literæ ſignificat uelamen. Exodi triceſimoquarto. Poſuit uelamen ſuper faciem ſuam. Vnde propter facilẽ tranſitum ſamech in ſin literã, Cabaliſtæ noſtri temporis nomen Iheſuh ſaluatoris interpretantur deum uelatum, ſicut in Capnionȩ noſtro & eius libri uolumine tertio ſcripſimus.

* סוך Perfudit, inunxit. Danielis decimo. Sed neq; ungento unctus ſum: & Ruth tertio. Lauare igitur & ungere. Rabi Ionas geminando finalem literam dixit ſignificari ungentum precioſiſſimũ quo maximi reges ſolebant inungi. Vnde loquitur propheta de principe Tyri. Ezechielis uiceſimooctauo. Tu Cherub extentus & protegens, ubi Septuaginta unctus tranſtulerunt, & ſecundum allegatum rabi Ionam ſic legendum eſt: Tu Cherub unctus precioſiſſimo ungento, id eſt, maieſtate præditus: & hæc lectio multum placet magiſtris Hebræorũ, & maxime rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus: & prȩpoſito mem ſignificatur ſecundum prȩceptorem meum rabi Iacobum Iehielẽm urceolus olearius: quarto Regum quarto. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea niſi parum olei quo ungar: rectius ſic, niſi urceolũ olei. Indicauit enim mulier ad neceſſitatem famis & non ad ſuperfluitatem unctiõis aliquantulum ſibi ſupereſſe, & ſic quo ungar non eſt de textu hebraico ſed obeliſco perimẽdum. Dauid Kimhi interpretatur aſuch lagunculam olei, ab hoc uerbo, per protheſin aleph.

* סוך Purgauit: 1. Regum 24. Ingreſſus eſt Saul ut purgaret uentrem: & Iudicũ 3. Forſan purgat aluum in æſtiuo cœnaculo. Hic modus loquẽdi pertinet ad omnem curam rerum neceſſario incumbentiũ, & ita Ionathas Chaldȩus interpretatᵋ, Ingreſſus eſt Saul ad faciendũ neceſſaria: alij deriuãt à נסך alij à סכה

* סוס Equus: Pſalmo 32. Nolite fieri ſicut equus & mulus. Exodi 14. Et omnis equitatus Pharaonis: qđ etiã in fœ-

minino

minino genere dicitur Canticorũ 1. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te. סוס Species auis, quam autores uarie nominant. Nam Iſaiæ 38. dicitur. Sicut pullus hirundinis, ſed ſunt ibi duo diuerſa uocabula per articulũ hypodiaſtolis diſtinguenda, ut ſit ſenſus. Sicut hirundo & grus ſeu ardea uel ciconia: alij cornicem uocant. Symmachus non aſpexit orthographiam & ergo errauit transferens: ſicut hirundo incluſa. Inuenitur in hac eadem dictione uau mutari in iod. Ieremiæ 8. Turtur & hirũdo & ciconia, ubi Symmachus pro hirundine tranſtulit cicadam. Vide quanta ſit dubitatio in uocabulis rerum non ſolum latinis uerum etiam Hebręis.

* סוף Defecit, deſijt, finiuit, terminauit. Eſther 9. pro eo quod poſt longos ambages translatio noſtra oratorie uertit. Iſti ſunt dies &c. ſic hebraice legitur, Et dies ſortium iſti non pręteribũt de medio Iudæorum & memoria eorum non deſinet uel finietur à ſemine illorũ, ſequitur. Et ſcripſit Eſther regina &c. Inde nomẽ סוף finis ſeu terminus. Eccleſiaſtis 12. Finẽ loquendi pariter omnes audiamus, & eiuſdem 7. In illa enim finis cunctorũ admonetur, & caue ne coincidas cum alio uerbo אָסַף quod cõgregare ſignificat, ut in litera aleph oſtendimus, ut Gen. 25. Cõgregatusq; eſt ad populũ ſuum, ſic enim facile tibi error cõtingeret, ut Sophonię 1. Cõgregans congregabo omnia à facie terrę dicit dñs, congregãs hominem & pecus cõgregans uolatilia cœli & piſces maris: quod Septuaginta interpretes rectius traduxerunt ſic, Defectione deficiat à facie terrę dicit dominus deficiat homo & iumenta deficiant uolatilia cœli. סוף Papyrus, iũcus, uel carex. Exodi 2. Et expoſuit eum in carecto, & infra: fiſcellã in papyrione, quaſi diceret in iunceto. Rabi Dauid Kimhi in cõmentarijs ſuper Ionam ſcribit uocari algam: eſt autem alga herba quę naſcitur in aquis, ſecundum alios fucus marinus nominata, ſic enim Suidas ait: Fucus eſt graminoſum ſeu graminetum maris. Vnde mare rubrũ ſic dicit̃ יַם סוף Pſalmo 106. Et irritauerunt eum aſcendẽtes mare rubrum: & infra eodẽ, Et increpuit mare rubrum, id eſt, caricoſum. סוף Ripa, extremitas, litus, ſummitas, & fortaſſe à primo deducit̃, 2. Paralip. 20. Et inuenietis illos in ſummitate torrentis.

סוף Procella, fluctus, pelagus. Ionę 2. pelagus operuit caput meum, quod Ionathas chaldaice exponit mare papyri.

סוּפָה Tempeſtas, turbo, uentus boreas. Iſaiæ 17. Et ſicut turbo coram tempeſtate: alius, ſicut globus ante turbinẽ: & Iob 21. Et ſicut fauilla quam turbo diſpergit: & Nahum 1. Dominus in tempeſtate & turbine uię eius.

* סור Receſſit, declinauit, deſtitit. Numeri 12. Nubes quoq; receſſit quæ erat ſuper tabernaculo: & Pſalmo 37. Declina à malo & fac bonũ: & Pſalmo 119. Declinate à me maligni. Quia uero ut ſupra oſtẽdimus facile tranſit ſamech in ſin & econuerſo, iccirco reperit̃ hoc uerbũ quandoq; per ſin ſcriptũ: ut Oſeæ 9. Sed & uę eis cum receſſero ab eis, inde uerbũ graue ſeu tranſitiuũ הֵסִיר id eſt, facio recedere. Deuteronomij 7. Auferet dominus à te omnem languorem, id eſt, recedere faciet, & in alia forma ſcilicet paſſiuo neutra סָר Exodi 3. Cernens autẽ dominus quod pergeret ad uidendũ, id eſt,

si sic loqui liceat quod fieret declinare aduidendum,& supra eodem. Vadã & uidebo uisionem hanc, id est, fiam recedens & uidebo &c. סָר Factum est putidum & fœtidũ. Oseę 4. Separatũ est conuiuium eorum, id est, putidum & fœtidum factum est, hoc est, tãtum uini potauerunt ut conuiuium eorum ebrietate grauiter oleret. Ionathas chaldaice principes potatorũ hoc uocabulo notat quasi scriberetur per sin literam. סָרָה Abalienatio, apostasia, discessio, plaga, error, auersio, & secũdum rabi Salomonẽ est dogma peruersum de eo quod neq; fuit neq; creatũ est in seculo. Deuteronomij 13. Propheta aũt ille aut fictor somniorũ interficieť quia locutus est ut uos auerteret à domino deo uestro, hebraice sic, quia locutus est peruersum dogma contra dñm deum uestrũ. Inde uerbum transitiuũ secũdi הֵסִיר Iob 27. Viuit deus qui abstulit iudicium meum, id est, fecit errare. סוֹרֵר Geminata finali litera à superiore deriuatur, & significat peruertit, abalienauit: Threnorum 3. Semitas meas subuertit, & Oseæ 4. Sicut uacca lasciuiens declinauit Israël, ubi ad imitationem primi uerbi translationem habes. Significat autẽ propheta peruersum incessum sub iugo: sic eiusdem 9. Omnes principes eius recedentes, quod Hieronymus in cõmentarijs secundum mentẽ Septuaginta interpretũ inobedientes traduxerunt, uult dicere peruerse incendentes, sic Zachariæ 7. Et auertetunt scapulam recedẽtes, pro quo Septuaginta sic, & dederunt dorsum contẽnentes, quid multis? omnia eiuscemodi uidẽtur in unam significationẽ tendere quantumuis transferantur uarie: ut Isaiæ 65. Ad populum incredulum, & Deuteronomij 21. Filium contumacem & proteruum, & infra eodem, filius noster proteruus & contumax est, & sic de alijs.

* סוּת Velamen, uestimentum, pallium. Genesis 49. Et in sanguine uuæ pallium suum: & Genesis 20. hoc erit sibi uelamen oculorum.

* סָחַב Detraxit, deiecit seu abiecit: 2. Regum 17. Circumdabit omnis Israël ciuitati illi funes & trahemus eam in torrentem: & Ieremiæ 49. si non deiecerint eos paruuli gregis. Inde dicuntur lacernę ueteres panni detracti & abiecti. Ieremiæ 38. Et tulit inde ueteres pannos: & paulo inferius. Pone ueteres pannos.

סָחָה Abrasit, detriuit. Ezechielis 26. Et radam puluerem eius de ea. Inde סְחִי nomen fœditatis & superfluitatis quæ ab aliqua re eraditur, Threnorum tertio. Erasionem & abiectionem posuisti me.

* סָחָה Còmputruit. Ieremiæ 46. Quare computruit fortis tuus.

* סָחַר Vertit, conuoluit, gyrauit, circuiuit. Ieremiæ decimoquarto. Propheta quoq; & sacerdos abierunt, id est, circuierunt & more uertiginosorum gyrauerunt in terra, & geminata syllaba finali Psalmo tricesimooctauo. Cor meũ cõturbatũ est dereliquit me uirtus mea, id est, cor meũ instar trochi gyrauit uel circũuoluitur non habens requiem, quapropter Hieron. in suo Psalterio traduxit cor méum fluctuauit. Vnde Onkelus uolẽs interpretari chaldaice eũ locũ quo scribitur Gen. 42. Auertitq; se parũper: qđ rectius legiť, uertit se ab eis & fleuit, hoc præsenti uerbo usus est. Quia uero mercator seu negociator continuo hinc

&inde

& inde uadit pro emundis uendundisq; mercimonijs, iccirco etiam tali uocabulo nominatur. Genesis 23. ubi hebraice legitur: quadringētos ficlos argēti trāseuntis mercatori, ibi translatio nostra habet: argenti probatę monetę publicę. Sic Genesis 37. Et prætereuntibus Madianitis negociatoribus: & à gyro ac circuitu rotunditatis dicitur parma quā in prælio pugiles sinistra ferunt in modum scutellæ: Psalmo 91. Scuto circumdabit te ueritas eius: quod Hebræi legunt, scutū & parma. Hieronymus sic, scutū & protectio. סֹחֶרֶת. Lapis preciosus, quem translatio nostra lapidem parium nominat. Esther 1. Et pario stratum lapide.

* סָחִישׁ Propago quæ ex radicibus seminis oritur: nostra translatio habet poma. Isaiæ 37. Et in anno secundo pomis uescere: licet autem hoc loco præsens dictio à sin litera incipiat & in samech desinat, tamen hoc non facit diuersitatem significationis. Talis enim literarum metathesis in sacra scriptura sæpe fieri cōsueuit: recte namq; ipsa reperitur: 4. Regum 19. In secundo autem anno quæ sponte nascuntur.

* סִיג Rubigo, scoria. Isaiæ 1. Argentum tuum uersum est in scoriam, & infra eodem, & excoquam ad purū scoriam tuam: & Prouerbiorum 25. Aufer rubiginem de argento.

* סִיר Chaldare, lebes, olla. Exodi 16. Quando sedebamus super ollas carnium. Ezechielis 24. Pone ollam pone: & eiusdem 11. Hęc est lebes, nos autem carnes: & declinatur in plurali fœminine: ut Amos 4. Et reliquias uestras in ollis feruentibus.

* סִיר Spina, uepris. Nahum 1. Sicut spinę se inuicem complectuntur: Osea 2. Sepiam uiam tuam spinis.

* סִית Incitauit, suasit, consuluit. Deuteronomij 13. Si tibi uoluerit persuadere frater tuus: & 1. Regum 26. Si dominus incitauit te aduersum me.

* סָכַךְ Obduxit, texit, operuit, occuluit: Exodi 25. Tegant expandentes alas & operientes oraculum. Inuenitur quandoq; per sin scriptum propter facilem trāsitum alterius in alteram sibi symbolicam. Exodi 33. Et protegam dextera mea donec transeam: & per apocopen sæpissime inuenitur סַךְ ut Threnorum 3. Operuisti in furore. Item eodem. Operuisti in nube tibi: quod alias legitur & minus bene, opposuisti nubem tibi: & 3. Regum 8. Et protegebant Cherubim arcam & uectes eius: quod non per beth ut in aliquibus impressis sed per caph scribendum est. Inde nominatur omne tegimen, tabernaculum, tugurium seu tentorium סֻכָּה Threnorum 2. Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, licet ibi scribatur per sin literam quod idem ualet. Accipit etiam in fine he literam generis fœminini. Isaiæ 4. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu: & pluraliter Leuitici 23. Erunt feriæ tabernaculorum septem diebus domino. Recipit etiam per prothesin mem literam מָסָךְ Psalmo 105. Expandit nubem in protectionem eorum: ex hac dictiōe sumitur nomen munimenti bellici סוֹכֵךְ quod expugnatores urbium utuntur ponentes super eos tectorium fabrefactum ne desuper lapidibus obruantur: quod Iulius Pollux de armorum nominibus scepistarium nominat, rabi Dauid Kimhi dicit talpam uocari uidelicet à suffodiendis ur

bium muris, translatio nostra mea opinione non recte umbraculū uertit Nahū 2. uelociter ascēdent muros eius & præparabitur umbraculum, melius autē Septuaginta traduxerunt, & præparabunt propugnacula. סכסך Miscuit, summauit, recollegit, aggregauit in unā summā, uel cōcurrere fecit. Isaię 19. Et cōcurrere faciā Ægyptios aduersus Ægyptios. סך Sūma summarū aliqua numeralis. Psalmo 42. ubi nos legimus, quoniam transibo in locū tabernaculi admirabilis: Hebræi exponūt, trāsibo cum quadā summa hominū cōgregatorū. Sic suauissimus Hebræorū poëta Ioseph Hyssopęus in argumēto libri iambici, quem inscripsit scutellā argenteā, hoc carmine utitur. Scutellam argēteam uocaui eam ביסך זמירה במשקלת

* סכל Fatuus, stultus, insipiens. Ieremię 5. Audi popule stulte qui non habes cor. Inde סכלות stulticia, fatuitas, insipiētia. Eccles. 2. Et uidi quod tantū pręcederet sapientia stulticiā quantū differt lux à tenebris. Inde הסכיל uerbū infatuatus est: 1. Regū 13. Stulte egisti nec custodisti mandata dn̄i: & 2. Regū 15. Infatua quęso dn̄e consiliū Ahitofel. Inuenitur quandoq; per sin scriptū. Eccles. 1. ut scirē prudentiā atq; doctrinā erroresq; atq; stulticiam: reperitur & per literarū metathesin sępe in eodem libro.

* סכן Æqualis fuit, æquiparatus est, cōpar fuit. Iob 15. arguis uerbis eum qui non est ęqualis tibi, & eiusdē 22. Nūquid deo potest cōparari homo: & eiusdē 34. Non placebit uir deo etiam si cucurrerit cum eo: id est, non assimilabitur seu cōpar erit aut cōparabitē deo. סכן Pręuidit, didicit, explorauit; Psalmo 139. & omnes uias meas pręuidisti, & Iob 22. Etiam cum perfectę fuerit scientię: quod rabi Abraham Aben Ezra intelligit sic: quomodo dei & hominis fit comparatio cum inter utrosq; mediet intelligētia, ut sic legatur: Nunquid deo potest cōparari homo cum discatur inter utrosq; intelligentia. סכן Cōsueuit. Numeri 22. ubi nos legimus, Dic quid simile unquā fecerim tibi: Hebręi habent, Nunquid consueta consueui facere tibi sic. סכן Apotheca, repositoriū, cellarium, granariū, promū & condum: 2. Paralippomenon 32. Apothecas quoq; frumēti uini & olei. מסכן Pauper. Ecclesiast. 4. Melior est puer pauper & sapiens: & eiusdem 9. Inuentusq; est in ea uir pauper & sapiens. Inde מסכנות paupertas & penuria. Deuteronomij 8. Vbi absq; ulla penuria comedes panem tuum.

* סכר Clausit, obstruxit, obturauit. Psalmo 63. quia obstructū est os loqnentium inique. Genesis 8. & clausi sunt fontes abyssi: & inuenitur quandoq; per sin, ut Isaiæ 19. Omnes qui faciebāt lacunas ad capiēdos pisces: Sic uerbū è uerbo: omnes facientes clausuras stagnorū uiuariorū: & scribitē sex pūctis סכר & ponitē pisciū pro animarū etiā testante Hieron. in cōmentarijs. סכר Tradidit Isaię 19. & tradam Ægyptū in manū dominorū crudeliū: quāuis aliqui Hebræorū etiam exponant secundū superiorē significationē scilicet, & concludā Ægyptū in manu dominorum durissimorum: ad hoc thargum Ionatę astipulatur.

* סכת Attendit, auscultauit. Deuteronomij 27. Attende & audi Israël.

סכות Idolum dæmonis. Amos 5. Et portastis tabernaculum Moloch, ubi legi

legi deberet, idolum regis ueſtri.

* סַל Cartallũ, caniſtrũ. Gen. 40. Et in uno caniſtro quod erat excelſius, & pluraliter eodẽ loco, tria caniſtra, tres ad huc dies ſunt, & inuenit̃ ea dictio tota ge minata. Ieremię 6. Cõuerte manũ tuam quaſi uindemiator ad cartallũ. סַלְסַל Propago uel pampinus: noſtra trãslatio quaſi de ſupiore geminatũ traduxit car tallum quaſi uidemiator ad cartallum.

* סֶלָה In ęternũ, ſemper, iugiter, uſq;. Habacuk 3. Deus ab auſtro ueniet & ſanctus de monte Pharan ſemper, ſic namq; Hieron, traduxit, quãuis quidã ex noſtris uoluminibus aduerbiũ ſemp non habeãt, pro quo Septuag. interpretes dia pſalma poſuerũt, ſed Ionathas Chaldęus traduxit in uirtute ſeculorũ, & ſecũdum rabi Eleazar Iacobi filiũ cuicunq; loco ſa crę ſcripturæ ſuperadditur סֶלָה uel נֶצַח uel עַד & nullus erit finis neq; in hoc ſe culo neq; in ſecula ſeculorũ, ſed Abrahã Abẽ Ezra putat hoc uocabulũ ſela ſigni ficare ſcilicet uere, qđ ſatis quibuſdã He bręorũ autoribus placet, nihil ẽm habet aliud cui iungat̃ niſi harmoniã ipſam, un de per totã ſacrã ſcripturã non niſi in cãti cis reperit̃, ut in pſalmorũ libro, & in can tico Habacuk ſupra allegato, de hoc la tiſſime poſt Origenẽ tractauit Hiero. in epiſtola ad Marcellã de diapſalmate, & epiſcop. Burgẽſis in additiõe 3. Pſal. 84. quam dilecta tabernacula, quem uide.

* סָלַל Exaggerauit lapidibus ſeu luto. Iſaiæ 57. uiam facite prębete iter: uerbũ ẽ uerbo ſic, Exaggerate exaggerate, ꝑuide te uiam: ſic Iere. 6. Et fundite circa Ieruſa lẽ aggerẽ. Significat aũt aliquid lutoſum ligno ſeu lapide eleuatius efficere ut leui us intrare poſſimus, Inde dicitur מְסִלָּה uia ſtricta ſeu trita præpoſitione mem li terę: 2. Regũ 20. Amouit eum de uia in agrũ, & trãslatio noſtra pro aggeribus uertit munitiones in eodẽ loco 2. Regũ 20. & circũdederunt munitionibus ciui tatẽ. Reperitur per metatheſin uerbum מִסְתּוֹלֵל Exodi 9. Adhuc retines popu lũ meũ & non uis eũ dimittere, qđ ſecun dũ Onk. Chald. exponit̃ ſic. Adhuc ſub ijcis populo meo interſticiũ ne dimittan tur: ſic ergo de uerbo ad uerbũ legi poſ ſet, Adhuc tu opponis aggerẽ ſeu muni tionẽ cõtra populũ meũ ne demittant̃: alij legunt, adhuc eleuaris cõtra populũ meum nec dimittis eos. Et ſic tranſumpti ue ſecundũ eleuationẽ aggerũ & uiarũ, hoc recte quidẽ etiam, nam & Chaldęus ipſe aſcenſiones & gradus innuit. Vnde gradus etiam ſic nominantur. Item Iob 19. Fecerunt ſibi uiam per me, id eſt, ag gerauerunt uiam earum contra me.

* סָלָא Extimauit, laudauit, ornauit: Threnorum 4. Et amicti auro primo, id eſt: ornati, & mutatur quandoq; aleph in he. Iob 28 pro eo uerſiculo qui non habe tur in hebraico ſcilicet, Nõ conferet̃ tin ctis Indię coloribus, ſic eſt legendũ, Non æſtimabit̃ cum maſſa auri Ophir.

* סָלַד Implorauit, petiuit, obſecra uit. Iob 6. Et hęc mihi ſit cõſolatio ut affli gens me dolore non parcat, rectius ſic, Et petam cum terrore nec miſerebitur.

* סָלָה Calcauit, peſſundedit, deiecit. Pſalmo 119. Spreuiſti omnes diſcedẽtes à iudicijs tuis: pro quo Hieron. abieciſti. Et Threnorũ 1. Abſtulit omnes magnifi cos meos, id eſt, peſſundedit & calcauit.

* סָלַח Propiciatus eſt, dimiſit offen ſam. Numeri 14. Dimiſit iuxta uer bum tuum, & ſuperius ibidem: dimitte

obſecro peccatum. Inde סְלִיחָה Pſalmo 130. Quia apud te propiciatio eſt.

✠ סֻלָּם Scala. Geneſis 28. Viditq́ in ſomnis ſcalam ſtantem.

✠ סִלּוֹן Aculeus, ſpina. Ezechielis 28. Et non erit ultra domui Iſraël offendiculum amaritudinis & ſpina dolorē inferens: ſuper quo ſcribit rabi Dauid Kimhi in commentarijs, quod duo hic nomina rem unam ſignificant quaſi ſynonyma: rectius igitur ſic eſt legendum, Et non erit ultra domui Iſraël aculeus pungēs & ſpina affligens: quod Ionathas Chaldęus de regibus & præſulibus intelligit. Quamuis autē in numero ſingulari ſcribatur per hirek, tamen in plurali inuenitur per patha סַלּוֹנִים ut Ezechielis 2. Quoniam increduli & ſubuerſores ſunt tecum, pro quo Hebræi legunt, Quoniā rebelles & pungentes ſunt tecum.

✠ סָלְעָם Scarabæus: translatio noſtra uertit atthacum. Leuitici 11. Et atthacus atq; ophimachus.

✠ סֶלַע Petra. Numeri 24. Si in petra poſueris nidum tuū, & eiuſdē 20. Loquimini ad petram coram eis, & pluraliter Pſalmo 104. Petræ refugium erinacijs. Inde fortalitium ſupra petram ædificatum: 2. Regum 22. Dominus petra mea, ſed melius in Pſalmo 18. Dominus firmamentum meum, id eſt, turris, arx ſeu fortalicium. Nam ſic Ionathas chaldaice uertit: dominus roboratio mea, ad ſimilitudinem eius quod ſcribitur Prouerbiorum 18. Turris fortiſſima nomen domini.

✠ סִלֵּף Reflexit, obliquauit, peruertit, mutauit. Deuteronomij 16. Munera excæcant oculos ſapientum & mutant uerba iuſtorum: Aſtipulatur Onkelus chaldaice qui uertit: & deſtruunt uerba iuſtorum, translatio noſtra ſupplantare traduxit Prouerbiorum 13. Impietas autem peccatorem ſupplantat. Sic eiuſdem 19. Stulticia hominis ſupplantat greſſus eius. Inde nomen סֶלֶף eiuſdem 11. & ſupplantatio peruerſorū uaſtabit illos, id eſt, obliquitas & iniquitas, & eiuſdem uiceſimoprimo. Vt detrahat impios à malo, id eſt, reflectat.

✠ סֹלֶת Simila. Leuitici 2. Simila erit eius oblatio: & paulo infra, Pugillū plenum ſimilę.

✠ סְמָדַר Vuę immaturę. Cantico rnm ſecundo. Et uineę florentes dederunt odorem ſuum.

✠ סַם Aroma. Exodi 30. Sume tibi aromata. Onkelus ſynonyme tranſtulit biſam, id eſt, odoriferum.

✠ סָמַךְ Coniunxit, adiunxit, appoſuit, appodiauit, innixus eſt. Numeri 27. & pone manum tuam ſuper eum, & paulo inferius eodem. Et impoſitis capiti eius manibus: & Amos 5. Et innitatē manu ſua ſuper parietē. Sic intelligitur qđ legimus Pſalmo 145. alleuat dominus omnes qui corruunt, pro quo rectius Hieronymus. Suſtentat dominus omnes corruentes: non multo ſecus etiam intelligitur uerſiculus Pſalmo 88. Super me con firmatus eſt furor tuus. Significat autem tunc accedere & approximare & circūdare, ſicut Canticorum 2. Fulcite me floribus: ſic Geneſis 27. Frumento & uino ſtabiliui eum, id eſt, ut accedant ſibi frumentum uinum & oleum ſemper, ſimiliter: Pſalmo 51. Et ſpiritu principali confirma me, id eſt, ſpiritus principalis accedat & approximet mihi. Eodem modo dicitur שְׂמִיכָה ſagū uel penula gauſapina

ſeu

seu tegumentum hominis, quod translatio nostra pallium uocat. Iudicum 4. Et opertus ab ea pallio, licet per sin & non per samech sit scriptũ, quod parũ refert.

✱ סֶמֶל Imago, effigies, Deuteron. 4. Aut imaginem masculi uel fœminæ: significat autem sculptilia & idola.

✱ סִמָּן Signum seu significatio aut signatura siue nota. Isaiæ 28. Et hordeũ & milium & uiciam in finibus suis: in hebraico ponitur נִסְמָן Et hordeum signatum siue notatum.

✱ סָמַר Horrificauit, horripilauit, ut ait Virgil. Obstupui steteruntq; comę: sic Iob 4. Inhorruerunt pili carnis meę, id est, spiritus horrificauit pilos carnis meæ, & Psalmo 119. pro eo quod legimus, Confige timore tuo carnes meas, Hieronymus in suo de hebraica ueritate Psalterio rectius transtulit sic: horripilauit à timore tuo caro mea. Sic intelligũt uersiculum Ieremiæ 51. Adducite equũ quasi bruchum aculeatum, id est, adducite equitatum sicut bruchum erectis omnibus crinibus horripilãtem. Est enim illius criniti uermis in arboribus reptantis ea conditio, ut toto corpore pilos eleuet. מַסְמֵר Præpositione mem significat idẽ quod clauus seu gomphus: Isaiæ 41. Et cõfortauit eum clauis ut non moueretur, per patha sub mem. Inuenitur etiam hirek sub mem: 1. Paralippomenon 22. Ferrum quoq; plurimum ad clauos ianuarum: & pluraliter declinatur in fœminino genere Ieremiæ decimo. Clauis & malleis compegit, reperit ea dictio quãdoq; per sin scripta propter transitiuum symbolicum, & idem significat quod per samech: Ecclesiastis ultimo. Et quasi claui in altum defixi.

✱ סַנְסִן Surculus, palmes, Canticorum 7. Dixi ascendam in palmam & apprehẽdam fructus eius: debet dicere surculos eius seu frondes eius.

✱ סְנַפִּיר Pinnula piscium. Leuitici 11. Omne quod habet pennulas & squamas: & infra, quicquid autem pinnulas & squamas non habet.

✱ סְנֶה Rubus. Exodi tertio. Quare non comburatur rubus: & Deuteronomij tricesimotertio. Benedictio illius qui apparuit in rubo ueniat super caput Ioseph.

✱ סַנְוֵר Cæcitas quę grece dicitur aorasia: 4. Regum 6. Percutite obsecro gentem hanc cæcitate.

✱ סִינַי Mons Sinai. Exodi 19. Et peruenientes usq; in desertum Sinai. Mons fortasse à crebris rubetis sic dictus.

✱ סָעַד Fulciuit, roborauit, firmauit, fundauit, quasi sustentari fecit. Prouerbiorum 20. Et roboratur clementia thronus eius: & Psalmo 104. Et panis cor hominis confirmet: uel secundũ Hieronymum roboret: & sic est transitiuũ ad secundũ. Reperit & transitiuũ ad tertiũ: ut Gen. 18. Et cõfortetur cor uestrũ, id est, & facite qđ cor uestrũ corroboret uos: sic Psal. 119. pro eo quod nos habemus, adiuua me & saluus ero, Heb. legũt fustẽta uel fulci me. Inde מִסְעָד fulcimenta.

✱ סָעָה Flando cõmoui seu flatu euulsi: Psalmo 55. A pusillanimitate spiritus & tẽpestatis. Hieron. sic: à spiritu tempestatis & turbinis, uerius aũt ab Hebręis sic intelligit: à flatu commotionis scilicet montiũ & euulsiõis arborũ ex tẽpestate, ita enĩ rabi Salomõ exponit, & ad hoc allegat uersiculũ Iob 19. Et q̃si euulsę arbori abstulit spẽ meã. Hũc spiritũ cõmotionis siue ter-

siue terræ motum. Septuaginta græce o-ligopsychian, id est, pusillanimitatē seu paruum frigus traduxerunt, nescio qua motu ratione.

* סעיף סְעִפָּה Palmes, surculus, cacumē arboris, seu summę uirgulti frōdes, quas uerbera dicimus: ut Isaię 17. In cacuminibus eius fructus eius. Inde metaphorice nominantur sic hominis tanquam arboris euersæ pedes: 3. Regum 18. usq; quo claudicatis in duas partes, id est, utrisq; pedibus, sicut mouentur frondes aut uerbera uento: & transfertur ad cogitationes cordis hinc & inde mobiles. Iob 4. In horrore uisionis nocturnę, uerius ita: In cogitationibus de uisis nocturnis, quāuis illic scribatur per sin consonantem, tamen ut sępe diximus symbolica est trāsmutatio: & plur. inuenitur in fœminino, ut Ezechielis 31. Et in ramis eius fecerunt nidos omnia uolatilia cœli. Transfertur ad cacumina montium tanquam ramos rupium prominentes, in quibus sunt fissuræ & fracturæ cauernosæ & speluncę. Iudicum 3. & descendēs habitauit in spelunca petræ Etam, cuius instar dicitur de uase fictili confracto. Isaiæ 10. Cōfringet lagunculam in terrore, id est, faciet fracturas testaceas. סֵעֵף Astutus, callidus, cogitabundus, maliciosus, iniquus. Psalmo 119. Iniquos odio habui: rabi Dauid Kimhi & rabi Ionas putant à uerbo proximo superiori tales sic dici scilicet à cogitatu prauo.

* סער Intumuit, tumultuauit, increbruit, uel ad similitudinem turbinis ingruit & mouebatur atq; irruit ut tempestas. Habacuk 3. uenientibus ut turbo ad dispergendum me: sic 4. Regum 6. Conturbatum est cor regis Syriæ, id est, ad similitudinem turbinis mouebatur. Et Ionę 1. mare ibat & intumescebat. Inde nomen סַעַר tempestas, turbo: Ionę eodem, & facta est tempestas magna in mari: & 4. Regum 2. Et ascēdit Elias per turbinem in cœlum. Reperitur & quandoq; per sin consonantem scriptum & idem significat: ut Nahum 1. Dominus in tempestate & turbine uię eius, sic Danielis 11. Et quasi tempestas ueniet contra illum rex aquilonis, quod etiam per sin scribitur pro samech.

* ספף סַף Scyphus, crater, calix, & generaliter omne poculum ex quo uinum bibitur, quamuis trāslatio nostra superliminare traduxerit. Zacharię 12. Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ: rectius sic, Calicem oppilatiuū uel poculum soporiferum inducens mortē: ad quod alludit Isaias cap. 51. Vsq; ad fundum calicis saporis bibisti, quod alio loco compūctionis interpretatur: Psalmo 60. Potasti nos uino cōpunctionis. Item Exodi 12. Fasciculumq; hyssopi tingite in sanguine qui est in limine: ecce supra traduxit superliminare, nunc trāsfert limē, sed utrumq; non quadrat. Scripsit autem rabi Salomon quod sit uas quoddam, & Nicolaus de Lyra dicit esse bacinū uult fortasse dicere peluim: ego putarem nominari phialā, ut sit sensus: Fasciculumq; hyssopi tingite in sanguine qui est in phiala, scilicet lata larga & argentea in quā sanguis paschalis accipiebatur: sic intelligitur quod legimus 4. Regū 25. Et tres ianitores, id est, tres custodes uasorum, in antiqua interpretatione chaldaica traducitur sic, & tres custodes thesauri super domum sanctuarij: & pluraliter fœminine: 3. Regum 7. Et hydrias & fuscinulas

nulas & phialas: ubi notatur punctus hirek & dages propter aphæresin duplicationis, sup quo Ionathas in interpretatione chaldaica utit hoc uocabulo kolaia. Onkelus Chaldeus eodem uocabulo utitur in sua interpretatione קֻלְתָּא de hydria Rebeccę. Genesis 24.

סַף Limen. Ezechielis 40. Et mensus est limen portę calamo uno latitudinem, id est, limen unum, & post: & limen portę iuxta uestibulum portę: & Amos 9. Percute cardinem & cõmoueantur superliminaria: & 3. Regum 14. Cumq; illa ingrederetur limen domus puer mortuus est.

סָפַף Tutatus est, custodiuit uigilias: Psalmo 84. Elegi abiectus esse in domo dei mei, quod rabi Salomon exponit secundum pręcedens uocabulum, id est, ad limen uigilare, alij sic: Elegi curare uel tueri, hoc est, mallem esse operarius seu seruus in domo dei, quam dominus in tabernaculis nequicię. Dicũt autem aliqui quod conueniat cum uocabulo superiore & deducatur ab eo.

* מִסְפּוֹא Prępositione mem significat omne pabulum iumentorũ absq; paleis ac stramine, quod fœnum translatio nostra uertit. Genesis 24. Palearũ quoq; & fœni plurimum est apud nos: & Iudicum 19. Habentes paleas & fœnum in asinorum pabulum.

* סָפַד Planxit, luxit. 3. Regum 14. Et plangent eum omnis Israel. Ecclesiastis tertio. Tempus plangendi & tempus saltandi: & Zacharię duodecimo. Et plãgent eum planctu quasi super unigenitum, item passiuum eius Ieremiæ decimosexto. Non plangentur & non sepelientur. Hinc מִסְפֵּד planctus.

* סָפָה Consumpsit, interemit, perdidit, abstulit, peremit. Ieremiæ 12. Consumptum est animal & uolucre: & Psalmo 40. Qui quærunt animam meam ut auferant eam: & Genesis 18. Nunquid perdes iustũ cum impio: & Deuteronomij 32. Congregabo super eos mala, id est, cõsumam omnia mala mundi in eis.

סָפָה Addidit, adiecit, accumulauit, auxit, congregauit. Ieremiæ 7. Holocausta uestra addite uictimis uestris, & Numeri 32. Vt augeretis furorem domini contra Israel: & Deuteronomij 29. Vt assumat ebria sitientem.

* סָפַח Congregauit, iunxit, recollegit: 1. Regum 2. Dicatq; dimitte me ad unam partem sacerdotalem, id est, iunge me. Inde nomen מִסְפָּח ut Habacuk 2. Mittens fel suum, id est, iungens: & Iob 30. Et esse sub sentibus delicias computabant, quod sic uertendũ est: Sub urticis recolligẽtur. Inuenitur & per sin scriptũ: ut Isaię 5. Et expectaui ut faceret iudiciũ & ecce iniqtas: uult dicere, & ecce ligatura seu alligantia ut ita loquar, quasi diceret, expectaui iudicium & ecce conuẽticulum.

סָפִיחַ Friatum quodcumq; minutũ & ultro decidens: unde irroratio pluuiæ sic dicitur. Iob 14. Et alluuione paulatim terra consumitur, rectius sic, Diluit irroratio eius puluerem terrę: sic intelligitur illud Leuitici 25. quę sponte gignit humus non metes, id est, cadiua fragmina messis tuæ non metes. Vult enim dicere secundum rabi Salomonẽ, quamuis non seminaueris tamen neq; illud quod pullulat ex semine quod tempore messis decidit in terram metere debes.

* סֵפֶל Phiala, concha, quæ uulgo tassia dicitur, poculi genus. Iudicum 5. Et in phiala principum obtulit butyrum, & eius

& eiusdem 6. Expresso uellere concham rore impleuit.

* סָפַן Tectum, laqueare siue testudo aut camura. Haggæi 1. Vt habitetis in domibus laqueatis: Septuaginta interpretantur concauis, uoluerunt dicere in domibus arcuatis, camuratis, testudinatis: Ieremiæ 22. Et fecit laquearia cedrina, rectius si dicere liceret sic: & testudinauit domum in summitatibus: et Deuteronomij 33. quod in parte sua doctor esset repositus, id est, tectus, propter sepulchrum quod Moses in parte Gad elegit, cuius tamen sepulchum nemo uidit unquam, à tegendo igitur dicitur etiam illud quod paulo superius scribit eodem capitulo, & absconditos thesauros arenarum, id est, tectos. סְפִינָה Puppis, Iosue 1. Et Ionas descendit ad interiora nauis.

* סָפַק Concussit, plausit, complosit: Threnorum 2. Plauserūt super te manibus: & Numeri 24. Iratusq; Balac contra Balaam complosis manibus ait, & Ieremiæ 31. Et postquam ostendisti mihi, percussi fœmur meum: & Ezechielis 21. Iccirco plaude super fœmur: & Iob 34. Quasi impios percusserit eos in loco uidendum, & in eodem cap. Inter nos interim cōstringatur, id est, complosum sit, quasi diceret, conuentum sit siue stipulatum, uel potius sufficiat, ut infra patebit. Inuenitur & quādoq; per sin scriptū: ut Isaiæ 2. Et pueris alienis adhęserunt, id est, applauserūt, quod in antiquissimis libris manu exaratis per sin inueni, sed in impressis per samech, scribitur similiter 3. Regum 20. Si sufficerit puluis Samarię pugillis omnis populi qui sequitur me, ubi significat hæc dictio satis. Et quamuis in uetustis uoluminibus per sin eandem ipsam quoq; dictionem semper inuenerim, tamen allegato in loco quandam reperio notulam in uno ex bibliothecę meæ libris hebraicis, qui ante annos quadringentos manu scriptus fuit, ubi in eodem capitulo circa istud uocabulum hoc assignatur scholion, scilicet partim cum samech, uult dicere, aliqui libri habent samech: & sic Ionathas quoque Chaldæus per samech scripsit: considerabis iterum in habentibus symbolum facilem transitum, id quod sæpe commonuimus.

* סְפָרַד Hispania, translatio nostra habet bosphorus. Abdię in fine, Et transmigratio Ierusalem quæ in bosphoro. Hieronymus à Septuaginta discedens sic dicit: nos autem ab Hebræo qui nos in scripturis erudiuit didicimus bosphorū sic uocari: ego autem didici quod cōmunis Hebręorum consuetudo sic Hispaniam appellat, quare miror Hieronymi præceptorem cum etiam Ionathas Chaldæus traduxerit Hispaniam.

* סָפַר Numerauit, censuit: 2. Regum 24. Postquam numeratus est populus: legi deberet, postquam numerauit populum: & Leuitici 15. Numerabit septem dies purificationis suæ. Inde nomē סוֹפֵר Isaiæ 33. Cor tuum meditabitur timorem ubi est literatus, ubi legis uerba ponderans, ubi est doctor paruulorum: pro quo Septuaginta sic, Anima uestra meditabitur timorem, ubi grammatici, ubi consiliatores, ubi est qui numerat eos qui nutriunt paruum & magnum populum: sed secundum Hebræos uerbum de uerbo sic transfertur: Cor tuum meditabitur terrorem, ubi numerans, ubi

ponde-

ponderans, ubi censor oppidorum: quasi diceret, Tempore Messiæ scilicet secūdi aduentus quādo iuxta Isaiā in decore suo uidebunt oculi tui regem, recordabitur cor tuum oppressionē regum huius mūdi immundi, qualiter olim in hoc seculo coactus fueris ad præstanda tributa, collectas, exactiones, indicta super indicta, angarias & perangarias, & cogitabis in mēte tua illum terrorem quem tunc habueras quotidie: hoc ubi est qui numerat qui ponderat: id est, qui nos censet per æs & libram, ita enim maiores nostri dicere solebant: nam hoc erit beatis singulare gaudium præteritorum meminisse malorum, ut ait Virgilius in primo æneidos. Vos & scylleam rabiem, penitusq; sonātes. Accestis scopulos uos & cyclopea saxa, Experti, reuocate animos, mœstumq; timorem, Mittite forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Sic in libro Sapientiæ legimus cap. 5. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt & qui abstulerunt labores eorum; uidetis quod hij sunt numeratores & ponderatores tyrannorum huius seculi. Hæc iccirco pluribus egi, ut intelligatis quod סוֹפֵר hic sit scriba exactor qui nomina censitorum & capitationum conscribit, & pecuniam exactam numerat atq; ponderat tanquam notarius. Ieremiæ 36. Vt cōprehenderent Baruch scribam & Ieremiam prophetā. Et infra eodem: & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ qui scripsit in eo: & Esther 3. uocatiq; sunt scribæ regis. Inde id quod scriba seu notarius scribit dicit סֵפֶר per quinq; puncta, id est, liber. Ieremiæ 32. Et scripsi in libro & signaui & adhibui testes, & paulo inferius, Et dedi librum possessionis Baruch filio Neriæ filio Maasiæ in oculis Anameel patruelis mei & in oculis testium qui scripti erāt in libro. Et Numeri 5. Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta: & Iosue 1. Non recedat uolumen legis huius ab ore tuo. Inde transumitur scriptura & literæ seu epistolæ: ut Isaiæ 29. Et dabitur liber nescienti literas diceturq; ei lege & respondebit non scio literas, id est, nescio scripturam legere: & Esther 3. Et literæ signatæ ipsius annulo missæ sunt per cursores, & per he in fine סְפִירָה scriptura, literatura: Psalmo septuagesimoprimo. Quoniam non cognoui literaturā, & similiter sine he Danielis primo, ut doceret eos literas & linguam Chaldæorum. Inde descriptiones & enarrationes: Psalmo 87. Dominus narrabit in scripturis populorum: & Psalmo decimonono. Cœli enarrant gloriā dei, unde quidā interpretātur illud quod scriptū est Genesis quinto. Hic est liber generationis Adam sic: hæc est enarratio seu descriptio generationis Adam, uel certe enumeratio, & ut redeam ad principium omnia ex numeratione & supputatione descendunt: tertio Regum tertio. Qui enumerari & supputari non potest præ multitudine, & pposito mem cōsonante מִסְפָּר significat numerum. Exodi 23. Numerum dierum tuorum implebo, similiter 2. Paralippomenon 12. Nec erat numerus uulgi. Inuenitur etiā סֵפֶר sine mem significare numerū seu dinumerationem: 2. Paralippomenō 2. Post dinumerationē quam dinumerauit Dauid pater eius. סַפִּיר Sapphirus. Exodi 28. In secundo carbunculus & saphirus & iaspis, rabi Abrahā Aben Ezra scribit quod sit gemma quædam rubea.

Geon autem scribit quod sit lapillus albus quem cristallum uocant, nostra uero translatio semper habet sapphirum. Ionathas non specificat, sed transfert lapidem preciosum, Ezechielis.10.cap.

* סָקַל Lapidauit. Exodi.17. Adhuc modicum & lapidabunt me. & Deuteronomij 15. Lapidibus obrutus necabitur. passiuum eius Exodi 21. Lapidibus obruetur, id est, lapidando lapidabitur.

* סָרַר Abalienauit, desueuit, declinauit, destituit, Oseæ quarto. Sicut uacca lasciuiēs declinauit Israël. Isaiæ 65. Ad populum incredulum, id est, declinantem. & 3. Regum 20. Reuersus est igitur rex Israël in domū suam audire contemnens & furibundus: ubi pro audire contemnens, traducere potuit abalienatus scilicet mente seu destitutus: de hoc satis dixi supra in litera samech ante uau,

* סָרַב Renuit, rebellauit, rebellis inuitus, nolens, renuens. Ezechiel. secundo. Quoniam increduli & subuersores sunt tecum, id est, rebelles & nolentes. Nam Onkelus cum uellet interpretari chaldaice hanc dictionem noluit, Genesis 37. Noluit consolationem recipere, hoc uerbo usus est.

* סָרַח Loricauit, uel loricam induit. Ieremiæ 51. Et non ascendet loricatus, & quamuis inuenerim in omnibus bibliis hebraicis hūc locum per sin scriptum: tamen rabi Dauid kimhi in libro de radicibus illud notauit per samech, similiter Ieremiæ 46. Induite uos loricis inueni adnotatum uetus scholion scilicet, per samech aliqui. quasi diceret aliqui libri habent scriptum per samech: sic Ionathas chaldæus ubiq; per samech scribit. Nomen סִרְיוֹן lorica.

* סָרַח Superfluxit, superfuit, transcendit, supereminuit, plus satis dependit, excessit, luxuriauit, uel lasciuiuit. Exodi 26. Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est, unum sagum quod amplius est, hebraice sic: reliquum sagi excedens. Item in eodem. Qui plus est in sagorum longitudine. & Amos 6. Et lasciuitis in stratis uestris. quod hebraice ponitur in tertia persona, sic intelligetur. Et excedunt, superfluunt ac super quā satis est prominent saga seu coopertoria longa & lata in stratis eorum: & infra eodem. Et auferetur factio lasciuientium, hebraice sic: Et cessabit læticia superfluorum. סָרַח Deteriorauit, passiuum eius ponitur, Ieremiæ 49. Inutilis facta est sapientia eorum, id est, deteriorata est.

* סֶרֶן Satrapa seu princeps 1. Regum 29. Sed satrapis non places, est autem satrapa quod Græce satrapes nomē dignitatis, ut scribit Suidas. & principatum designat, Iudicū decimosexto. Veneruntq; ad eam principes Philistinorum. סֶרֶן Tabula, translatio nostra uertit axis. tertio Regum septimo. Et axes ærei.

* סָרִיס Eunuchus. Isaiæ 56. Et non dicat eunuchus ecce ego lignū aridum. & Ieremiæ 38. Audiuit autem Abedmelech, id est, minister regis æthiops uir eunuchus qui erat in domo regis. Solent enim tales esse in domibus regum custodes cubicularij: ad tollendā suspicionem de reginis & gynecæi uirginibus, dicti à curandis lectulis quasi camerarij. unde Putifar solo nomine fuit eunuchus, id est, camerarius regius quia habuit uxorem, Genesis trecesimonono, quare

Onkelus chaldaice traduxit Raba, id est, magistratus seu officialis, sic eiusdẽ 40. Duo eunuchi. Onkelus chaldaice traduxit רַבְרְבָן id est, officialis, pręfectus, seu magister officiorum.

* סַרְעַפָּה Arbustum, cogitatio, ramus. Ezechielis 31. Et multiplicata sunt arbusta eius.

* מְסָרֵף Præpositione mem significat fratrem matris quẽ nos auũculum nominamus. Amos 6. Et tollet eum propinquus suus & cõburet eum ut efferat ossa de domo: ubi præcedit דוד id est, frater patris qui patruus dicitur, & sequitur: frater matris qui est auunculus, unde textus sic legi deberet. Et tollet eum patruus suus & auunculus suus ad educendum ossa de domo. Quia uero aliqui codices uocabulum pręsens habent per sin scriptum, putant ab exustione dictũ esse, quapropter transtulerunt & comburet eum, sed à me audiuistis persæpe symbolicam uicissitudinem sin & samech etiam non uariata significatione: uerisimilius igitur de auunculo exponitur quam de comburẽte: quis enim comburit corpus humanum ut ossa maneant illæsa?

* סִרְפַּד Sentes significat & paruas spinas, translatio nostra habet urticam: Isaię 55. Pro urtica crescet myrtus.

* סְתָו Hyemale tempus quo dies minuũtur, & nominatur bruma scilicet à libra ad capricornum ubi est brumale solsticium, quod nos hyemale dicimus. Canticorum 2. Iam enim hyems trãsijt, himber abijt & recessit, quod rectius sic legitur: Quoniam ecce bruma transiuit, himber mutatus est, abijt sibi. Est autem himber idem quod hyems, quę gręce à pluuia deriuatur, hyo enim, id est, pluo, & ab himber hibernus per excisionẽ m, literæ, sicut à pater paternus: uult ergo dicere tam bruma quam hyems, id est, totum tempus ab ęquinoctio autumnali ad ęquinoctium uernũ transiuit & mutatum est atq; abijt.

* סָתַם Obturauit, opilauit, obtudit, clausit: 2. Paralippomenon 32. Ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarum Gihon: & Threnorũ 3. Exclusit orationem meam: quãuis hoc per sin scribatur tamẽ idem significat, & Psalmo 51. Incerta & occulta sapientiæ tuę manifestasti mihi, pro quo Hieronymus absconditũ & arcanum sapiẽtię tuæ manifestasti mihi, sed rabi Salomõ exponit, in corde quod est obtusum & obturatũ fecisti me cognoscere sapientiã, sic igitur uersus staret. In ebetudinibus & obtuso sapientiã ostendisti mihi. Danielis 12. Quia clausi sunt signatiq; sermões usq; ad pręfinitum tempus.

* סָתַר Occultauit, abscondit, protexit, auertit: Genesis 4. Et à facie tua abscondar: & Psalmo 19. Nec est qui se abscõdat à calore eius: & 1. Regũ 5. Et computrescebant prominẽtes extales eorũ: rectius sic secundũ doctores Hebręorũ. Et occultabãtur eis ficus scilicet quos habebant in ano. Inuenio autem hic sin scriptũ, sed ponitur loco samech, ut extat in antiquis adnotationibus. Item Psalmo 31. Abscondes eos in abscondito faciei tuę: & Psalmo 91. Qui habitat in adiutorio altissimi, quod secundũ hebraicã ueritatẽ sic legi deberet, Sedens in abscondito altissimi, & per metathesin in titulo pręnotato Psalmi 54. Non'ne Dauid absconditus est apud nos, & nomẽ per quinq; puncta סֵתֶר Psalmo 81. Exaudiui te in abscõ

dito tẽpeſtatis. Accipit etiam in fine he literã fœm. generis. Deut. 32. Et in neceſſitate uos protegant: hebraice ſic, Fiat ſup uos ꝓtectio: ſic quãdoq; per ſolã paragogen accipit he aſpirationẽ nihil ſignificantẽ. Deut. 32. Abſcondã faciẽ meã ab eis.

ישמחו בך כל מבקשיך

עב Nubes. Iſaię 19. Ecce dominus aſcẽdet ſuper nubẽ leuẽ, & eiuſdẽ 14. Aſcendam ſuper altitudinẽ nubium, id eſt, nubis in ſingulari: & pluraliter Iudicum 5. Cœliq; ac nubes ſtillauerũt aquis: & Prouerbiorum 16. Quaſi himber ſerotinus, id eſt, ſicut nubes himbris ſerotini: translatio noſtra quandoq; uertit caliginem, ut Exodi decimonono. Iam nunc ueniam ad te in caligine nubis, id eſt, in denſa nube.

* עבד Seruiuit, operatus eſt, miniſtrauit. Numeri 18. Solis filijs Leui mihi in tabernaculo ſeruiẽtibus: hebraice uerbum de uerbo ſic, Et ſeruiet Leui ipſe miniſterio tabernaculi fœderis: et pluraliter Geneſis 14. Duodecim enim annis ſeruierunt Kedorlaomer, & eiuſdem 29. Seruiam tibi pro Rachel filia tua: & in eodẽ. Seruiuit igitur Iacob pro Rachel ſeptem annis. Inde עבדה opera, ſeruitus, miniſterium, in eodem. Et hanc quoq; dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptẽ annis alijs. Inde ſeruus quod ſcribitur ſex punctis עבד Exodi 21. Si emeris ſeruum Hebræũ, unde eſt quod ſignificet agricolare & agriculturã. Gen. 3. Vt operaret terram de qua ſumptus eſt: & in paſſiuo Deuteronomij 21. Quæ non traxit iugũ nec terram ſcidit uomere: ex hebraica ueritate ſic uertitur, Qua non fuerit agricolatum quę non traxerit iugum: & eodem in loco, Quæ nunquam arata eſt nec ſementem recepit, hebraice ſic, In qua non agricolabitur & non ſeminabit. Significat etiam ſacrificare, Deuteronomij 6. Dominũ deum tuum timebis & ipſi ſeruies, & 3. Regũ 16. Et ſeruiuit Baal & adorauit eum: ſimiliter ſacrificiũ diuinum: 2. Paralippomenon 12. Vt ſciant diſtantiam ſeruitutis meę & ſeruitutis regni terrarũ: quare imperiti linguarum magiqi imo ſophiſtę noſtri tẽporis librũ de ſacrificijs Ægyptiorũ quem in Arabicũ tranſtulit Eben uahaſia uarie nominãt cuius titulus cum ſit auodath ęgyptijm aliqui librum appellant de agricultura Ægyptiorũ, alij de ſeruicio Ægyptiorũ: melius autẽ de ſacrifitio Ægyptiorum, & mea ſententia adhuc optime ſic: de factione Ægyptiorũ, idq; latine admodũ, nã apud maiores noſtros facere ſignificauit idem quod ſacrificare, unde factio ſacrificium. Virgilius in buccolicis ægloga tertia. Cum faciam uitula pro frugibus ipſe uenito, id eſt, cũ ſacrificabo. עבה Craſſauit, denſauit, ingroſſauit. Deuteron. 32. Incraſſatus, impinguatus, dilatatus. Inde nomen עב dẽſus, groſſus: 3. Regum 12. Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei: Hebręi legunt, paruus meus, id eſt, auricularis digitus groſſus eſt plus quam lumbi patris mei. Ionathas chaldaice traduxit ſic, Imbecillitas mea eſt robuſta plus quã uirilitas patris mei: & Ieremię quinquageſimoſecundo. Porro groſſitudo eius quatuor digitorũ: & per aphæreſin Habacuk 2. Et aggrauat contra ſe denſum lutum.

* עבט Pignorauit. Deuteron. 24. Non ingrediaris domum eius ut pignus auferas

auferas:& quia super pignoribus mutua tur, iccirco significat mutuari, & eiusdem 15. Et dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. עָבַט Declinauit. Ioëlis 2. Et non declinabunt à semitibus suis:& in ea significatione nusquã reperit alibi.

עַבְטִיט Vna dictio, quæ tamen exponitur tanquam duæ dictiones, scilicet densum lutum. Habacuk 2. Aggrauat contra se densum lutum.

עָבַר Transgressus est, præteriuit, transiuit, progressus est. Genesis 33. Et ipse progrediẽs adorauit hebraice sic: Et ipse procedebat ante eos & adorauit: & Exodi 12. Et transibo per terram Ægypti nocte illa. Deuteronomij 17. Vt trãsgrediantur pactum illius:& 2. Paralippomenon 24. Quare uos transgredimini præceptum domini. Inde dicitur ille qui lustrat homines per ignem. Deuteronomij 18. Nec inueniatur in te qui lustret filium aut filiam suam ducens per ignem: ubi trãslator exponit & declarat seipsum cum dicit ducens per ignem, id est, trãsire faciens. Nam alio in loco scilicet: 2. Paralippomenon 28. cum dicitur, lustrauit filios suos in igne, uel est metathesis uel aliud uerbum quod exurere significat, recte legitur 2. Regum 12. Et transduxit in typo laterum: dicunt Hebræi quod focus quidam fuerat ubi exurebantur lateres illic lustrauit eos, hoc est, combussit eos. Significat etiam transfretare, traijcere nauem, transuadare, ut 2. Regum 19. transierunt uada ut transducerent domũ regis: quod de uerbo ad uerbum sic intelligitur. Et transuadauit scapha ut traduceret domum regis, & sic deducitur nomen scaphę à traijciendo flumine ut ibi, & præpositione literę mem מַעֲבָר significat uadum. Genesis 32. Transiuit uadum Iabok: & recipit in fine he literam fœminini generis. Isaiæ 10. Transierunt cursum, id est, uadum, & pluraliter in fœminino Iudicum 3. Et occupauerunt uada Iordanis: & dicitur transumptiue de moneta currẽte eo quod hincinde & datur & sumitur. Genesis 23. Quadringentos siclos argenti probatę monetæ publicę, id est, monetę transcurrẽtis apud mercatores. Significat etiam superare, præualere, quasi transcendere. Ieremię 23. Et quasi homo madidus à uino: rectius sic, Quasi uir quem superauit uinum.

עֵבֶר Trans. Isaiæ 9. Trans Iordanẽ Galileę, & recipit præpositionem sicut alia syncategoremata plurima. Isaiæ 18. Quę est trans flumen Æthiopię. Significat enim partem, locum uel latus aduersum in prospectu: ut Iosue 1. Quam tradidit uobis Moses trans Iordanem, id est, in parte altera Iordanis. עִבְרִי Hebreus. Ionę 1. Et dixit ad eos Hebręus ego sum:& Genesis 14. Nunciauit Abraham Hebræo qui habitabat in conualle Mamrę, quod Hieronymus in libro hebraicarum quęstionum interpretatur, Nunciauit Abram transitori, à uerbo ע עָבַר superius exposito. עָבַר Repagulauit: 3. Regum 6. Et affixit laminas cla uis aureis, quod hebraice sic legitur, Et repagulauit pessulis aureis ante oraculũ.

עָבַר Succensuit, iratus est: Psalmo 89. Distulisti Christum tuum, pro quo rectius Hieronymus in suo de hebraica ueritate Psalterio sic, Iratus es aduersus Christum tuum: sic Prouerbiorum 14. Sapiens timet & declinat à malo, stultus transilit & confidit: ubi ponitur transilit secundum primi uerbi significationem,

ſed Hebræi legunt: ſtultus iraſcitur & cō fidit, ſic Pſalmo 78. Audiuit deus & ſpreuit, id eſt, iratus eſt, ſimiliter infra eodē, & hæreditatem ſuam ſpreuit, id eſt, contra hæreditatē ſuā iratus eſt. Inde עֶבְרָה ira, indignatio, furor. Sophoniæ 1. dies iræ dies illa: & Iſaiæ 10. Et contra populū furoris mei mandabo illi. Tu uero in uno uerſu cognoſces tria unius originis ſignificata. Deuteron. 3. Tranſibo igitur & uidebo terrā hanc optimā trans Iordanē, iratusq́ eſt dn̄s mihi, ecce uerbū tranſibo & dictionem trans, & uerbū iratus eſt.

עֲבוּר Frumentum, fruges. Ioſue 5. Et comederunt de frugibus terræ, item eodem. Defecitq́ manna poſtquam comederunt de frugibus terræ: & dicunt quidā ſic uocari ab anno præterito, nam aliter uocatur prouentus præſentis anni, ut in litera b ante u. בַּעֲבוּר Præpoſita beth litera ſignificat propter: Pſal. 132. Propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui, ſignificat & quandoq́ propterea quod, ut Micheæ 2. Propter immundiciem ſuam corrumpetur, quod legendum eſt, propterea quod putruit corrumpetur.

* עָבַשׁ Computruit. Ioëlis 1. Cōputruerunt iumenta in ſtercore ſuo, Hebræi ſic, computruerūt grana ſeminis in pulueribus, ſcilicet ut non poſſint pullulare, & dicitur quaſi עמריש ſolet enim ſæpe p in b uerti, ut ſcribit rabi Dauid Kimhi in cōmentarijs ſuper duodecim.

* עֲבֹת Cohærentia, uinculum, frōdes intrichatæ atq́ perplexæ ſeu denſæ, uel etiam tricha ſeu perplexio quarumcumq́ rerum. Leuitici 13. Et ramos ligni denſarum frondium: & pluraliter in maſculino genere Pſalmo 118. Conſtitue diem ſolennem in condenſis. Hieronymus in ſuo Pſalterio ſic, in frondoſis, ſimiliter pluraliter in fœminino. Exodi 28. Duas catenulas auri puriſſimi ſibi inuicem cohærentes: & ex tali perplexitate ac intrichatione dicuntur ſic laquei uel funes qui ex tribus funiculis plectuntur ſecundum rabi Ioſeph patrem Dauid Kimhi qui illud Micheæ 7. Et conturbauerunt eam exponit ſic, Et triplicauerunt eam, ſecundum quod tres ibidem commemorātur ſcilicet princeps iudex & magnus.

* עָגַב Inſaniuit præ amore, ſeu ardebat. Ezechielis 23. Et inſaniuit in amatores ſuos, & infra: Inſaniuit ſuper eos cōcupiſcentia oculorum ſuorum.

* עוּגָב Organum: Pſalmo ultimo. Laudate eum in chordis & organo, & Geneſis 4. Ipſe fuit pater canentium cithara & organo: & Iob 30. Et organū meum in uocem flentium.

* עָגַן Derelictus eſt, ſuperſtes fuit. Ruth 1. Si eos expectare uelitis donec creſcant & annos pubertatis impleant, antè eritis uetulæ quam nubatis, pro iſta longa periphraſi & digreſſione Hebræi uerius ſic habent, an expectabitis donec creſcant. An ſuperſtites uel derelictæ eritis nedum ut futuri ſint mariti. Ab eo magiſtri Hebræorum derelictam ſic uocant quæ ſine uiro manet.

* עָגֹל Rotundum: 2. Paralippomenon 4. A labio uſq́ ad labium rotundum per circuitum: & pluraliter tertio Regum ſeptimo. Intercolumnia quadrata non rotunda. Inde עֲגָלָה nomen circi ſepti in caſtris quem foſſatis & quadrigis circumcirca muniunt, quod tranſlatio noſtra tentorium uertit: primo Regū uiceſimoſexto. Et Saulem dormientem

in tento

in tentorio & reliquum uulgus per circuitum eius, & accipit in fine he literam:1. Regum 17. Et uenit ad locum magala. Ionathas chaldaice traduxit charkoma, id est, fortalicium seu munitio, & sic non est nomen proprium loci ut interpres nostræ translationis putauit: uulgo uocant quadrigoburgium. Significat etiam מַעְגָּלָה callem, semitam. Isaię uicesimo sexto. Rectus callis iusti ad ambulandū: & Psalmo decimoseptimo. Perfice gressus meos in semitis tuis. עָגִיל Ornamentum, monile, inauris. Numeri tricesimoprimo. Annulos & dextralia ac murenulas: & pluraliter Ezechielis 16. Et circulos in auribus tuis. עֵגֶל Vitulus. Exodi 32. Et fecit ex eis uitulum cōflatilem, & in fœminino Oseę 10. Ephraim uitula docta: & pluraliter eodem paulo superius. Vaccis Bethauen coluerunt habitatores Samariæ. עֲגָלָה Plaustrum, quadriga, currus: 1. Regum 6. Facite plaustrum nouum unum: & pluraliter Genesis quadragesimoquinto. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperium, sic dicta fortasse à rotunditate rotarum.

✻ עָגַם Contristatus est, compatiebatur. Iob tricesimo. Et compatiebatur anima mea pauperi.

✻ עָגוּר Grus. Isaiæ tricesimooctauo. Sicut pullus irundinis: al'ñ sicut irundo & grus: uide supra in litera samech ante uau.

✻ עַד Donec, usq;, usq; ad, uel usq; in, adusq;, uel usq; quo. Iudicum 3. Descēderunt usq; quo omnino deficerent: & Exodi 14. Vsq; in sempiternum, & eiusdem 29. Siue de panibus usq; mane, & quādo sequitur uerbum prȩteriti uel futuri temporis aut gerundium sæpe deficit relatiuum quo uel quod causa breuitatis: quādoq; autem non deficit, ut Iosue 1. donec det requiem dominus: & Genesis 3. Donec reuertaris in terram, & recipit in fine iod literam. Micheę 4. Vsq; ad te ueniet, interpretatur etiam translatio nostra dictionē hanc articulariter pro tam & quā. Genesis septimo, ab homine usq; ad pecus tam reptile quam uolucres cœli: & recipit in principio beth literam significatq; pro, præ, uel ante, uel per, uel propter: Genesis 7. Et inclusit eum dominus deforis: hebraice sic, & clausit dominus pro se uel ante se: sic Exodi 8. Rogate pro me: & Genesis 26. Prospiciens Abimelech rex Palȩstinorum per fenestram. Et sicut usq; apud latinos aduerbialiter perpetuo significat, ita & hæc dictio significat æternitatem & perpetuitatem, in seculum, sempiternum, Isaię 57. Excelsus & sublimis habitās ȩternitatem: & inuenitur geminatum: Isaię 26. Sperastis in domino in seculis ȩternis: & significat seculum seculorum quod trāslatio nostra uertit ultra: ut Exodi 15. Dominus regnabit in ȩternum & ultra. עִדִּים Centones seu panni abiecti, translatio nostra interpretatur pannos menstruatos. Isaiæ sexagesimoquarto. Et quasi pannus menstruatæ: rectius sic, quasi uestimentū centonum seu pannorum abiectorum.

✻ עָדַד Subleuauit, erexit, suscepit: Psalmo 146. Pupillum & uiduam suscipiet. Hieronymus eriget: sic Psalmo 20. Nos autem surreximus & erecti sumus: & Psalmo 147. Suscipiens mansuetos dominus. Rabi Ioseph Kimhi Hispanus uult hoc uerbum significare adiutoriū, sustentationem & fulcimentum.

עדה Ornauit. Oseæ 2. Et ornabatur inaure sua: & Ezechielis 16. & ornaui te ornamento: & infra, & ornata es auro. Inde nomen עדות ornamentum, gloria, decus, monile, iocale: Psalmo 80. in titulo quem nostri habent, ad uictoriã super lilia testimonium Asaph Psalmus: Hebræi sic legunt, ad uictoriam erga rosas decus Asaph Psalmus, quasi diceret secundũ Dauid Kimhi, Psalmus iste gloria est & decor ipsi Asaph: item nomen in alia forma עדי Ezechielis 7. Et ornamentum monilium suorum in superbiã posuerunt. עדה Abijt, transiuit, cessauit, pertransiuit. Iob 28. nec pertrãsiuit per eam leæna: & transitiuum secundi eiusdem 25. ubi nos legimus. Ecce luna etiam non splendet, translatio nostra omisit hanc nostram dictionem, quare sic legitur hebraice. Ecce facit transire lunam nec splendebit, quod sic exponunt, ecce deponit seu aufert lumen lunę & non splendebit. עדה Examen, synagoga, cœtus, concilium: Psalmo 1. Neque peccatores in concilio iustorum. Hieronymus & Lyra in congregatione. עד Os oris, quod nostra trãslatio maxillam interpretatur. Psalmo 32. In camo & freno maxillas eorum constringe, Hebræi legunt ora eorum, alij ornamẽta seu monilia eorum à superiore uocabulo, quos imitatur Hieronymus in suo Psalterio de hebraica ueritate: Psalmo 103. Qui replet bonis ornamentum tuum, sed Dauid Kimhi exponit sic, Qui replet bonis os tuum. עד Testis. Genesis 31. Cumulus iste testis erit inter me & te. Deuteronomij 17. In ore duorum uel trium testium, & infra. Nemo occidatur uno contra se dicente testimonium: & infra, manus testium prima interficiat eum. Inde עדות testamentum, testimonium: 2. Paralippomenon 24. Multitudo Israẽl in tabernaculum testimõnij: & Psalmo 119. Mirabilia testimonia tua: & Psal. 93. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Inde uerbum עד testificari uel contestari. Deuteronomij 4. Testes inuoco hodie cœlum & terram, id est, contestor uel testificor contra uos hodie cœlum & terram.

עדן Leniuit, delectauit, deliciauit aut uoluptuauit si liceret ita loqui, sed libet, delicijs affecit. Nehemię 9. Et abundauerũt delicijs in bonitate tua magna, Inde nomen עדנה uoluptas, delicię, qđ grece dicitur similiter edone. Genesis 18. Postquam cõsenui & dominus meus uetulus est uoluptati operam dabo: hebraice sic: postquam inueteraui erit mihi uoluptas, & sic cum he finali terminationis fœmininę: inuenitur etiam sine ea, עדן ut Genesis 2. Plantauerat autem dominus deus paradisum uoluptatis, & Ezechielis 31. Et ęmulata sunt eum omnia ligna uoluptatis quę erant in paradiso dei, & scribitur quinque punctis: & 2. Regũ 1. Qui uestiebat uos coccino in delicijs, hebræi pro in habent cum, rabi Ionas exposuit sic: qui uestiebat uos in diebus deliciarum. Alij dicunt, qui uestiebat uos coccino & comedere uos fecit delicata, ut sit oratio defectiua, cui expositioni alludit chaldaica Ionathæ interpretatio, sed rectius secundum Dauid Kimhi ambo uocabula de uestibus dicũtur scilicet coccinum & deliciosum, & id comprobat disputatio rabi Iudæ & rabi Nehemię quã Dauid Kimhi recitat in cõmentarijs Regum, Inde nomen adiectiuum עדינה

Isaiæ 47. Audi hęc delicata, recipit prothesin מַעֲדַנֹּת mem literę: Genesis 49. Et prębebit delicias regibus: & 1. Regū 15. ubi nos habemus, Agag pinguissimus, ibi Hebręi legūt: Agag delicatus, nā tremens non est de textu, & sunt qui dicant eum minime tremuisse sed accessisse cū delectatione, & pro delicijs habuisse uitā morte cōmutare: alij exponūt: Et accessit ad eum Agag cum ligaturis, nam & ligaturę atq; cōbinationes hoc nomine dicūtur. Iob 38. Nunquid cōiungere ualebis micantes stellas pliadas, id est, nunquid obligabis applicationes stellarum.

* עֹדֵף Excrescens, superstes, excedens. Exodi 26. Quod autem superfuerit in sagis: & Numeri 3. qui excedunt numerum Leuitarum. Item infra, precium eorum qui supra sunt, item pecuniam eorū qui fuerant amplius. Inde uerbū graue הֶעְדִּיף Exodi 16. Nec qui plus collegit habuit amplius, nec qui minus parauerat repperit minus: hebraice sic, Et nō excessit plus & minus non defecit.

* עָדַר Defecit, priuauit, diminuit, defuit: primo Regum tricesimo. Nec defuit quisquā à paruo usq; ad magnū.

עָרַךְ Parauit aciem, instruxit, ordinauit, disposuit: primo Paralippomenō duodecimo. Expediti ad pugnam corde perfecto, id est, instructores apparatus bellici: & paulo superius. In auxilium nō in corde duplici, hebraice sic, Et ad dispo nendum in non corde & corde.

עֵדֶר Grex. Canticorum sexto. Sicut grex caprarum: & Genesis uicesimo nono. Tres quoq; greges ouium: & infra. Mosq; erat ut cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, pro quo hebraice sic legitur: Et congregabantur illuc omnes greges & deuoluebant lapidem ab orificio putei.

עָדַר Fodit, repastinauit, sarriuit, occauit. Isaiæ quinto. Non putabitur & non fodiet, & eiusdem septimo. Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, maxime autem de uineis dicitur, unde Hebræorum est adagium: fode mecum & ego fodiam tecum.

* עָדָשׁ Lens, tis. Ezechielis quarto. Et tu sume tibi frumentum & hordeum & fabam & lentem: & Genesis 25. Accepto pane & lentis edulio.

* עוּג Coxit inter prunas, torridauit, ustulauit sub testu. Ezechielis quarto. Et stercore quod egreditur de homine operies illud in oculis eorū, pro quo uerius Hebræi teste Nicolao de Lyra sic legunt: Et in stercore quod egreditur de homine coquas in oculis eorum. Inde עֻגָה panis testicius siue subcinericius, torta, tosta, placenta, spira, sphærica sub testu ac inter prunas cocta, ut supra eodem. Et quasi subcinericium hordeaceum comedas illud: & Oseæ 7. Ephraim factus est subcinericius panis qui non reuersatur. Et 3. Regum 19. Et ecce ad caput suum subcinericius panis. Vnde qui dam hunc uersum Psalmi uicesimiquinti, Subsannauerunt me subsannatione, de cibario pane ac potu intelligunt uertentes sic: Inter adulatores ad coquentes cibarium, quibus Hieronymus noster nō multum refragatur in suo de hebraica ueritate Psalterio sic transferens in simulatiōe uerborum fictorum: & rabi Salomō exponit sic, Per uiam adulationis ut accipiant cibum & potum à Saul quatenus eos cibet & potet iccirco frenderunt super me dētibus suis: & dicit Maog, id est, esca, hæc ille, Alij exponunt sic: adulātet

ijs qui

ijs qui subigunt & depsitant cibarium panem, alij uersum allegatum non accipiũt ab hoc uocabulo, sed à לבז quod ridiculum uarium & uacuum significat.

עור Prædatus est, rapuit, spoliauit, plagiauit: Psalmo 119. Funes peccatorum circumplexi sunt me, uel secundũ Hieronymum implicauerunt me: pro quo rabi Salomon & post eum cęteri Hebręi legunt, Cœtus seu cunei peccatorum rapuerunt uel prædati sunt me, inde uenit nomen appellatiuum עד spolium, rapina, prędа. Genesis 49. Mane comedet prædam: & Sophonię 3. Quapropter expecta me dicit dominus in die resurrectionis meę in futurum: quod Hebræi legunt, In die insurrectionis meæ ad prædam seu spolium: pro quo Septuaginta interpretati sunt in testimoniũ, sed Hieronymus scribit in commentarijs hebręum quendam qui se in scripturis docuerat asseruisse quod laed in præsenti loco magis in futurum debeat intelligi: rabi Dauid Kimhi uult intelligi diem Gog & Magog quos faciet deus insurgere ad spolia. עוד Adhuc, ultra. Amos 4. Cum adhuc tres menses superessent usq; ad mensem: Genesis 25. Adhuc pater meus uiuit: & Isaię 5. Quid est quod debui ultra facere uineę meę: & significat terminum uel finem, & accipit paragogen pronominum Genesis 25. Dum adhuc ipse uiueret: & Exodi 9. Adhuc retines populum meum. Significat etiam à nunc usq; in ęternum. Genesis 9. Et non erunt ultra aquę diluuij ad delendũ uniuersam carnem: significat & quandoq; breuem terminum, ut 4. Regum 6. Et ultra non uenerunt latrones Syriæ in terram Israel.

* עוה Malefecit, peccauit, & si liceret dicere iniquauit. Esther 1. Nõ solum regem læsit regina Vasthi sed & omnes principes: quod Hebræi sic legunt, Non contra regem solum peccauit Vasthi regina sed contra omnes principes, quod tamen secundum alios ab alio uerbo deriuatur, ut infra Ecclesiastis 1. Peruersi difficile corriguntur, id est, iniquitas non potest rectificari. Quia uero quod iniquum est, id non est ęquum, & quod æquum non est id non est rectũ, quod autẽ rectum non est curuum est, iccirco transtulerũt uocabulum hoc ad curuum sic, Psalmo 38. Miser factus sum & curuatus sum usq; in finem. Hieronymus sic, Afflictus sum & incuruatus sum: Hebræi sic, Incuruatus sum & humiliatus: & Danielis 9. Iniquitatem fecimus impie egimus. Inde nomen עוה Ezechielis 21. Iniquitatem iniquitatem iniquitatem ponam eam, & in alia forma עון Genesis 4. Maior est iniquitas mea quam ut ueniam merear: & pluraliter declinatur tã in fœminino: ut Psalmo 130. Si iniquitas obseruaueris domine, quam in masculino genere: ut Isaię 64. Et iniquitates nostrę quasi uentus abstulerũt nos, & infra. In manu iniquitatis nostrę.

* עול Lactans: sic enim ambo chaldęi Onkelus & Ionathas interpretãtur. Genesis 33. Oues & boues fœtas mecũ, id est, lactantes: & 1. Regum 6. Et duas uaccas fœtas quibus non est impositum iugum, & quamuis utrobiq; trãslatio nostra uerterit fœtas, tamẽ 1. Regum 6. paulo inferius ad nostram expositionem redit circumloquendo dicens: Et tollentes duas uaccas quæ lactabant uitulos, hoc est, iuuencas iuuenes. Inde hoc uocabulum

lum עֹלֵל etiam translatum est ad homines iuuenes atq; iuuenculas. 1. Regum 15. Interfice à uiro usq; ad mulierem & paruulum atq; lactantem, uult dicere à iuuene ad infantem, duplicaturq; lamed: sic psalmo octauo. Ex ore infantium & lactentium, id est, paruulorum & lactentium: sic Threnorum 1. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem. עָוֶל Iniquitas, iniquum. Leuitici decimonono. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Ezechielis. 33. Confisus in iusticia sua fecerit iniquitatem. In iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur. & eiusdem 28. In multitudine iniquitatum tuarum: in iniquitate negociationis tuæ. & accipit quoq; terminationem fœmininam Ezechielis eodem. Donec inuenta est iniquitas in te. Iob 6. Respōdete obsecro absq; contentione: pro quo uerbum è uerbo sic. Respōdete obsecro nec sit iniquitas: & infra eodem. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatē. Inuenitur & in alia forma. Iob 16. Conclusit me deus apud iniquum. inde ducuntur uerba & aliorum deriuatiuorum formationes.

מָעוֹן Præposito mem, habitatio, habitaculum. Nahum 2. Vbi est habitaculum leonum. & Ieremiæ x. Habitacula draconum. Quia uero domus nostra tutissimum nobis est refugium, iccirco sæpe pro refugio interpretatur. Psalmo 90. Domine refugiū tu factus es nobis. & Psalmo sequente. Altissimum posuisti refugium tuum: & accipit paragogen he מְעֹנָה Deuteronomij 33. Habitaculum eius sursum: et pluraliter Nahum 2. Et cubile suum rapina. & Psal. 76. Et habitatio eius in Sion. עוֹנָה Tēpus statum & hora determinata. Exo. 21. Quod si alteram acceperit prouidebit puellæ nuptias & uestimenta, & precium pudicitiæ non negabit: ubi teste Nicolao de lyra translatio nostra multum discrepat ab hebraica litera: pro eo enim quod dicitur, & precium pudicitiæ nō negabit, hebræi legunt, & horam eius non minuet, hoc est, tempus competens secundum rabi Salomonem, ut ei deseruiat.

* עָנַן Ariolatus est, ueneficia exercuit. quarto Regum uicesimoprimo. Et ariolatus est, & obseruauit auguria. Inde nomē מְעוֹנֵן ariolus ueneficus. Deuteronomij 18. Aut qui ariolos sciscitetur. & uerbum Leuitici 19. Non augurabimini: rabi Akiba interpretatur hoc uerbum de illis qui obseruant tempora & dies Ægyptiacos, menses & horas, dicentes quosdam atros quosdam faustos ad electiones operum humanorum.

* עוּף Volauit. Isaiæ 6. Et uolauit ad me unus de Seraphim. & Psalm. 91. A sagitta uolante in die. Inde quod scribitur ultima geminata עוֹפֵף: Genes. 1. Et uolatile uolitans super terram. & Danielis 9. Cito uolans tetigit me, ubi iod abundat per prothesin, de quo scripsimus supra in litera iod sequente ain. & de hac significatione putat rabi Iuda illud esse quod legitur Zachariæ 5. Volumen uolans.

* עֵפָה Caligauit, obscurauit. Iob 11. Orieris ut Lucifer, quod hebræi legūt: si obscuraberis, uel si dicere liceret, si crepusculaberis tunc sicut matutinum eris. rabi Salomon exponit nominaliter sic: Obscurū quod in te est et caligo tua sicut mane erit. Inde illud Amos 4. Faciens matutinā nebulā, quod alij per articulū

siue

siue cata diæresin proferunt sic, Faciens auroram & caliginē. Sic Iob 11. Terram miseriȩ & tenebrarum, dicunt Hebræi quod sit locutio synonyma, quia duo uocabula idem significāt: uolunt dicere terram obscuram & caliginosam siue tenebrosam. Et quod sequitur in Iob, sed sempiternus horror inhabitans non legitur in Hebræo, sed sic: & obscuratur sicut caligo. Significatio horum uocabulorum est obscuritas & tenebrȩ: sunt qui e contrario motum instantaneum, illuminationem subitam, illustrationem, uibrationem, fulguratione & coruscationem eo uerbo significari uolunt. Ezechielis 32. Cum uolare cœperit gladius meus super facies eorum: rectius sic, In uibrando me gladium meum, id est, cum faciam coruscare seu fulgurare gladium meum: est enim uerbum transitiuum: & Isaiæ 11. Et uolabunt in humeros Philistim, id est, subito mouebuntur seu fulgurabunt: & Iob 3. Nec illustretur lumine: & geminat phe ut in eodem loco, nec ortum surgentis aurorȩ: quod hebraice sic legitur, Et nō uidebit fulgores aurorȩ: rabi Salomō interpretatur splendores.

* עַפְעַף Palpebra, Psalmo 10. Et palpebrȩ eius interrogant filios hominum: & Ieremiæ 9. Et palpebrȩ nostrȩ defluāt aquis: Ionathas Chaldæus interpretatur ipsos oculorum orbes.

* עָפָה Defecit: 2. Regum 21. Deficiente autem Dauid: & Ieremiæ 4. Quia defecit anima mea propter interfectos, similiter intelligi debet quod legitur Iudicum 4. Qui soporem morti socians defecit & mortuus est: scribiturq́ per punctū patha ad differentiam alterius sibi similis uerbi alterius autem significationis ut supra dictum est. Solemus autem propter sitim etiam sȩpe deficere, ideo pro sitiente reperitur scriptum: ut Psalmo 143. Sicut terra sine aqua tibi, quod Hieronymus uerius sic traduxit. Quasi terra sitiēs ad te: & translatio nostra diuisas significationes in uno uocabulo cōcludit. Isaiæ 29. Lassus adhuc sitit. Infra enim uidebis lassum significari in litera ain sequente iod, & supra in litera iod sequente ain. . Dauid Kimhi huius uerbi radicem ponit עוף

* עוּר Excitauit, suscitauit: Iob 41. Non quasi crudelis suscitabo eam, & sic est actiuum transitiuū. Inuenitur autem neutrū & ualet idem quod expergiscor: Psalmo 57. Exurge gloria mea exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo: & Iudicum 5. Surge surge Debora surge surge & loquere canticum: quasi dicat, expergiscere expergiscere: ut Psal. 44. Exurge quare obdormis domine, & sic pro uigilare transumitur. Canticorū 5. Ego dormio & cor meum uigilat. Verbum passiuum legitur Zachariȩ 2. Quia consurrexit de habitaculo sancto suo: uerius sic, quia excitatus est. Inuenitur & ultima litera geminata עֹרֵר Canticorū 2. Ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam: & Psalmo 80. Excita potentiam tuam & ueni: & geminatis syllabis Psalmo 102. Respexit in orationem humilium, pro, oratione experrecti seu potius excitantis: nam qui orationem suam excitat continue ad illius preces respicit deus. Inde denominatur עֵר magister qui mentem discipuli excitat ad doctrinam. Malachiæ 2. Magistrum & discipulum de tabernaculo Iacob, id est, excitantem quem nos dicimus arguentem in dispu-

tationibus

tationibus & respondentem. Vnde magistri hebræorum dicunt: arguens inter sapientes, respondens inter discipulos.

עָר Hostis, inimicus, osor. Micheæ quinto. Et conterã ciuitates tuas. hebræi legunt inimicos tuos, cui etiam alludit chaldaica translatio Ionathę. עֵירֹ Nudum seu nuditas. Habacuk secundo, Vt aspiciat nuditatem eius. & eiusdẽ tertio. Suscitans suscitabis arcum tuũ, pro nudus reuelabitur arcus tuus. עוֹר Pellis. Genesis tertio. Fecit quoq; dominus deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, id est, tunicas pellẽ appositiua constructio. & Iob secundo. Pellem pro pelle: & pluraliter in fœminino genere Exodi 36. Fecit & opertoriũ tabernaculi de pellibus arietum: & in genere masculino Threnorum 5. Pelles nostræ quasi clibanus exustæ sunt.

* עִוֵּר Cæcauit 4. Regũ 25. Et oculos eius effodit, rectius sic, Et oculos Sedechiæ cęcauit. Inde nomen adiectiuum generis masculini עִוֵּר cęcus, Exodi 4. Videntem aut cæcum. & fœminini generis Leuit. 22. Si cęcũ fuerit si fractum.

* עוּשׁ Conuenit, coiuit, agglomerauit. Ioëlis tertio. Erũpite & uenite. pro quo uerius septuaginta interpretes posuerunt, congregamini & introite. Inde dicitur עַשׁ totum sydus draconis & ursarum circa polum arcticũ, ab agglomeratione & collectione plurium stellarum sic nominatum. quem translatio nostra arcturũ uocat. Iob 9. Qui facit arcturum & oriona. est autem sydus quod supradictam congeriem astrorum plaustrum & septẽtriones sequitur: de quo Virgilius Georgicon primo. Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis, Circũ perq; duas in morem fluminis arctos. rabi Salomon simpliciter dicit esse sydus, sed rabi Dauid kimhi scribit, quod sit congeries stellarum circa caudam arietis siue intelligat arcturum pliadas, hyadas, geminos'ue triones: quod autẽ legitur Iob 4. Consumentur uelut à tinea, id alij de circulo arctico, hoc est polo intelligũt, quasi dicat omni tempore quod plus uersat, id est, in æternũ. Vnde sequitur, in æternum peribunt, & accipit per epenthesin iod, eiusdem 38. Aut girum arcturi poteris dissipare.

* עָוַת Malefecit, peccauit, iniquauit, ut Ester 1. Regem lęsit regina. Inde uerbum transitiuum tertij עִוֵּת id est, peccare fecit. Threnorum 3. Vt peruerteret hominem in iudicio suo: uisum est supra in עוח & significat curuare, est enim iniquum curuum eo quod nõ sit rectum. Sic Ecclesiastis septimo, quod nemo possit corrigere quẽ ille despexerit, uerbum è uerbo sic, Quis poterit rectificare quem curuauit ille. In alia forma Ecclesiastis 12. Et nutabunt uiri fortissimi, id est, incuruabuntur.

* עֵז Capra. Genesis 15. Et capram trimam: & pluraliter 1. Regũ 25. Ouium tria milia & mille capræ: & in cõpositione significat caprũ emissarium. Leuit. 16. Et alteram capro emissario. componitur aũt ab עֵז id est, caper et אָזַל id est, abijt. quod Onkelus sic interpretatur. & Psal. 31. In manibus tuis sortes meę: ꝙ nescio quare ita transtulerint. Nam in manu & nõ in manibus scriptũ est: nulla etiam dictio in uersu ponitur quæ sortes significet. Recte igitur secundũ ueritatẽ hebraicam Hieron. in suo psalterio sic traduxit, In manu tua tẽpora mea: quod rabi Salo-

mon exponit. Omnia tēpora mea tranſierunt ſuper me ſecundum decreta oris tui & iuxta diſpoſitionem tuam.

* עָזַז Inualuit, confortauit, roborauit, firmauit, fortificauit. Eccleſiaſtis 7. Sapientia confortauit ſapientem: & Iudicum 6. pro eo quod nos legimus, Et oppreſſi ſunt ualde ab eis, ueritas habet. & inualuit manus Madian. Inde nomē ſubſtantiuum deriuatur עוז robur, fortitudo, uirtus. Pſalmo 29. Dominus uirtutem populo ſuo dabit. & ſcribitur per holem uel hatephcamez. Pſal. 118. Fortitudo mea & laus mea dominus: ſcribitur & quandoq; per ſurek uel kibuz עֻז עוּז ut pſalmo ultimo, Laudate eum in firmamento uirtutis eius. rèperitur & duplicata litera zain עִזּוּז ſecundū naturam primitiui. ut Pſalmo 145. Et uirtutem terribilium tuorum dicent: recipit etiam cataprotheſin literam mem מָעוֹז. Iſaiæ 30. Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis. Inde nomen adiectiuum עַז Iſaię 19. & rex fortis dominabitur eorum. & pluraliter pſalmo 59. Irruerūt in me fortes. & adiectiuum ſecundū formam primitiui Pſalmo 24. Dominus fortis & potens. Inde nominatur auis quædam ex immundis uolucribus atq; uetitis עָזְנִיָּה quam alij gryphem uocant. noſtra uero translatio haliæetū. Leuit. 11. Gryphum & haliæetum. Eſt autem haliętus aquila marina, & dictio quinq; ſyllabarū ſcribitur tertio ſyllaba per diphthongon æ. hoc dico ut emendentur libri latini in loco allegato: uocatur autem hebraice ſic à fortitudine, græce uero à mari & piſcationibus.

* עָזַב Dereliquit. ut Pſalmo 22. Deus deus meus reſpice in me quare me dereliquiſti: quod hebraice canitur in paſſione domini אֵלִי אֵלִי לָמָּה עֲזַבְתָּנִי id eſt, uerbum è uerbo: Deus meus deus meus ut quid dereliquiſti me: ubi cernitur quod reſpice in me non eſt de textu. & Geneſis ſecundo. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum. עָזַב Fortificauit, auxit, roborauit. adiuuit. Nehemiæ 3. Et dimiſerunt Ieruſalē uſq; ad murū platę latioris: quod Nicolaus de Lyra ediſſerit rectius ſic, Et extenderūt murum eius. Rabi Salomō exponit hoc uerbum, per fortificauit. Deuteronomij trigeſimoſecūdo. ubi nos legimus: Et clauſi quoq; defecerunt reſiduiq; conſumpti ſunt, Veritas ſimpliciter habet, Et deficiet ſeruatus & fortificatus: ſic Nehem. 4. Num dimittent eos gentes, pro quo legunt hebræi, Num fortificabunt ſe. ſeu ædificabunt ſibi. עִזָּבוֹן Mercatus, nundinatio. Ezechielis 27. Propoſuerunt in mercatu tuo. & paulo ſuperius ſub eodē capite. Argento, ferro, ſtanno, plumboq; repleuerunt nundinas tuas: translatio chaldaica Ionathæ uult eſſe apothecas mercatorum ſiue tabernas inſtitorias: circumloquitur enim hoc uocabulum ſic, Aurum, ferrum, ſtannum & plumbum attulerunt in domum gazæ tuæ.

* עָזַק Sepiuit. circumdedit. Iſaię quinto. Et ſepiuit eam & lapides collegit ex ea.

* עָזַר Auxiliatus eſt, adiuuit 1. Regum 7. Hucuſq; auxiliatus eſt nobis dominus. et Iſaię 41. Vnuſquiſq; pximo ſuo auxiliabit. & paulo inferius. Ego auxiliatus ſum tibi. & in paſſiuo. ut Pſal. 28. In ipſo ſperauit cor meū & adiutus ſum. Inde nomē uerbale per quinq; pūcta. עֵזֶר

Deutero

Deuteronomij 33. Et adiutor illius cõtra aduerſarios eius erit: ſic Geneſis 2. ubi nos legimus, Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, hebraica ueritas ſic legit. Faciam ei adminiculum tanquã penes eum: & ponitur in ſingulari faciam & non faciamus, quod nota, et in fœminino. Pſalmus 70. ubi nos legimus. Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me feſtina, hebraica ueritas ſic habet. Deus ad protegendum me domine in adiutorium meum feſtina. עֲזָרָה Crepido. Ezechielis 43. Et de ſinu terræ uſq; ad crepidinẽ nouiſſimam. item eodem. & à crepidine minore uſq; ad crepidinem maiorem. item eodem: & crepido quatuordecim cubitorum: Rabi Dauid kimhi in libro de radicibus dicit q̃d ſit atrium in quo cõgregabatur Iſraël in templo ad adorandum, ut eos deus adiuuaret, quaſi hoc modo à ſuperiore uocabulo adiutorij deriuaretur. idẽ rabi Dauid in commentarijs ſuper Ezechielem ſcribit, quòd in ſinu terræ, hoc eſt in medio pauimenti cõſtructum erat altare & locus in quo circumſtant ſacerdotes offerentes ſacrificia dicitur עֲזָרָה rabi Salomon dicit hoc uocabulum ſignificare pauimentum ſeu aream. & ſic interpretatur per hoc nomen eſterig germanicum, compopularibus ſuis uangionibus ubi habitauit notũ: ego putarim ab ipſo pauimẽto ſoli adpactos ad altare gradus eſſe prominentes ubi ſit ſtatio ſacrificuli quod uetuſtatis amantiſſimus Leo baptiſta Albertus de re ędificatoria libro octauo ubi de columnis ſcribit, recte mihi nominare uidetur propodium & crepidinem: eſt enim crepido, ut ait Feſtus, ſaxum prominens: & Seruius grãmaticus inquit. Crepido eſt abrupti ſaxi altitudo. Virgilius in 10. Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi. expoſitis ſtabit ſcalis.

※ עֵט Stilus, translatio noſtra calamum interpretatur. Pſalmus 45. Lingua mea calamus ſcribę ueślociter ſcribentis, ſed rectius noſter Hieronymus in ſuo pſalterio de hebraica ueritate ſic. Lingua mea ſtilus ſcribæ uelocis. & Iob 19. Stilo ferreo & plumbi lamina.

※ עָטָה Induit, amiciuit, operuit. Ieremiæ. 43. Et amicietur terra Ægypti ſicut amicitur paſtor pallio ſuo. & Pſalm. 104. Amictus lumine ſicut ueſtimento. & Pſalmo 109. Fiat ei ſicut ueſtimentum quo operitur. & infra. Operiantur ſicut diploide confuſione ſua. עָטָה Aduertit, reſpexit, diſceſſit, diuertit, uagatus eſt, declinauit. 1. Regum 15. Sed uerſus ad prædam es: & ſic etiam Ionathas chaldaice traduxit, ſed translatio noſtra interpretatur aliter, Canticorũ primo. Ne uagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Origenes in omilia prima, ſuper cantica traduxit iuxta ſuperiorem ſignificationem ſic. Nequando fiam ſicut coopertus ſuper greges ſodaliũ tuorum: melius ſic, tanquam aduertens uel diſcedens ad greges ſodalium tuorum. Rabi Salomon aſtipulari uidetur Origeni: ad hoc enim allegat uerſiculum Leuitici decimotertio. Caput nudum os ueſte contectum, licet ibi poſſint intelligi labra uulgo auerſa: rabi Dauid kimhi exponit declinans & diſcedens.

※ עֲטַלֵּף Veſpertilio. Leuitici 11. Veſpertilionem & upupam quoq;.

※ עֲטִין Vas mulctrale in quo lac colligitur. ut Virgilius in bucolicis. Bis uenit ad mulctram: ego aũt neſcio quare

translatio nostra interpretatur uiscera. Iob uicesimoprimo. Viscera eius plena sunt adipe. Nam etiã in hac dictione adipe putatur error, scribitur enim per camez & nõ quinq; punctis, hebraica igitur ueritas sic legit, Mulctralia eius implentur lacte.

* עטה Obduxit, occultauit, operuit, abscondit. Psalm. 65. Et ualles abundabunt frumẽto. Hieronymus sic. Et ualles plenæ frumento coæquabũtur: tu uero secundum etymologiam rectius sic dixeris. Et ualles operientur frumento, ita Iob 23. Si me uertam ad dexteram nõ uidebo illum, melius sic. Abscondetur dextrorsum & nõ uidebo, hoc est, si in parte meridionali occultauerit se non uidebo eum. עטה Syncopizauit, in extasi fuit, defecit, mœstus est, contristatus, anxiatus. Psalm. 61. Dum anxiaretur cor meũ. & in titulo Psalmi 102. Oratio pauperis cum anxiaretur, id est, secundũ Rabi Salomonem cum anima eius operiretur, seu secundum alios deficeret in tribulatione. Threnorũ 2. Cum deficeret paruulus & lactens: & infra, cum deficerent quasi uulnerati. Inde nomen עטה ut eodem in loco. Pro anima paruulorum tuorũ qui fame pereunt, id est, syncopi constitutorum propter famem. & Psalm. 107. Anima eorum in ipsis defecit. עטה Serotinauit, tardauit, posteriorauit, Genesis 30. Quando uero serotina admissura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas: & infra. Factaq; sunt ea quæ erant serotina, id est, de postremis, hoc est, posteriore tempore.

* עטר Circũdedit, coronauit. Canticorum 3. In diademate quo coronauit eum mater sua. Inde עטרה sertum, corona, diadema. Psalm. 21. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso: rectius de hebraico uerbum de uerbo sic, pones ad caput eius coronam auri, uult dicere, auri optimi & purgatissimi, quod hic Hieronymus obrizum appellat. Inde nomen uerbale uel participiũ מעטר 1. Regum 23. In modum coronæ cingebant Dauid & uiros eius. & Psalm. 102. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. sic Psalm. 8. Gloria & honore coronasti eum.

* עטש Oscitauit, sternutauit: cuius nomen עטישה inuenitur Iob 41. Sternutatio eius splendor ignis, quod alij exponunt de oscitatione.

* עיב Obtenebrauit. Threnorũ secundo, Quomodo obtexit caligine, putant aliqui deriuatum à עב nube quasi obnubilauit.

* עיה Desertum, uastitas, fodina & dispersio lapidum, aceruus. Micheæ primo. Et ponam Samariam quasi aceruum lapidum, id est, in deuastationem et in desertionem. & hoc indicat chaldaica translatio per uocabulum, quod significat cumulos lapidum & dispersionem lapillorum. utitur enim Ionathas chaldæus eadem interpretatione hic sicut facit Ieremiæ 51. Et erit Babylon in cumulos. Item Iob 30. Verumtamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam. rabi Salomon exponit, Sed nõ in tumulo sepulchro fossa uel fouea consueuit iudex mittere manum, id est, potestatem suam. & pluraliter עיים Psalmo septuagesimonono. Posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam, ubi septuaginta uolentes ostendere quòd Ierusalem euersa & destructa esset, ipsi pro palatijs eminentissimis

eminentissimis Ierusolomytanę urbis ostenderunt posita esse tuguria, sic enim græce legi solet. posuerunt Ierusalem quasi oporophylaciū, id est, tugurium, hoc est, domunculam hortulanorū. sed hebraice legitur in numero plurali quod secundum Paulum episcopum Burgensem recte transfertur fossas siue foueas. quæ cum fodiuntur solent ex eis lapides in aceruum cumulari. Vnde translatio Hieronymi de hebraica ueritate simul stare posset qui sic transtulit: posuerūt Ierusalem in aceruos lapidum. & Isaiæ 17. Et erit sicut aceruus lapidū in ruina: placeret mihi fodinas dicere. nam nihil hic de pomis agitur. Præceptor meus Iacobus iehiel Ioans doctor Iudęus, dixit hoc uocabulum solitudinem significare.

* עיר Aceruauit, congregauit, cumulauit. Exodi 19. Mitte ergo iam nunc & congrega iumenta tua. sic etiam Onkelus chaldaice traduxit. sed translatio nostra legit aliter Ieremiæ 5. Confortamini filij Beniamin in medio Ierusalem, credens uerbum esse עוז de quo superius diximus, quod rabi Ioseph kimhi pater magistri Dauid in eius commētarijs exponit congregamini, quē hebręorum schola sequitur, similiter interpretatur eiusdem 4. Confortamini nolite stare, id est, cōgregamini & fugite ad arcem Sion altissimum fortaliciū. sic Isaiæ 10. Habitatores Gebin cōfortamini, dicere debuit congregamini.

* עיט Auis, uolucris, turba auiū. Isaiæ 18. Et relinquentur simul auibus montium. & infra. Et æstate perpetua erunt super eum uolucres. & Genes. 15. Descenderuntq; uolucres super cadauera. & Esaiæ 46. uocans ab oriente auem, ubi quidam interpretantur cōsiliarium, & ab hoc nomine deriuatur uerbū quod significat inuehi, obstrepere, increpare, & subito commoueri, sicut cum multitudo auium in campo simul commorantium perterrita subito inuehitur cum quodam impetu & strepitu. sic 1. Regum. 25. Et auersatus est eos. id est, & inuectus est in eos. & dicunt grāmatici hebræorum quod uerbum sit nominale deriuatum à pręsente uocabulo quia iod scribitur per patha.

* עין Aspectus, color, oculus. Isaiæ. 52. Oculo ad oculū uidebunt. & pluraliter Psalm. 115. Oculos habent & non uidebunt. Inde uerbum deriuatur עוין Inuidebat, quod translatio nostra circūloquitur sic. 1. Regum 18. Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid. Inde superficies, aspectus, species. Ezechielis 1. Quasi species electri de medio ignis. & infra. Et scintillæ quasi aspectus æris candētis. עין Fons. Genesis 16. Iuxta fontem aquæ quæ est in uia Sur. & pluraliter fœminini generis עינות Exodi 16. ubi erant 12. fontes aquarum & septuaginta palmæ. & per prothesin accipit mem. Canticorum 4. Hortus conclusus fons signatus. & infra. Fons hortorum puteus aquarum uiuentium. & pluraliter in masculino. haurietis aquas in gaudio de fontibus salutis. similiter in fœminino genere Genesis 7. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ.

עיף Lassus, deficiens. Deutero. 25. Quando tu eras fame & labore confectus, periphrasticos Isaiæ 5. Non est deficiens neq; laborans. & eiusdē 28. Hæc est requies, reficite lassum. Inde deriuatur uerbū lassatus est seu defecit. Isa: 40.

Et non deficiet neq; laborabit, & infra, deficient pueri & laborabunt.

עיק Gemuit: translatio nostra habet stridit. Amos 2. Ecce ego stridebo subter uos sicut stridet plaustrũ onustum fœno: magis autem proprie ad gemitum refertur quam ad stridorem, iuxta Virgiliũ in 6. Æneidos. gemuit sub pondere cymba. uox enim illa tribulationis, per quam significamus angustiam, qua premimur hoc uocabulo rectissime significatur. Vnde Ionathas chaldæus ubi apud nos legitur tribulatio, ibi præsens hoc uocabulũ posuit. sicut Nahum 1. Confortans in die tribulationis interpretatur in tempore עקה & in hoc loco primum quod ponitur est uerbum transitiuum significatq; gemere facio, secundum est absolutũ, id est, gemit, ut sit sensus. Ecce ego gemificans uos subter sicut gemit plaustrum plenum sibi frumento.

עיר Ciuitas, urbs. Genesis 11. uenite faciamus nobis ciuitatem, & in plurali deponit iod. ut Genesis 41. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus recõdita est. Est quando retinet etiam in plurali iod. ut Iudicum 10. Principes triginta ciuitatũ. quod de uerbo ad uerbum sic legitur. Et triginta ciuitates eis supple erant. sed quãdo iod abijcit, tunc sæpe per synonymiã coincidit cum hoste & inimico in numero plurali. ut Micheæ 5. ubi nos legimus, Et cõteram ciuitates tuas, hebræi habent, & conteram hostes tuos. עיר Pullus. Iob 11. Pullum onagri se liberum natum putat. & Zachariæ 9. Et super pullũ filium asinæ. Sic intelligitur illud Iudicum 10. Habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum; similiter iod facit diphthongum Genesis 49. Ligans ad uitem asinam suam; ubi ò fili mi non est de textu ueritatis hebraicæ. Significat autem pullum tam muli quàm asinæ.

עיש Sydus est sic dictum. quem translatio nostra uesperũ uocat. Iob 38. Et uesperum super fines terræ consurgere facis. diximus de eo superius in litera ain sequente uau.

עכבר Mus. Leuitici 11. Mustela & mus.

עכביש Aranea. Isaiæ 59. Telas araneæ texuerunt. & Iob 8. Aranearum tela fiducia eius.

עכס Monile calceamentorũ uarigeratum & squamatum, ac ornamentum pedum, quod Iulius Pollux lib. 5. nominarij sui cap. 16. appellat perisphyriõ. Isaiæ 3. Auferet dominus ornamentum calceamentorum. Inde uerbum deriuatur, quod ornare pedes significat. Isaiæ eodem cap. Et pedibus suis composito gradu incedebant: quod uerbum è uerbo sic dicitur, & in pedibus suis ornabantur scilicet perisphyrio, cuius instar etiã compedes & pedicæ nominantur, quia solent ad similitudinem talium ex ære fieri quibus uinciuntur pedes. Prouerbiorum 7. Et quasi agnus lasciuiens & ignorans: & nescit quod ad uincula stultus trahat: longa perifrasis in qua nihil de agno dicitur, sed uerbum è uerbo sic interpretatur. Et quasi pedica seu compes ad castigationem stulti. Quidam hebræorum in Germania uolunt hoc uocabulo uenenum significari, & scribitur sex punctis.

עכר Turbauit. Genesis 35. Turbastis me: & Iosue 7. quia turbasti nos exturbet te dominus in die hac. & 1. Reg. 14. Turbauit pater meus terram. & Paralippo

ralippomenon 2. Qui turbauit Iſraël.

✲ עַכְשׁוּב ✲ Aſpis. Pſalm. 140. Venenum aſpidum ſub labijs eorum. & nota quod iſte uerſiculus non ponitur in Pſal. 13. uel 14. ſicut nos legimus.

✲ עֹלֵל Paruulus. Ieremię 6. Effunde ſuper paruulũ foris. et pluraliter Threnorum 4. Paruuli petierũt panẽ. & Pſal. 8. Ex ore infantiũ & lactentiũ. patitur etiam præpoſitionẽ mem מְעוֹלֵל uel thau תַּעֲלוּל & fit nomen adiectiuum. Iſaiæ 3. Et effœminati dominabuntur eis, pro infantiles. עֲלִילָה Actus, conatus, ſtudium, cogitatio, conſilium, debita opera. Pſalm. 66. Terribilis in cõſilijs ſuper filios hominum. melius ſic ſecundũ Hieronymum. Terribile cõſilium ſuper filios Adam, id eſt, opera eius ſunt terribilia. ſic Ieremię 32. Magnus cõſilio & incomprehenſibilis cogitatu. Inde uerbũ deriuatur עוֹלֵל & הִתְעַלֵּל Exodi 9. Quotiens cõtriuerim Ægyptios. quod rectius ſic intelligitur: quid parauerim in Ægypto, ſeu quid egerim aut conatus fuerim. & Pſalm. 9. Adnunciate inter gẽtes ſtudia eius, id eſt, opera. Sicubi nos legimus Threnorũ 1. Sicut dolor meus quoniam uindemiauit me, Hebræi habent, ſicut dolor meus qui factus eſt mihi: et ſic rabi Salomon exponit. ſimiliter infra. Et uindemia eos ſicut uindemiaſti me. pro quo rectius, Et fac eis ſicut feciſti mihi. ſic exponit rabi Dauid kimhi. ſignificat etiam illudere & opprobari. Nume. 22. Quia illuſiſti mihi. ſic primo Regũ 31. Ne forte ueniant incircumciſi iſti, & interficiant me illudentes mihi. Inde nomen Deutero. 22. Imponit ei nomẽ peſſimũ, id eſt, opprobria inquiſitionis, huc aliqui canonizant, id quod ſcribitur Nehe. 8. Et reſpondit omnis populus amen amen eleuantes manus ſuas, & ſic ſignificat eleuare. עֲלִיל Eſt leo ſeu uas alkimicum in quo ſublimatur aurum & argentum, quod magiſtri eius artis aludel nominãt. Pſalmo 12. Argẽtum igne examinatum probatum terræ. עֱלִי Mortariũ, pila. ſic Prouerbiorum 27. Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo. Quidam putant uas eſſe ad ſimilitudinem ſuperioris, & hoc eſſe à ſuperiore deriuatum: huius ſententiæ fuit Ioſeph kimhi. עוֹלֵל Reliquias collegit, uindemiauit, & ut ſic dicam racemauit. Ieremiæ 6. Vſq; ad racemum colligant, quaſi in uinea reliquias Iſraël. & eſt interpretatio ſenſus de ſenſu ſeptuaginta ſic. Racemantes racemate, quaſi in uinea reliquias Iſraël: ſed rectius uerbum è uerbo ſic. Vindemiando uindemiabunt quaſi uitem reliquum Iſraëlis. Dicitur autẽ de frugibus, quarum poſtremo tandem reliquiæ colliguntur. Deute. 24. Non colliges remanentes racemos, ſed cedent in uſus aduenę pupilli ac uiduæ. עֹל Iugum. 1. Regũ 6. Duas uaccas fœtas quibus non eſt impoſitum iugum, uerbum è uerbo ſic: quod nõ aſcenderit ſuper eas iugum. & Deuteronomij uiceſimo octauo. Et ponet iugum ferreum ſuper ceruicem tuam.

✲ עִלֵּג ✲ Balbus. Iſaiæ 32. Et lingua balborum ualociter loquetur & planè, id eſt, diſerte pure ac nitide, & per memetatheſin לָעַג id eſt, ſubſannauit. Iſaię trigeſimoſeptimo, Subſannauit te uirgo filia Sion. & Pſalmo ſecundo, Dominus ſubſannabit eos, uide ſupra in litera lamed ante ain.

✲ עָלָה ✲ Aſcendit. Exodi 19. Moſes

autem aſcendit in mõtem ad deum: ubi in montem ſignatur obeliſcus. & Pſalmo 68. Aſcendiſti in altum. Canticorum 3. Quæ eſt iſta quę aſcẽdit. Inde multa deriuata מַעֲלָה מַעֲלֶה quæ ſurſum ſignificant ſicut aſcenſiones & gradus. Item Ioſue octauo. Et duxerũt eos ad uallem Achor. עֹלָה Hoſtia, holocauſtum, ſacrificium. Leuitici 1. In holocauſtum & ſuauem odorẽ domino. & Iſaiæ 61. Odio habens rapinam in holocauſtum. & pluraliter 3. Regum 3. Mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomon.

עַל In, ad, apud, ſuper, ſupra. aduerſum 4. Regũ 9. Lenticulam olei fundes ſuper caput eius. & Pſalm. 2. Aduerſus dominum & aduerſus Chriſtũ eius. & 1. Reg. 2. Et abijt Elcana in Ramatha in domũ ſuam, id eſt, ad domum. & quidam libri habent אֶל ſed antiquiſſimi habent עַל Inuenitur ſæpe per defectũ conſequentis, Oſeę ſeptimo. reuerſi ſunt ut eſſent abſq; iugo: melius 70. In nihilũ. Terentius. adeo uenuſta ut nihil ſupra. & 2. Regum 23. Dixit uir cui non conſtitutum eſt ſupra, ſic enim legi debet & eſt diſtinctio. מַעַל מִמַּעַל מִמַּעְלָה Super, deſuper, deſurſum, ſuperne. Ezechielis 1. Nam cum fieret uox ſuper firmamentum quod erat ſuper caput eorum. Item eodem. & facies eorum & pennæ eorum extentę deſuper. Item Iſaiæ. 6. Seraphim ſtabant ſuper illud: dicunt aliqui quod he finalis ſit paragoge, alij quod ſit litera terminalis generis fœminini.

עָלָה Finiuit, cõſummauit, terminauit depoſuit. trãslatio noſtra habet reduxit, reuocauit, adduxit. Gen, 46. Et ego inde adducam te reuertentem, id eſt, ſepeliam te, & Pſalm. 102. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. rabi Salomon exponit: ne finias termines uel conſummes me. & ſecundũ hoc intelligit rabi Ioſeph kimhi uerſiculum qui legitur Nahum 2. miles captiuus abductus eſt.

עֲלִיָּה Cubile, cœnaculum, uel ut ſic dicam camera 4. Regum 4. Faciamus ergo cœnaculum paruum. תְּעָלָה Riuus, aquæductus 4 Regum 18. Steterunt iuxta aquęductũ piſcinæ ſupioris, & Iſaię 7. Ad extremũ aquęductus piſcinę ſuperioris & 3. Reg. 18. Et foſſa aquęductus repleta eſt aquis. עָלָה Curauit. Iere. 8. Quare nõ eſt obducta cicatrix filię populi mei. inde nomẽ. תְּעָלָה Sanitas. Ieremię 46. Fruſtra multiplicas medicamina: ſanitas non erit tibi. & eiuſdem 33. Ecce ego obducam eis cicatricem & ſanitatem & curabo eos. עָלָה Crater quo libatur uinũ 2. Paralip. 23. De qua facta ſunt uaſa templi in miniſterium ad holocauſta phialę quoq; & cętera uaſa.

עָלֵי Inſtrumentum muſicum. Pſal. 92. In decachordo pſalterio cum cantico in cithara. [illegible] Capitur ibi. עָלֵי prępoſitionaliter & עשור pro decachordo. עָלֵי Coxa, & id quod crure ſuperius eſt. 1. Regum 9. Leuauit autẽ cocus armum. pro quo hebraica ueritas legit. Leuauit autem cocus crus & coxam eius. ſic etiam chaldaica translatio Ionathę cõtinet. [illegible] Hebraiſmus proprie habet, crus ſeu armũ & quod eſt ſupra ipſum: eſt autẽ foemur ſeu coxa ſupra armũ. עָלֶה Folium arboris. Geneſis 8. Portans ramum oliuę uirentibus folijs in ore ſuo, ueritas hebraica ſic habet: & uenit ad eum columba ad tempus ueſperę, & ecce foliũ oliuę raptum in ore ſuo, ſic Pſal. 1. Et folium eius non

defluet

defluet. & Genes. 3. Et consuerunt folia ficus. translatio nostra sæpe frōdes & ramos interpretatur, ut Nehemiæ 8. Afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, & frondes myrti & ramos palmarum, &c. עֶלְיוֹן Supremus, summus, altissimus. Psalm. 91. Qui habitat in adiutorio altissimi. & Ezech. 41. Et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora & in mediū, id est, de infimo ad summū.

* עָלַז Exultauit, lætatus & gauisus est. Psalmo 149. Exultabunt sancti in gloria. & Psalmo, Gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt. & Sophonię tertio, Lætare & exulta in omni corde.

* עֲלָטָה Caligo tenebrosa. Gen. 15. Cū ergo occubuisset sol facta est caligo tenebrosa. Ezec. 12. In caligine egredietur.

* עָלַם Abscondit, cuius passiuū legitur, Leuitici 5. Et oblita fuerit. quod uerius sic legeretur. Et absconditum fuerit ab eo. nam Onkelus chaldæus interpretatur & coopertū fuerit ab eo, id est, latuit ei. sic Iob 28. Abscondita est ab oculis omnium uiuentiū. & Psalm. 26. Et cum iniqua gerentibus non introibo: quāuis aūt ista translatio non sit de uerbo ad uerbū, tamen melius ad sensum quadrat quā Hieron. qui uertit: & cum superbis non introibo, nam superbi uolūt esse in aperto. sed iniqua gerentes cupiunt esse in abscondito & fugiunt lucem: ueritas aūt hebraica sic legit, Et cum abscōditis non ambulabo. Quod rabi Salomon exponit scilicet cum ijs, qui agunt cōuenticula in occulto ad perpetrandum actus eorū in tenebris: & Iob 6. Qui timent pruinam irruet super eos nix, hebræi legūt: obfuscata à gelu abscondet ea nix. & Psal. 44. Ipse enim nouit abscōdita cordis. Vnde quidam huc referunt titulum, Psalm. 9. pro occultis, & quamuis Burgeñ. pro iuuentute exponat, tamē rabi Dauid kimhi intelligit super occultis cantici & arcanis eius. Vide illic Nicolaum de lyra, & Paulū Burgen. in additionibus. עֶלֶם Puer, iuuenis, adulescens. 1. Reg. 17. Interroga tu cuius filius sit iste puer: & loquitur de Dauid quando interfecit Gigantē Philistæū, inde adulescētia עֲלוּמִים ut Iob 33. Reuertatur ad dies adulescētię eius. & Iob 20. Ossa eius implebūtur uitijs adulescentiæ eius. עַלְמָה Puella, iuuencula, adulescētula, uirgo. Geñ. 24. Et uirgo quę egredietur ad hauriendam aquam audierit à me: ubi Onkelus chaldaice traduxit, puella uel adulescentula, & Exodi 2. Perrexit puella, & uocauit matrē pueri. & Isaię 7. Ecce uirgo cōcipiet & pariet filium, ubi Ionathas chaldæus eodē utitur uocabulo, quo superius Onkelus de Rebecca usus est. & Prouer. 30. Via aquilę in cœlo, uia colubri super petram, uia nauis in medio mari, & uia uiri in adulescētula, ubi mendosi codices habent adulescentia sed male. & pluraliter Psal. 68. In medio iuuencularū tympanistriarū: & mouetur à superiore uocabulo generis masculini in fœmininū, sicut puer puera siue puella. עוֹלָם Æternitas, æternū, sæculū, Exodi 15. Dn̄s regnabit in ęternū, & ultra, Isaię 45. Israël saluatus est in dn̄o salute æterna: ubi ponit pluralis numerus quasi dicat salute sęculorū scilicet amborū tā pręsentis quā futuri. Vnde in Psal. 41. dicit. Benedictus dn̄s deus Israël à sęculo usq; in sęculū amē amē. Significat aūt nō semp infinitū, sed quandoq; determinatū & quandoq; longū, ut Exod. 21. Et erit ei seruus in sęculū. et Psal. 119. In ęternū nō obliuiscar iustificatiōes

tuas

tuas,id est,quoad uixero. Et finaliter sciendum est,quod hęc dictio significat durationem secundum materiam subiectã, Ecclesiastis 1. Iam enim pręcessit in seculis quę fuerunt ante nos, exponit rabi Salomon in seculis quę transierũt ante nos, & sic finita sunt.

* עָלַס Lætabatur,gaudebat,exultauit: Iob 20. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum sic sustinebit,ubi scribit rabi Salomon quod hoc uerbum significat gaudium cõuersione zain in samech, ut sit sensus, iuxta diuitias permutationis suæ non gaudebit.

* עָלַף Defecit,syncopizauit,defessus est: Ionę 4. & percussit sol super caput Ionæ & æstuabat. Septuaginta rectius traduxerunt sic: & angustiatus est,sed melius ita,& defecit. Sic Amos 8. In die illa deficient uirgines pulchrę & adolescentes in siti. עָלַף Obduxit, texit. Canticorum 5. Venter eius eburneus distinctus sapphiris: pro quo melius obductus uel tectus,aliĳ circumductus: & Genesis 38. Assumpsit teristrum & mutato habitu sedit in biuio. Istud profecto arbitratu meo aliquantum obscure interpretatur: nam ueritas hebraica sic habet, Et despoſuit uestimẽta uiduitatis ab ea & operuit se calyptra seu peplo, & obducta seu tecta est.

* עָלַץ Lætatus est,exultauit,gauisus est: 1. Regum 2. Exultauit cor meum in domino: & 1. Paralippomenon 16. Exultent agri & omnia quę in eis sunt.

* עֲלוּקָה Sanguisuga quę perpetuo haurit sanguinem: Prouerbiorum 30. Sanguisugę duę sunt filię, licet aliqui Hebręorum interpretentur sic, Inferni duæ sunt uoces da da: aliĳ transumptiue exponunt duas esse perpetuas uoragines, paradisum & infernum, quarum ista dicit da mihi iustos, illa uero da mihi prauos. Eam dictionem alibi nõ reperio in canone sacrarum literarum.

* עִם Cum uel in: Canticorum 4. Cum pomorũ fructibus cyperi cum nardo cum uniuersis lignis libani: & in compositione pronominum profertur mem per dages quasi sit litera geminata.

עַם Populus: Deuteronomĳ 32. Popule stulte & insipiens: & uidetur esse ortum à dictione superiore quę aliquem concursum & cõiunctionem significat: hominum enim cõcursus siue coniũctio facit populum. עָמַם Occultauit, obduxit, obscurauit, Threnorũ 4. Quomodo obscuratum est aurum, sed translatio nostra uariauit Ezechielis 31. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei: ueritas enim hebraica sic legit, Cedri nõ occultarũt eum in horto dei, id est, quod non fuerit inferior cedris, neq; obductus siue depressus à cedris.

* עָמַד Stetit: Iosue 10. Steteruntq; sol & luna donec ulcisceretur se gens: & in fœminino, Psal. no 26. Pes meus stetit in directo: Nahum 2. State state, ex quo multa oriuntur transitiua similiter & nomina, & Nehemię 13. Et feci stare in stationibus suis. Inde etiam deriuatur uocabulum quod sequitur. עִמָּדִי Penes, apud, secus me, hoc est, in eo loco ubi ego steti atq; mecum: ut Psalmo 50. & pulchritudo agri mecum, id est, apud me. Iob 23. Nolo multa fortitudine contendat mecum. Aliĳ uolunt dictum quasi per epẽthesim daleth à præpositione cũ, & non reperitur nisi primę personę.

עַמּוּד Columna: Ieremię 1. Et in columnam

lumnam ferream: & Iudicum 16. Tangã colũnas quibus omnis imminet domus: & ad eius similitudinem dicitur colũna nubis. Exodi 13. Per diem in columna nubis & per noctem in columna ignis.

* עמל Exercuit, fatigauit, laborauit. Ionę 4. In qua non laborasti: & Prouerbiorum 16. Anima laborantis laborat sibi: & Psalmo 127. In uanum laborauerunt qui ædificant eam: & Ecclesiastis 1. de uniuerso labore suo quo laborat sub sole, inde nomen עמל Psalmo 90. Labor & dolor.

* עמס Onerauit seu onus imposuit. Genes. 44. Oneratisq́ rursum asinis: hebraice sic, & onerauit unusquisq́ asinũ suum: sic Zachariæ 12. Ponã Ierusalẽ lapidẽ oneris. Item omnes qui leuabunt eum: & Nehemię 13. Et onerãtes super asinos uinũ. Mutatur aliquãdo samech in sin, inueniturq́ per sin scriptũ, Nehemię 4. ędificantiũ muros & portantiũ onera.

* עמק Profundauit uel profundus fuit: Psalmo 92. Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuę. Inde adiectiuum עמוק Leuit. 13. Ipsamq́ speciẽ leprę humiliorẽ cute, id est, profundiorẽ: & plur. Prouerb. 20. Sicut aquę profundę sic cõsiliũ in corde uiri, scribiturq́ per dages. Inde uerbũ graue transitiuũ: Isaię 29. Vę qui profundi estis corde, id est, profundificati. Inde à profunditate nominatur uallis, & scribitur quinq; pũctis עמק Psal. 84. In ualle lachrymarum: & pluraliter 3. Regum 20. Et non est deus uallium. A uerbo deriuatur nomẽ עומק profunditas. Prouerbiorum 25. Cœlum sursum & terra deorsum, hebraice sic, Cœlum ad altitudinem & terra ad profunditatem & recipit in principio prothesin mem literæ; ממעמק Psalmo 130. De profundis clamaui ad te domine.

* עמר Venundedit, uendidit uel uenale prostituit siue locauit. Deuteronomij 21. Nec uendere poteris pecunia nec opprimere per potentiam, pro, nec prostituere siue locare. עמר Gomor. Exodi 16. Gomor per singula capita. Et scribit Suidas græcus quod gomor sit species cuiusdam mensuræ hebraicæ, quod & rabi Salomon commentator affirmat non tamen ostendens cuius quantitatis sit nisi in fine huius capituli ubi eius mensuram uenatur descendendo ab una ad aliam in uersiculo, Gomer autem decima pars est epha: sed Hieronymus hoc explicat in libro hebraicorum nominum dicens. Gomer est mensura Atticarum chœnicum trium, & abundat apud nos g litera quę apud Hebræos non ascribitur sed nobis solum indicat primã syllabam de gutture fore proferendam: ut in capite 7. primi libri ostendimus in uerbo ragan. עמיר Manipulus aristarum seu spicarum collectio siue fascis. Iob uicesimoquarto. Et esurientibus tulerunt spicas, licet Septuaginta interpretes traduxerint stipulam. Zacharię 12. ubi nos legimus, & sicut facem ignis in fœno, illi habẽt in stipula: & per hirek cum dages Amos secundo. Plaustrum onustum fœno, quod Hieronymus in commentarijs corrigens addit uel stipula: & ponitur collectiue pro fascibus frumẽtorum secundum rabi Dauid Kimhi in cõmentarijs super duodecim.

* עמת Aduersum, pręsto, contra, e conuerso. Ecclesiastis quinto. Quomodo uenit sic reuertetur: hebraice ita, totã e cõuerso quod uenit sic uadit. Significat

& cum

& cum, coram, apud, prope, ut Leuitici 3. Et caudā totam cum renibus. Et significat consimilem, parem, socium, proximum, eiusdem 6. Negauerit proximo suo depositum.

* עָנָן Nubes: Exodi 19. Iam nunc ueniam ad te in caligine nubis. Genesis 9. Apparebit arcus meus in nubibus. Inde deriuatur uerbum transitiuum in eodem cap. quod significat obnubilare seu nubibus obducere, cumq; obduxero nubibus cœlum, hebraice sic, Et erit in obnubilando me nubem super terram.

מְעוֹנֵן Maleficus, ueneficus, præstigiator. Deuteronomij 18. Ne sit maleficus nec incantator. Vide supra in ain sequente uau.

* עֵנָב Vua. Deuteronomij 32. Et sanguinem uuæ biberēt meracissimum: & pluraliter Oseæ 9. Quasi uuas in deserto inueni in Israël: & Leuitici 25. Et uuas primitiarum tuarū non colliges, ubi ponitur dages propter euphoniam.

* עָנַג Delectauit: Psalmo 37. Delectare in domino & dabit tibi petitiões cordis tui, similiter in eodem. Et delectabuntur in multitudine pacis. Inde nomē עֹנֶג delectatio deliciæ seu oblectatio. Prouerbiorum 19. Non decent stultum deliciæ: & pluraliter Canticorum 7. Quā decora charissima delicijs.

* עָנַד Annodauit, ligauit, adnexuit, circumdedit. Iob 31. Et circumdē illum quasi coronam mihi: & Prouerbiorum 6. Et circumda gutturi tuo, id est, liga super guttur tuum.

* עָנָה Exaudiuit, respondit: 1. Regum 28. Et non respondit ei: Ioëlis 2. Et respondit dominus: & 3. Regum 38. Baal exaudi nos, id est, responde nobis hoc est, uotis nostris. Inde nomen uerbale in eodem loco, Et non erat uox nec qui responderet, hebraice sic, & non respondens: & Exodi 19. Moses loquebatur & dominus respondebat ei: Osee 2. Exaudiam cœlos & illi exaudiēt terram & terra exaudiet triticum, id est, correspondebunt necessarijs: & est trāsitiuum tertij: ut Ecclesiastis 10. Pecuniæ obediunt omnia, id est, pecunia correspōdere facit omnia. Significat autem quandoq; sine interrogatione respondere siue loqui, ut 1. Regum 9. Cumq; aspexisset Samuel Saulem dominus dixit ei. עָנָה Testificatus est, loquutus est, asseruit. Exodi 20. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium: & Deuteronomij 19. Si steterit testis mendax cōtra hominem accusans eum, uerius, id est, ad testificandum: & infra. Inuenerunt falsum testem dixisse contra fratrem suum mēdacium, quod Onkelus sic uertit chaldaice uerbum è uerbo: Et ecce testis falsus testificatus est falsum testimonium in fratrem suum, & ubi nos legimus Genesis 30. Respōdebitq; mihi cras iusticia mea, ibi Hebræorum grammatici exponunt sic, Et testificabitur mihi iusticia mea in die crastino: & 1. Regum 12. Loquimini de me coram domino, id est, testificamini contra me. עָנָה Alternis cecinit, responsorie cātauit, præcinuit: ut Psalmo 147. Præcinite domino in confessione: & Exodi 15. Quibus præcinebat dicens: Oseæ 2. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ: & Exodi 32. Vocem cantātium ego audio: totum hoc significat exaltationē uocis in cantico, quamuis significet quādoq; in genere omnem clamorē, ut in eodem, Non est clamor adhortantium ad

pugnam. Inde quidam Hebræorũ exponunt illud Genesis 16. eo quod audierit dominus afflictionem tuam, sic scilicet, quia audiuit dominus clamorem tuum.

עָנָה Afflixit, humiliauit: Psalmo 35. Humiliabam in ieiunio animam meam: sic Psalmo 116. Ego autẽ humiliatus sum nimis: & Zachariæ 10. affligentur quia non est eis pastor, sic Isaiæ 31. A uoce eorum non formidabit & à multitudine eorum non pauebit, uerius sic: à multitudine eorum non humiliabitur: unde Septuaginta interpretes uersiculum illum qui legitur Psalmo 119. Antequam humiliarer ego deliqui, rectius traduxerunt quã Hieronymus qui uertit sic, Antequam audirem ego ignoraui. Inde nomen adiectiuum עָנִי humiliatus, humilis, egenus, inops, afflictus. Ezechielis 16. Et manum egeno & pauperi non porrigebãt: & Psalmo 70. Ego uero egenus & pauper: & pluraliter Isaiæ 41. Egeni & pauperes quærũt aquas: & Psalmo 12. Propter miseriam inopum. Inde nomen substantiuum עֹנִי humilitas: Psalmo 22. Quoniam non spreuit neq; despexit deprecationem pauperis, uerius sic, Afflictionem siue humilitatẽ pauperis siue afflicti seu humilis: nam in eodem Psalmo sic interpretatur. Et à cornibus unicorniũ humilitatẽ meam. Similiter Psalmo eodem, Edent pauperes & saturabunt. Item Zachariæ 9. Pauper & ascendẽs super asinã, omnia quandã depressionẽ, paupertatẽ & humilitatem spiritus significãt: sed & laborẽ, negocium & occupationẽ quoq; Ecclesiastis 1. Hanc occupationẽ pessimã dedit deus filijs hominum ut occuparentur in ea, id est, hoc negocium ut laborarent in eo: sic eiusdem 3. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt: hebraice sic, Quia cuncti dies eius dolorosi: & iracũdia seu indignatio negocium eius. Inde לְמַעַן id est, causa motiua propter quam est totum negociũ: Psalmo 51. Vt iustificeris in sermonibus tuis, id est, propterea quod, uel ob eam causam iustificaberis: significat enim propter. Sic Prouerbiorum 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, id est, ad sui negocium. מַעֲנָה Iuger quod par boum in die potest arare: 1. Regum 14. ubi translatio nostra uocabulum hoc describit per circumlocutionem cum dicit: In media parte iugeris quam par boum in die arare consueuit: aliter enim & multo breuius hebraice legitur sic, Quasi in medio iugere combinationis siue bigarum arui, hoc est, binorũ boum in aruo. Rabi Dauid Kimhi in libro radicum scribit uocari sulcum. עינָה Bigæ aratri, hoc est, iugum transuersum ad quod boues ligantur: Oseæ 10. Cum corripientur propter duas iniquitates suas: quod uerius hebraice sic legitur, Congregabuntur super eos populi ligando eos ad bina iuga eorum. Non enim significat hoc in loco iniquitates, cum secundum ueram orthographiam post ain hic non debeat scribi uau sed iod loco eius, & nihilominus per holem punctari. עָנָו Mitis, mãsuetus, benignus: Numeri 12. Erat enim Moses uir mitissimus super omnes homines. Rabi Salomon exponit humilis & tolerans siue patiens: & pluraliter Prouerbiorum decimosexto. Melius est humiliari cum mitibus.

✱ עָנָה Frondis, ramus: translatio nostra uertit germen. Malachiæ quarto. Quæ non derelinquet eis radicẽ & ger-

men,sed rectius Septuaginta sic, Non relinquetur eis radix neque ramus: sic Leuitici uicesimotertio. Et ramos ligni densarum frondium.

✻ ענק Torques,& monile colli tendens circum guttur: Canticorum quarto. Et in uno crine colli tui: quod legendum esset. Et in una torque colli tui: hoc satis indicat uersiculus ille Prouerbiorũ primo. Et torques collo tuo, ubi ponitur plurale masculinum. Declinatur etiam quandoque in fœminino, ut Iudicum octauo. Et præter torques aureas circum colla camelorũ: sed illud quod legitur Deuteron. decimoquinto. Dabis uiaticum, intelligi debet secũdum linguæ proprietatem, id est, ornans ornabis eum, uidelicet aliquo honorario: rabi Salomon scribit aliquos sic exponere, Onerans onerabis eum scilicet muneribus, quod cæteri Iudæi sequuntur.

✻ ענש Excussit, concussit, mulctauit, collectauit, damnauit pœna pecuniaria: Deuteronomij uicesimosecũdo. Cõdemnantes insuper centum siclis argenti: & 2. Paralippomenon 36. Et condẽnauit terram centum talentis. Inde nomen mulcta, collecta, angaria: 4. Regum 23. Et imposuit mulctam terræ centum talenta, & nomen adiectiuum Amos 2. Vinũ damnatorum bibebant.

✻ עסס Suppressit, conculcauit, calcauit, cõpressit, coëgit: Malachiæ 4. Et calcabitis impios, siue iuxta Septuaginta. Et cõculcabitis iniquos: alij legunt, & cogetis. עסיס Mustum, succus, dulcis potus nuper expressus: Ioëlis 1. Qui bibitis uinũ in dulcedine: & eiusdẽ 3. Stillabunt mõtes dulcedinẽ: & Cant. 8. Et mustum malorum granatorum meorum.

✻ עפא Ramus, frondis, quod translatio nostra improprie petrã uertit: Psalmo 104. De medio petrarum dabunt uoces, id est, uerius, de medio frõdium uel ramorum dabunt uocẽ: unde rectius traducendo Hieron. ait, de medio nemorũ dabunt uocẽ. Hebræorũ aliqui exponũt de medio foliorum arboris.

✻ עפל Munitio, arx, fortaliciũ, propugnaculum, repugnantia: Micheæ 4. Et tu turris gregis nebulosa filia Zion, id est, fortaliciũ filia Zion: & Isaiæ 32. Tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas: ex quibus autoritatibus intelligis translationẽ nostrã putare hoc nomen caliginẽ siue tenebras significare, sed hoc ab Hebræis non recipiť præsertim doctis. Nã rabi Salomõ uersum illũ qui legitur Numeri 14. At illi contenebrati ascẽderunt, exponit: muniti fortificatique sunt ad ascẽdendum: & rabi Dauid Kimhi in libro radicũ assentitur & dicit quod eleuauerũt cor suũ & cõfortabãtur. Inde illud qđ legitur Habacuk 2. Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semetipso, legunt sic: Ecce repugnantia, cõtentio siue temeritas: & Ionathas Chaldæus interpretatur malignitas siue impietas. Rabi Dauid Kimhi dicit superbia & elatio cordis instar eleuati & alti propugnaculi.

✻ עפר Puluis: Genesis 2. Formauit igitur dñs deus hominẽ de limo terræ: rectius puluerẽ de terra: & Iob 28. Ferrum de terra tollitur, uerius de puluere: sicut Deuteronomij 9. Omnino quoque in puluerem redigens: & in summa uocabulũ hoc quatuor significata habet quæ sunt puluis, lutum, terra, orbis terrarũ. Vnde legitur uerbum puluerisare: secundo Regum septimo. Terramque spargens.

עפר

עֹפֶר Hinnulus. Canticorum 2. Similis est dilectus meus capreę hinnuloq; ceruorum: & eiusdem 4. Duo ubera tua sicut duo hinnuli. עֹפֶרֶת Plūbum. Ieremiæ 6. Consumptum est plumbum: & Zachariæ quinto. Et ecce talentum plumbi portabatur. עֵץ Lignum, arbor. Genesis primo. Et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suū: & Oseę quarto. Populus meus in ligno suo interrogat.

* עָצַב Sollicitauit, contendit, irritauit, contristauit, perturbauit, ad iracundiam prouocauit, corripuit, & si dicere liceret ęrumnauit: 3. Regum 1. Nec corripuit eum pater suus: & Isaię 54. Mœrētem spiritu uocauit te dominus, id est, perturbatam & irritatā: & Genesis 6. Et tactus dolore cordis. & eiusdē 3. Multiplicabo ęrumnas tuas: omnia illa laborem, dolorem & sollicitudinem significant. Vnde illud Ecclesiastis 10. qui transfert lapides affligetur in eis: & Genesis 3. In dolore paries filios, scribitur tūc sex pūctis עֶצֶב sic Prouerbiorū 10. Nec sociabitur ei afflictio. Significat etiam elaborare cum sollicitudine. Iob 10. Manus tuę fecerunt me. Idē מַעֲצֵבָה & עִצָּבוֹן עֹצֶב Pecunia, & bonorū substantia: Isaię 58. Et omnes debitores uestros repetitis, quod rabi Dauid Kimhi in cōmentarijs exponit sic, Et pecunias uestras exigitis. Dicūtur autē pecunię sic forsitan à sollicitudine & ęrumna. עָצָב Sculptile, idolū, simulacrum, effigies, à fingendo siue faciendo. Oseę 4. Particeps idolorū Ephraim: & Psalmo 106. Quas sacrificauerunt sculptilibus Canaan.

* עָצַד Præposito mem cōsonante מַעֲצָד significat instrumentū fabri ærarij. Isaię 44. Faber ferrarius lima operatus est: rabi Salomon scribit hic quod sit unum ex instrumentis exufflatorum seu officinę sufflatorię.

* עָצֶה Spina dorsi. Leuitici 3. Et caudam totam cum renibus, hebraice sic, Et caudam, totam proxime spina dempta.

* עָצֵל Piger, ociosus. Prouerbiorum 6. Vade ad formicam piger, & eiusdem libri cap. 31. Et panem ociosa non comedit. עָצַם Valuit, roborauit, fortis fuit, pręualuit: Danielis 11. Et superabit in modico populo: & Genesis 6. Quoniam potentior nobis factus es ualde: & Psalmo 38. Inimici autem mei uiuunt & confirmati sunt. עֶצֶם Os ossis: Genesis 2. Hoc nunc os ex ossibus meis: & Psalmo 102. Adhęsit os meū carni meæ: & pluraliter declinatur tam in masc. quā in fœminino. Ezechielis 37. Et accesserūt ossa, os unumquodq; ad iūcturam suam. In masculino autem sic Ecclesiastis 11. Et qua ratione compingantur ossa in uentre pregnātis, dictum forte à robore & fortitudine. עֶצֶם Substantia, corpus, species, Threnorum 4. Rubicundiores ebore antiquo: quod Hebræi legūt, rutilant corpore de auro. Rabi Salomon exponit quod rubescunt specie plus quam aurū secundū Lyram, uel plus quam gemmæ secūdum Dauid Kimhi: sed ebur nescio quare uerterunt, nisi quia os elephantis est, in logica uero arte dicitur substantia, quod scholastici pro primo prædicamento interpretati sunt. עֶצֶם Idem ipsemet, ille ipse: Genesis 17. In ipsa die sicut pręceperat ei deus: & ibidem. Eadem die circumcisus est Abraham, & sic de omnibus rebus dicitur, ut de cœlo. Exodi 24. Et quasi cœlum cum serenum est,

quod hebraice ſic legitur: & quaſi idem illud ipſummet cœlum, id eſt, ſecundum aliquos ſicut corpus & ſubſtantia ipſa cœli. עִצֵּם Clauſit: Iſaiæ 33. Et claudit oculos ſuos ne uideat malum: & eiuſdē 29. Claude oculos ueſtros.

* עָצַר Conſtrinxit, clauſit, aſtrinxit, coniurauit, ligauit, amouit, defecit, ceſſauit: Geneſis uiceſimo. Concluſerat enim dominus omnem uuluam domus Abimelech, & eiuſdē decimoſexto. Ecce concluſit me dominus ne pererē: & Deuteronomij undecimo. Iratuſq; dominus claudat cœlum. Et in paſſiuo Numeri decimoſexto, & plaga ceſſauit, id eſt, clauſa eſt ſiue reſtricta. Inde nomen עֹצֶר Prouerbiorum triceſimo. Os uuluæ, uerius ſic, clauſura matricis, paſſiuum eius legitur etiam Numeri decimoſexto, ubi nos habemus: poſtquam quieuit interius: ueritas hebraica legit, Et plaga claudebat, id eſt, amouebatur: & Deuteronomij triceſimoſecundo. Et clauſi quoq; defecerūt reſiduiq; conſumpti ſunt, quod Hebræi Germaniæ exponunt: Et finiuit ſuſtentatio atq; robur, ponitur autem ſic in textu וְאֶפֶס עָצוּר וְעָזוּב de quo rabi Ioſeph pater literatiſſimorum Iudæorum Dauidis & Moſi Kimhi ſic ſcripſit, qđ עָצוּר eſt diuitis ſubſtantia quæ domi clauditur, ſed עָזוּב eſt ſubſtantia quam quis ruri poſſidet, ut ſunt pecuaria & ſimilia.

עָצַר Pręfuit, dominatus eſt: primo Regum nono. Iſte dominabitur populo meo. Inde nomen עֶצֶר quod ſcribitur tribus punctis. Iudicum decimooctauo. Magnarumq; opum, pro hęreditantes regna ſiue dominia: non enim habebant regem electum illi de terra Lais. Scribūt autem doctores Hebręorum, quod illud nomen עֶצֶר ſignificet regnum, imperium ſiue dominium. עֲצָרָה Cœtus & concurſus populi in unum locum: Ioēlis primo. Vocate cœtum: & ſi qua ſunt alia interpretamenta ut feſtiuitates quibus conuenit populus ad eligendum regem & cætera.

* עָקַב Supplantauit: Ieremiæ nono. Omnis frater ſupplantans ſupplantabit: & Geneſis uiceſimoſeptimo. Supplātauit me en altera uice. Inde עֲקֻבָּה nomen adiectiuum: Oſeæ ſexto. Supplantata ſanguine. Item nomen ſubſtantiuum עָקֵב calcaneus ueſtigium planta. Iob 18. Tenebitur planta illius laqueo: & Geneſis tertio. Tu inſidiaberis calcaneo eius: & à calcaneo ſignificat retrorſum: declinatur autem tam maſculine quam fœminine: maſculine ut Canticorum 1. Abi poſt ueſtigia gregum tuorū, fœminine ut Pſalmo 77. Et ueſtigia tua non cognoſcentur. Significat etiam calcē, terminū, finem & extremitatē tranſumptiue, eo quod planta ſit ultimū corporis, & tunc ſcribitur quinq; punctis: ut Pſalmo 119. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem: ſcribitur ſic hebraice לְעוֹלָם עֵקֶב id eſt, ad ſecula calcem ſeu finem. Hęc dictio metaphorice etiam ſignificat mercedē laboris eo quod ſit finis laboris. Deuteronomij ſeptimo. Si poſtquam audieris hæc iudicia: hebraice ſic, & erit merces ſi audieritis iudicia hęc &c. hoc eſt finis, quod noſtra translatio ſępe retributionem interpretatur: Pſalmo 19. In cuſtodiendis illis retributio multa. Significat etiam propter uel propterea quod, quia iuxta philoſophos propter finem omnia fiunt. Numeri 14. Seruum meum Caleb

qui ple-

qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me inducam, quod in hebraica ueritate uerbū è uerbo ſic legitur: Et ſeruus meus Caleb propterea quod fuit ſpiritus alter cum eo implebit poſt me & inducam eum.

* עקר Vinciuit, ligauit: Geneſis 22. Cumq; alligaſſet Iſhac filium ſuum: & ab eo nominatur locus ubi paſtores ſolent oues ligare iūctis anterioribus & poſterioribus pedibus, uel locus ubi tondentur oues, ſcribiturq; tunc quinq; punctis, id eſt, per zere & ſægol עקר 4. Regum 10. Cumq; ueniſſet ad cameram paſtorū: Inde tales oues ligatæ ab hoc appellationem capiunt עקדים ut Geneſis 30. Maculoſa & uaria & diuerſo colore reſpſa.

* עקה Pertica quæ præ ædificijs intignatur ne quid inde poſſit excidere: noſtra tranſlatio putat ſignificari murum. Deuteronomij 22. Cum ędificaueris domum nouam facias murum tecti per circuitum ne effundatur ſanguis in domo tua & ſis reus labente alio & in præceps ruente.

* עקל Peruertit: cuius nomen uerbale paſſiuum eſt in uſu: Habacuk 1. Propterea egreditur iudicium peruerſum ſiue iniquum ſiue tortuoſum. עקלתון Tortuoſus, peruerſus, ſinuoſus anguis: Iſaię 27. Et ſuper Leuiathan ſerpentē tortuoſum. עקלקלת Peruerſa, deuia, iniqua, tortuoſa. Iudicum 5. Per calles deuios.

* עקר Extirpauit, eradicauit, euulſit: Eccleſiaſtis 3. Tēpus plantandi & tempus euellēdi: & Sophoniæ 2. Et Accaron eradicabitur, ideo magiſtri Hebręorum uocant literas ſubſtātiales uocabulorum עקר ut rabi Moſes Kimhi in ſua grāmatica capitulo de literis, quaſi ſint nerui dictionum: ſic Ioſue 11. Equos eorum ſubneruauit. עקרה Impotens, ſterilis: Pſalmo 113. Qui habitare facit ſterilem in domo: ſic & de uiro maſculine dicitur: & putatur ita dictum quod eis ſit aliquid eradicatum, extirpatū ſeu euulſum, quo parere potuiſſent.

* עקרב Scorpio. Num. 34. Per aſcēſum ſcorpioum: & Deuteron. 8. Scorpio ac dipſas.

* עקש Peruerſus: Deuteronomij 32. Generatio peruerſa atq; praua. Sic 2. Regum 22. Et cum peruerſo peruerteris. Inde uerbum עקש Micheæ 3. Et omnia recta peruertitis.

* ערירי Orbus, orbatus, qui nullos habet liberos. Geneſis 15. Ego uado abſque liberis: & pluraliter Leuitici 20. Abſq; liberis morientur: item paulo poſt Abſq; filijs erunt.

* ערער Species arboris naſcentis in locis deſertis, & putant eſſe iuniperū: & propter eius humilitatem atq; perplexitatem dicunt ſignificare captiuitatem Hebræorum, & huc aptant uerſiculum Pſalmi 102. Reſpexit in orationem humilium, alij uolunt hoc uocabulum ſignificare myricas: Ieremiæ 17. Erit enim quaſi myricæ in deſerto.

* ערב Fideiuſſit, fidem pollicitus eſt, uadem promiſit, cautionem pręſtitit. Prouerbiorum 11. Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo. Inde ערבון arra ſiue arrabon. Geneſis 38. Patiar quid uis ſi dederis mihi arrabonem: & infra, Quid tibi uis pro arrabone dari. ערב Veſpera. Geneſis 1. Et factum eſt ueſpere & mane dies unus: ſic tempus poſt crepuſculum ueſpertinum ſignificatur. Exodi 12. Multitudo filiorum Iſraël ad ueſpe-

ram: uerius sic, inter crepusculũ uespertinum. Scribitur autem hic in numero plurali, quia dicũt duas esse uesperas, unam quando declinat sol ad occasum, aliam quãdo iamiam occidit necdum tenebræ obducuntur: & ideo textus dicit inter uesperas, quasi uellet dicere quod filij Israël deberent inter primam uesperam & secundam uesperam imolare. Inde uerbũ obtenebrauit, obfuscauit. Isaię 24. Deserta est omnis lætitia, id est, rectius, obtenebrata & obfuscata quasi extincta est omnis lætitia. Et nota quod hoc uocabulum recipit nominum passiones & figuras, nam præposita mem litera מַעֲרָב significat partem mundi qua sol occidit. Isaię 43. Ab oriente adducam semen tuum & ab occidente congregabo te, & eiusdem 59. & timebunt qui ab occidẽte nomen domini: sic facit iuncto ha in fine per paragogen. עֵרֶב Subtegmen, scilicet filum quod textores stamini subtexunt: & scribitur quinq; punctis. Leuitici 13. Quę lepram habuerit in stamine atq; subtegmine. עֹרֵב Coruus. Leuitici 11. Et omne coruini generis: & pluraliter 3. Regum 17. Coruisq; pręcepi ut pascant te, & sequitur, coruiq; deferebãt ei panem. עָרוֹב Musca uenenosa secundum nostram translationem. Exodi 7. Et implebuntur omnes domus Ægyptiorũ muscis diuersi generis. Similiter paulo post: & uenit musca grauissima: rabi Salomon ordinarius enarrator sacræ scripturę exponit sic, אֶת הֶעָרוֹב omnis speciei animalia nociua ut serpentes & scorpiones. עָרַב Iocundum, amœnum, dulce fuit, seu dulcuit, trãslatio nostra uertit placuit, & bene etiam acceptũ fuit & congruit. Malachię 3. Et placebit domino sacrificium Iuda & Ierusalem, id est, dulcescet: sic Psalmo 104. Iocundũ sit ei eloquium meum &c. Inde עָרֵב nomen Canticorum 2. Quia uox tua dulcis. Item Psalmo 119. Suscipe seruũ tuum in bonum, quamuis multi uarie transferant, tamen secundum proprietatem huius uocabuli sic sonat: dulcescat seu congruat seruus tuus in bonum: & inde cœlum beatorum dicitur עֲרָבוֹת sic Psalmo 68. ubi nos legimus: qui ascendit super occasum: & Hieronymus sic, Ascendẽti per deserta: ego exponoiuxta Hebræos sic: Qui uehitur in amœnis iocundisq; beatorum cœlis. עָרַב Sub cautione cõmodato cepit, fideiussit. Genesis 44. Qui in meam hunc recepi fidẽ: Prouerbiorum 6. Si spopõderis pro amico tuo, Inde בְּעֲרֻבָּה nominãtur obsides homines qui loco pignoris dantur: 2. Paralippomenon 25. Nec non & filios obsidum reduxit in Samariam, similiter 4. Regũ 14. Et obsides & reuersus est in Samariam. Inde deriuatur uerbũ Nehemię 5. Agros nostros & uineas & domos nostras oppignoramus ut accipiamus frumẽtum in fame: ecce significat pignorare: & quia negociatorum est multa impignorare & hypothecare, ideo significantur eo uocabulo negociatores, institores, & mercatores, & nundinatores עֹרְבִים Ezechiel. 27. Naues Tharsis principes tui in negociatione tua: & paulo superius בְּמַעֲרָב Resina proposuerũt in nũdinis tuis, & sic recipit in principio mem. עֲרָבָה Desertũ, uastitas. Iob 24. Vigilantesq; ad prędã pręparant, panem liberis: Hebręi legunt, Scrutãtes ad rapinã desertũ ad escam iuuenibus: Isaiæ 35. Exultabit solitudo; & plural. Num. 35

In cam

In campestribus Moab, id est, in desertis. Sepe etiam deponitur he in fine ערבה ut Sophonię 3. Iudices eius lupi uespere, qđ magistri Hebræorum dicunt lupi deserti: sic Habacuk 1. Velociores lupis uespertinis: melius lupis deserti, quamuis Septuaginta trãstulerint lupis Arabię. ערב Arabia regio. Ezechielis 27. Arabia & uniuersi principes Cedar: Isaię 21. Onus in Arabia: sic dicta quia prope desertum est. ערב Diuersorum populorum commixtio, quod trãslatio nostra uocat uulgus promiscuum: Exodi 12. Sed & uulgus promiscuum innumerabile ascẽdit cum eis, & scribitur punctis sex. ערב Salix. Leuitici 23. Et salices de torrẽte, & Isaię quadragesimoquarto. Quasi salices iuxta fluentes aquas.

* ערג Clamauit, ut est proprium cerui: translatio nostra desiderare uertit: Psalmo 42. Quemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te deus. ערוגה Linea plantationum: translatio nostra areolam uertit. Canticorum quinto. Genæ illius sicut areolæ aromatum: & pluraliter Ezechielis decimoseptimo. Vt irrigaret eam de areolis germinis sui.

* ערוד Onager, id est, onos agrios, hoc est, asinus syluestris. Iob tricesimo nono. Et uincula onagri quis soluit, est autem animal medium inter mulum & asinum.

* ערה Discooperuit, & nudauit, secundum nostram translationem. Isaiæ 22. Et parietem nudauit clypeus: Hebręorum aliqui dicunt parieti adhæret clypeus: alij dicunt quod קיר sit nomen ciuitatis regis Assyriorum: ut Isaię decimoquinto. Et incolę eius scutati discooperuerunt clypeos suos: ita tradidit rabi Dauid Kimhi in cõmẽtarijs super Isaiam. Item Leuitici uicesimo. Ipsaq́ aperuerit fontem sanguinis sui. Et quod legitur à nobis Habacuk tertio, Suscitans suscitabis arcum tuum, magistri ascribunt huic uerbo exponentes sic, Denudatione denudabis arcum tuum. ערה Effudit, exinaniuit, euacuauit. Isaiæ quinquagesimotertio. Pro eo quod tradidit in mortem animam suam, id est, effudit: sic Genesis uicesimoquarto. Effundẽsq́ hydriam in canalibus: ad hoc intelligunt uersiculum Threnorum quarto. Inebriaberis atq́ nudaberis, quoq́ legũt euacuaberis, sic enim mos est uinolentorũ ut euacuentur effundẽtes ex se uina: & Psalmo 137. Qui dicunt exinanite exinanite usq́ ad fundamẽtum in ea. Inde ערוה quod nostra translatio uertit turpitudinẽ à nuditate scilicet secretarum partium hominis: ut Leuitici 18. ferme per totum: & sic significat turpitudinem, abominationẽ, & detestationẽ cuiuscunq́ rei. ערה adiunctum est, adhęsit. Isaię 22. Et parietem nudauit clypeus: pro quo Hebræi, & parieti adhæsit clypeus, inde dictum est, ערות Herbæ atq́ gramina quę minutis radicibus solo adhærent: unde & radicare & radicitus hærere dicitur: translatio nostra de superiore uocabulo interpretatur. Isaiæ decimonono. Nudabitur alueus riui à fonte suo, Hebræi sic, Graminetum super flumen super ore, id est, super ripa fluminis & omnis sementis fluminis arescet proijcietur que, sic Psalm. tricesimoseptimo, ubi nostra trãslatio legit, uidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros libani, Hieronymus sicut indigena uirens: alij sicut

tinis floridus,hoc eſt,diues & potēs,ſed hebraica ueritas ita uertit:Vidi malignū potentem radicatum ſicut laurū uiridē.

* עָרַךְ Poſuit,diſpoſuit,ordinauit, pręparauit:Leuitici 6. Et impoſito holocauſto deſuper:hebraica ueritas & Onkelus Chaldæus ſic legunt. Ordinabitꝗ ſuper eam holocauſtum. Leuitici 24. Ponetꝗ eos Aaron à ueſpere uſꝗ in mane: & Pſalmo 5. ubi noſtra tranſlatio uertit, mane aſtabo tibi, rectius Hieronymus in ſuo Pſalterio de hebraica ueritate ſic transfert:Mane pręparabor ad te:ſed hebræorum magiſtri melius exponunt ita: mane ordinabo ad te ſupple orationem meam,eſt enim uerbum actiuum & non paſſiuum: ſed hic eſt paſſiuum, Ioēlis 2. Sicut populus fortis præparatus ad prælium.Item Exodi 40. Ordinatis coram propoſitionis panibus. Item in eodem: pones ſuper eam quę rite pręcepta ſunt, uerbum è uerbo ſic:& ordinabis ordinationem eius. Inde nomen loci ubi bellatur uel acies מַעֲרָכוֹת 1.Regum 4. Ego ſum qui ueni de pręlio & ego qui de acie fugi hodie. עָרַךְ Æſtimauit,comparauit,coæquauit,æquauit.Iob 28.Non adęquabitur ei aurum uel uitrū: & Pſalmo 89.Quoniam quis in nubibus æquabitur domino.Hinc עֶרֶךְ æſtimatio Leuitici uiceſimoſeptimo.

* עָרַל Pręputiauit.Leuitici 19. Auferetis pręputia eorū: hebraice ſic, Pręputiabitis pręputia eius fructus illius: & ſequitur, Tribus annis erunt pręputiati ne comedatur. Inde nomē עָרְלָה pręputium. Geneſis 34. Nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo: uerbum è uerbo ſic, Non poterimus facere rem hanc dando ſororem noſtram uiro cui eſt præputium:& Geneſis 17. Maſculus cuius præputij caro circumciſa non fuerit:dicitur autē de omni homine qui duro corde & incompoſitis aut ineptis labijs atꝗ auribus extat quod ſit incircumciſus pręputiatus.Exodi 6.Cum incircūciſus ſim labijs:& Ieremiæ 6. Ecce incircumciſę aures eorum & audire non poſſunt: & Ezechielis 44. Incircumciſos corde & incircumciſos carne,& ſic ſignificat obturamen.

* עָרוּם Aſtutus,callidus.Prouerbiorum 27. Aſtutus uidens mala abſconditus eſt.Inde uerbum aſtutus fuit uel calluit. Prouerbiorum 15.Qui autem cuſtodit increpationes aſtutior fiet,& nomen adiectiuum Geneſis 3.Serpens erat callidior.Inde nomen ſubſtantiuum עָרְמָה aſtutia.Prouerbiorum 1.Vt detur paruulis aſtutia:& eiuſdem 14.Et expectabunt aſtuti ſcientiam.

* עֵרוֹם Nudus.Ezechielis 18. Et nudum operuit ueſtimento: ſcribiturꝗ illic per iod poſt ain.Item eiuſdē 23.Et dimittent te nudam & ignominia plenam ſine iod,ſic Geneſis 3. Eo quod nudus eſſem:& pluraliter Iob 22.Et nudos ſpoliaſti ueſtibus: & dicit Maſſora, hoc eſt, ſcholion quod ſuperius uocabulū raphatur & præſens recipit dages.

[illegible] Cum media ſit res,non poteſt recipere dages,ideo torquet in præcedentem uocem,id quod patet ex plurali quod non mutat zere.

עֲרֵמָה Aceruus,cumulus: Ruth 3. Iſſetꝗ ad dormiendum iuxta aceruū manipulorum:& Canticorum 7.Venter tuus aceruus tritici:& pluraliter in fœminino:2.Paralippomenon 31.Fecerunt aceruos plurimos, quamuis in maſculino

quoꝗ

quoq; apud Ieremiã reperiatur. Inde uerbum deriuatur passiuum: Exodi 15. Et in spiritu furoris tui congregatę sunt aquę.

ערמון Arbor castaneę, pro quo trãslatio nostra uertit platanum. Genesis 30. Virgas populeas uirides et amygdalinas & ex platanis: sed rabi Salomon in glossa ordinaria & rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus primam expositionem amplexantur, quos cæteri merito cõsequuntur. Septuaginta abietem interpretati sunt: Ezechielis 31. Et platani non fuerũt ęquę frondibus illius.

* עריס Pasta, id est, farina sic subacta, ut sit iam parata ad coquendum cibum: translatio nostra pulmentum interpretatur: Numeri 15. Sicut de areis primitias separabitis ita de pulmentis dabitis primitias domino, sed primam expositionem Nicolaus de Lyra sequitur.

* ערף Ceruix: Genesis 49. Manus tuę in ceruicibus inimicorum tuorum: & Exodi 32. Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit. Inde oritur uerbum ערף Exodi 13. Quod si non redemeris interficias, ubi ponitur hebraice deceruicabis eum: translatio nostra latinius interpretatur: Isaię 66. Quasi qui excerebret canẽ. Inde cõmuniter confringere significat: Oseę 10. Ipse confringet aras eorum.

* עֲרָפֶל Caligo seu tenebrositas. Deuteronomij quarto. Tenebræ & nubes & caligo.

* עָרַף Influxit, guttauit, stillauit, fluxit: rabi Salomon secundũ, quãuis nostra translatio uerterit cõcreuit. Deuteronomij tricesimosecũdo. Cõcrescat ut pluuia doctrina mea: sic eiusdem tricesimotertio. Cœliq; caligabunt rore, uerius sic uerbum è uerbo. Deniq; cœli ipsius stillabunt rorem: & Isaiæ sexto. Et lux obtenebrata est in caligine suo: rectius in influentijs eius, & loquitur de sole.

* עָרַץ Fractus animo & consternatus & territus est, horruit, pauit, tremuit: Deuteronomij septimo. Non timebis eos, rectius sic, Ne frangaris à uultu eorum: sic Deuteronomij uicesimo. Nolite metuere nolite cedere nec formidetis eos: & Iosue primo. Nolite metuere & noli timere. Inde עָרִיץ fractura: Iob 30. In desertis habitant torrentium, id est, in fractis tophis & fissis petris torrentium: quia uero formidantur ij qui fortiores sunt, iccirco significat hoc uocabulũ forte, robustum, potens: Ieremiæ 20. Tanquam bellator fortis: & pluraliter Psalmo 54. Et fortes quęsierunt animam meam. Inde nomen uerbale passiuũ נַעֲרָץ robustus uel metuendus: ut Psalmo 89. Deus qui glorificabit̃ in consilio sanctorũ, sed rectius Hieron. in suo de hebraica ueritate Psalterio sic: Deus robustus in arcano sanctorum nimio: est autem sensus, Deus tremendus & metuẽdus est in maximimis sacramentis sanctorum. Aliud nomen מַעֲרָץ fortitudo uel terror: Isaię 8. Ipse pauor uester & ipse terror uester, id est, ipse formidabit̃ atq; timebit̃ à uobis: et hoc est sanctificare deũ.

* עָרַק Fugit, sic Onkelus chaldaice trãsfert loco uerbi נוס ut Genesis 14. Itaq; rex Sodomorũ & rex Gomorrę terga uerterũt, id est, fugerũt, & qui remãserunt fugerũt ad montem: ubi Chaldęus utrobiq; posuit præsens uerbum. Cum igitur plurimus in Iob Syriacus sit sermo, teste Hieronymo in illius prologo, quam nos appellamus chaldaicã linguã, decebit locos ipsius Iob in dubio magis

secundum

ſecundum linguam Chaldaicā quam ad meram uolūtatem noſtram transferre: tu uero audiuiſti ſupra, quod ubi Hebræus utit̃ uerbo fugere uel fugare, ibi Chaldęus pro eo poſuit præſens uerbum. Debemus igitur locos binos Iob 30. ad hūc intellectum interpretari, non quod rodere uel comedere ſignificetur, ſed potius fugere & fugare. Legimus autem ſic Iob 30. Qui rodebant in ſolitudine: & infra, Et qui me comeduntnon dormiūt: pro quo rabi Salomon exponit, Qui fugati erant in ſolitudine, hoc eſt, in tenebris: & infra exponit ſic, Et perſecutores mei & fugantes me.

* עֶרֶשׂ Lectus, grabbatum. Deuteronomij 3. Et monſtratur lectus eius ferreus: & Pſalmo 41. Dominus opem feret illi ſuper lectum doloris eius: & Canticorum 1. Lectulus noſter floridus: & quandoq; mutatur ſchin in ſamech: Pſalmo 6. Lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

* עָשֵׁשׁ & עָשׁ Tinea, uermis, per apocopen ultimę literæ. Iſaiæ 50. Tinea comedet eos. Inde oritur uerbum עָשֵׁשׁ Pſalmo 6. Turbatus eſt à furore oculus meus, corroſus & obfuſcatus: quaſi uitro laternę obductus. Similiter Pſalmo 31. Conturbatus eſt in ira oculus meus anima mea & uenter meus. Hieronymus tranſtulit ubiq; caligauit, ſed quid de oſſibus: cum ſequitur & oſſa mea conturbata ſunt, ubi ponitur idem uerbum.

* עֵשֶׂב Herba. Geneſis 1. Germinet terra herbam uirentem & afferētem ſemen iuxta genus ſuum: & eiuſdem 3. Et comedes herbam terræ: & ſcribitur quinq; punctis & etiam declinatur in fœminino genere: ut Prouerbiorum 27. Et collecta ſunt fœna de montibus, id eſt, herba montium: & ſchin litera pronunciatur per dages propter euphoniam.

* עָשָׂה Apparauit, fecit, adaptauit: Threnorum 2. Fecit dominus quę cogitauit. Inde uerbum paſſiuum. Eccleſiaſtis primo, de omnibus quæ fiunt ſub ſole: debuit uertere, quę facta ſunt ſub ſole. Et paulo ſuperius, quid eſt quod factum eſt ipſum quod faciendū eſt: & Deuteronomij 21. Et circumcidet ungues, uerius ſic, Et adaptabit ungues. Rabi Akiba ſubaudit ut faciat eas creſcere, ſed rabi Eliezer ſupplet quod deponat eas: & 1. Regū 12. Dominus qui fecit Moſen & Aaron, id eſt, ſublimauit & adaptauit.

* עָשַׁן Fumauit. Exodi 19. Totus autem mons Sinai fumabat: & Pſalmo 144. Tange montes & fumigabūt, inde nomen עָשָׁן fumus. Exodi 19. Et aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: ſic uerbum è uerbo: & aſcendit fumus eius ſicut fumus fornacis. Et aliter nomen adiectiuum. Iſaię 7. A duabus caudis titionum fumigantium. Quia uero fumus repręſentat ignem & ignis iram, idcirco tranſumitur etiam pro ira: ut Pſalmo 80. Quouſq; iraſceris ſuper orationem populi tui: ſic Pſalmo 74. Iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuę tuę: & 2. Regū 22. Aſcendit fumus de naribus eius, id eſt, ira in furore ſuo.

* עָשַׁק Vim fecit, concuſſit, calumniatus ſeu iniuriatus eſt, uiolentauit: 1. Regum 12. Si qnenquā calumniatus ſum: & infra. Non es calumniatus nos: & Leuitici 6. Aut calumniā fecerit, item reddet omnia qnæ per fraudem uoluit obtinere: & tranſumptiue ſignificat rapere, ingurgitare, abſorbere. Iob 40. Ecce abſorbebit fluuium. Inde nomen עֹשֶׁק

Eccleſ.

Ecclesiastis 7. Calumnia conturbat sapientem. Item eiusdem 4. nomen uerbale passiuum. Et lachrymas innocentiū, pro, iniuriatorum, id est, eorum quibus facta est uis & iniuria: & sequitur, nescio quae rhetorica periphrasis scilicet sic, nec posse resistere eorum uiolentiae cunctorum auxilio destitutos, pro quo hebraica ueritas sic legit, Ecce lachrymas iniuriam passorum & non est eis consolator, & de manu iniuriarum suarum uiolentia & non est eis consolator.

✱ עֵשֶׂק Lis, iurgium, & scribit quinque punctis: Genesis 26. quaobrem nomen putei ex eo quod acciderat uocauit calumniam, rectius secundum Hebraeos uocauit iurgium: sic etiam rabi Salomō exponit. Inde oritur uerbum iurgari litigare: quod etiam in praefato loco ponitur & tamen non transfertur.

✱ עָשַׁר Ditatus seu diues est, locupletatus est: Oseae 12. Diues effectus sum: & Iob 15. Non ditabitur & non perseuerabit substantia eius. Inuenitur etiam in alia forma intransitiue Psalmo 49. Ne timueris cum diues factus fuerit homo. Inuenitur etiam trāsitiuum: ut 1. Regum 17. Virum qui percusserit eum ditabit rex diuitijs magnis. Inde nomen ע עָשִׁיר diues: Isaię 53. Et diuitem pro morte sua: & pluraliter Ecclesiastis 10. Et diuites sedere deorsum.

✱ עָשַׂר Decimauit: 1. Regum 8. Et uinearum redditus addecimabit: & Genesis 28. Cunctorū quę dederis mihi decimas offeram tibi. Inde nomen מַעֲשֵׂר decima uel decimatio. Malachię 3. Inferte omnē decimā: & Num. 18. Decimas quas dedi uobis: ubi ponitur hebraice in singulari numero: & pluraliter declinatur in forma foeminina: ut in eodē loco ubi iterum inculcauit translator omnia, sed hebraice ita uerbū e uerbo legitur. Sic offeretis etiam uos primitias domini de omnibus decimis uestris quas accepistis à filijs Israël, dabitisq; de eo primitias dñi ipsi Aarō sacerdoti: cętera uide supra in uolumine de nominibus numeralibus.

עָשׂוֹר Instrumentū musicum à decem nominatum, quod nos decachordum uocamus: Psalmo 92. In decachordo Psalterio: & Psalmo 144. In Psalterio decachordo psallam tibi.

✱ עָשַׁת Purum, candidum, mundum, purgatū: Canticor. 5. Venter eius eburneus: hebraice sic, Venter eius purū seu candidū ebur, quasi diceret, sicut candor eboris. Inde uerbum nominaq; uerbalia. Ezechielis 27. In nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum, rectius ferrum purgatum, quod nos dicimus chalybeum. Vnde uersiculum Iob 12. Lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum, sic intelligit rabi Dauid Kimhi quod Iob de seipso dicat quod sit teda contempta, quę antequam fuerit ad puritatem restituta tunc paratus sit ad nutationem pedis: & placet ualde hic intellectus, quia uerborum proprietati est propior & bona comparatio, sicut si quis noctu per plateas ambulat cum lucerna quae incipit exiccari ac tenebrescere, ambulans uult eam emungere atq; purificare, & inter emungendum iam offendens ad lapidē pedes cadit: sic igitur uerbum e uerbo legitur. Teda neglecta ad purificationem statuta parata ad nutationem pedis. עָשַׁת Recogitauit: Ionae primo. Si forte recogitet deus de nobis. Inde nomē עֶשְׁתֹּנָה cogita-

cogitatio: Psalmo 146. Peribunt omnes cogitatiões eorum, scribiturq; prima per segol. עַשְׁתֵּי Ponitur pro uno uel una quando iungitur alijs nominibus numeralibus, sicut supra in lib. primo inuenies Zacharię 1. undecimi mensis Sabat. Exodi 26. Saga cilicina undecim.

* עַשְׁתְּרוֹת Oues fœmellę. Deuteronomij 7. Gregibus ouium tuarum. Et Iudicum 2. capitur pro talibus figuris.

* עֵת Tempus. Genesis 29. Nec est tempus ut reducantur ad caulas greges: & pluraliter in masculino: Iob 24. Ab omnipotente non sunt abscondita tempora, & in fœminino: ut Psalmo 31. Et in manu tua sunt tempora mea, quod nos legimus sortes meæ: & Psal. 10. ubi nos legimus, In oportunitatibus in tribulatione, hebraica ueritas teste Hieronymo habet sic, In temporibus angustiæ.

* עַתָּה Iam, nunc, uolunt esse deriuatum à superiore uocabulo temporis: nihil enim habemus de tempore nisi pręsens nunc: Psalmo 113. Ex hoc nũc & usq; in seculum, id est, à tempore ad æternitatem.

* עָתִיד Imminens, futurus: Iob 15. Sicut regem qui pręparatur ad prelium, id est, rex affuturus prælio pro incendio: & Esther 8. Paratos esse Iudæos ad capiendam uindictam: uerius sic, Esse Iudęos futuros ad diem illum uindicare &c. sic Iob 3. Qui parati sunt suscitare Leuiathan. עַתּוּדִים Hirci: Psalmo 50. Neq; de gregibus tuis hircos: sunt autẽ magni hirci caprarum ascensores sic nominati, nam parui uocantur שְׂעִירִים ut Leuitici 4. Hircum de capris immaculatum. Significat autem quandoq; trãsumptiue maiores in populo, qui præcedunt sicut hircus gregem.

* עָתַם Obscurauit, passiuum eius est in usu: Isaiæ 9. In ira domini exercituũ cõturbata est terra, sed rabi Dauid Kimhi interpretatur obscurata est terra.

* עָתַק Veterauit, antiquus fuit. Iob 21. Quare impij uiuunt, subleuati sunt confortatiq; diuitijs, pro subleuati sunt rectius Hebræi loquuntur, inueterauerunt seu fiunt ueteres atq; senescunt: & simul atq; sunt longæui roborantur etiam diuitijs, hoc est, augentur & fortificãtur. Sic 1. Paralippomenon 4. Hæc autem uerba uetera: & 1. Regum 2. Recedant uetera de ore uestro: & Psalmo 31. Quæ loquũtur aduersus iustum iniquitatem: pro quo Hieronymus sic, Quę loquũtur contra iustum dura, id est, durabilia & inueterata: & rabi Salomon exponit illa antiqua quę antea locuti erãt ad Saul super Dauid, scilicet quod quęreret ei malum, quod tamen non fuit uerum: ut 1. Regũ 24. Exponit autem secundo etiam aliter idem Salomon iuxta secundam significationẽ, quę infra patebit. Item Psalmo 6. Inueteraui inter omnes inimicos meos.

עָתַק Transtulit: Iob 14. Et saxum transfertur de loco suo, id est, recedit, euellitur: & eiusdem 9. Qui transtulit mõtes & nescierunt: & Genesis 12. Et inde transgrediens ad mõtem: glossa rabi Salomonis dicit, Et transtulit inde tabernaculum suum ad montem. Inde qui uertit unam linguam in aliam, uel qui scribit unum librum ex alio hoc uocabulo nominatur & dicitur הֶעְתִּיק transferre. Prouerbiorum 15. Hæ quoq; parabolę Salomonis quas transtulerunt uiri Ezechiæ.

* עָתַר Orauit, rogauit, deprecatus est, Iob 33. Deprecabitur deum & placabilis

cabilis ei erit,& sępe ponitur Exodi 8.Orate dominum ut auferat ranas. Item infra.Quando deprecer pro te.Item ibidē. Rogate pro me.Item egressus à te orabo dominum:& Sophonię 3.Inde עֲתָרַי supplices mei. עָתַר Derogauit,importune adorsus est, superbiuit: Ezechielis tricesimoquinto.Et derogastis aduersum me uerba uestra, id est, superbe locuti estis aduersum me uerbis uestris.

אלהים חי ונורא

פְּאָה Finis, terminus, latus, particula angularis.Exodi 26.Quarum 20.erunt in latere meridiano:& infra. In latere quoq; secundo quod uergit ad aquilonē:& pluraliter eiusdē 25.Et pones eos in quatuor angulis.Inde orit͛ uerbum הִפְאָה. quod significat secundū prę ceptorē meum Iacobū Iehiel dispergere per angulos orbis,Deuteron.32. Et dixi ubinam sunt:quod pro lingue proprietate legi deberet sic,Dixi dispergā eos per angulos seu latera orbis.Secundū primā significationē intelligunt uersiculū illum Leuitici 19.Neq; in rotundum tondebitis comam, id est, fines uel angulos capitis uestri:sic eodem in loco.Nec radetis barbam,rectius sic:Neq; perimas finem barbæ tuę, & sic significat cincinnos capitis seu barbæ.

✱ פְּאֵר Gloria, καὶ μεγαλόπρεπεία Isaię 61. Et darem eis coronā pro cinere, pro quo rectius Septuaginta interpretes uerterunt gloriam pro cinere. Inuenitur in fine per duplex r. Nahum 2.Inde uerbū הִתְפָּאֵר gloriari, ut Exodi 8. Constitue mihi quando deprecer pro te:pro quo rabi Salomon exponit gloriare cōtra me, hoc est, habeas tu illam gloriā ut eligas tibi tempus, quam gloriam ego deberē habere scilicet ut mea esset electio:sic recte Iudicum 7. Ne glorietur contra me Israël:similiter Isaiæ 10. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea. Inde sub alia forma nomen תִּפְאֶרֶת gloria: Psalmo 89.Quoniam gloria uirtutis eorum tu es;id est, μεγαλόπρεπεία & sic est unum de decem numeratiōibus in cabala. Item inuenitur significare ramum.

✱ פַּג Ficus immatura,& dicit͛ grossus.Canticorum secundo.Ficus protulit grossos suos.

✱ פִּגּוּל Prophanum,execrabile,abominabile:sic enim rabi Salomon exponit Leuitici 19.Prophanus erit & impietatis reus, id est, execrabilis, abominabilis & prophanatus.Sic Ezechielis 4.Et non est ingressa in os meum omnis caro immūda,id est,execrata & prophanata.

✱ פָּגַע Occurrit, obuiauit, precatus est,orauit,intercessit:Genesis 32. Fueruntq; ei obuiam angeli dei:& Genesis 23. Intercedite pro me apud Ephron,& Iosue 2.Ne forte occurrant uobis reuertentes. Amos quinto, & occurrat ei rursus.Et significat contingere.Exodi quinto.Ne forte accidat nobis pestis aut gladius, id est, contingat seu apprehendat nos &c. & pro eo quo legitur Isaiæ quadragesimoseptimo. Non resistet mihi homo, Hebræi legunt, non orabo hominem.

✱ פֶּגֶר Cadauer,quod describit rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus corpus sine spiritu:sic Amos 8.Multi moriuntur,rectius sic,Plurimum cadauer supple erit:& pluraliter Isaiæ 66. Et uidebunt cadauera uirorum. Inde significat

Ff ruinam

ruinam & interitum mortuorum. Nahum tertio. Et grauis ruinæ: significat etiam tardare.

* פָּגַשׁ Occurrit, alij dicunt, apprehendit: Exodi 4. Occurrit ei dominus & uolebat occidere eum: quod quidam Hebræorum legunt, apprehendit eum dominus, sed primum uerius. Sic Genesis 33. Quæ nam sunt istę turmę quas obuiam habui?

* פָּדָה Liberauit, eruit, redemit, soluit, absoluit: Psalmo 55. Redimet in pace animam meam: & Psalmo 130. Et ipse redimet Israël. Inde nomen פְּדוּת redemptio: Psalmo 111. Redemptionem misit dominus populo suo: & in alia forma פ פִּדְיוֹן Psalmo 49. Et precium redemptionis animæ suæ: & iccirco quandoq; sic dicitur, precium solutionis & liberationis. In alia forma פִּדְיוֹם Numeri 3. In precio autem ducentorum.

* פַּדָּן Campus & planicies in lingua Ismaëlitarum seu Saracenorum: & dicitur à nostris Mesopotamia, quæ gręce secũdum Strabonem dicitur Cœlosyria, ut supra diximus in uocabulo aram. Est autem campestris locus inter duo flumina tigrim & euphratem, unde Mesopotamia gręce nominat᷑. Genesis 28. uade & proficiscere in Mesopotamiã Syriæ: nam duę sunt Syrię, una cãpestris quę dicit᷑ Mesopotamia, & uocat᷑ hebraice sic פַּדַּן אֲרָם ut supra Gen. 28. Et altera mõtana quę dicit᷑ Syrophœnicia, sed hebraice uocatur אֲרָם צוֹבָה 2. Regũ 10. cõduxerunt mercede Syrũ Rehob & Syrum Zoba: à primo deriuari quidam putant locum quendam prope Emaum ciuitatẽ dictum אַפַּדְנוֹ cata protesin literę aleph. Danielis undecimo. Et figet tabernaculum suum Apedno, id est, secũdum Hieronymum apud Nicopolim: sed cõmuniter in lingua Iudęorum significat palatium seu domum regiam siue dominicam, quam sæpe templum nominauit antiquitas. Nam prisci Hebræorum magistri palatium uocauerunt אַפַּדְנָא unde rabi Gerson in commentarijs super Danielem in uerbo allegatæ autoritatis super montem inclytum dicit, quod ibi fuerit ædificata domus sanctuarij, id est, templum: quapropter sensus erit quod Antichristus inter duo maria figet tabernacula sua pro templis in quibus adoret᷑.

* פָּדַע Liberauit, absoluit. Iob tricesimotertio. Libera eum ut non descendat in corruptionem. Rabi Salomon scribit quod litera ain hic stet pro aleph, q̃d posset pro he commutari, quapropter idem significabit quod פָּדָה de quo superius locuti sumus. Caue autem quoniam non est simile illi quod legitur Prouerbiorum quarto. Fuge ab ea nec transeas per illam, istic enim ea dictio per res scribitur & non per daleth, quamuis errore impressorum in aliquibus libris per daleth scriptum inueniatur.

* פֶּדֶר Truncus mutilus. Leuitici primo. Caput & cuncta quæ adhærent, hebraice sic, Caput & truncum super ligna.

* פֶּה Os oris: Exodi 4. Quis fecit os homini: & transumptiue dicimus uno ore laudabant filium, id est, omniũ cõsensu laudabat᷑ filius. Et nota quod quando per cõtinuitatẽ cõstructiõis regit casum, tũc he mutat᷑ in iod, ut Iosue 9. Et os dñi non interrogauerũt. Vnde manifestũ est q̃d in allegato Exodi uersiculo nõ debet scribi hominis ut regatur à nomine os,

sed ho-

ſed homini in datiuo ut regatur à uerbo fecit. Similiter legitur per iod ſine he פי quando iod primam perſonam ſignificat quod patet ſupra in arte grãmatica: ut Pſalmo 49. Os meum loquetur ſapientias, & quandoq; mutatur he in aleph.

פה Hic, in hoc loco, Iſaię 22. Quid tibi hic aut quis tibi hic.

✱ פוק Hæſitauit, uacillauit: Habacuk 1. Propter hoc lacerata eſt lex: rectius ſic, Hęret ſeu uacillat lex: quã dictionẽ translatio noſtra circumloquitur ambagibus non multum aptis: Geneſis 45. Iacob quaſi de graui ſomno euigilãs tamẽ non credebat eis: quod recte uerbum è uerbo ſic legi deberet: & uacillauit ſeu hęſitauit cor eius quoniã non credebat eis.

✱ פוח & הפיח Afflauit, aſpirauit: Canticorum 2. Donec aſpiret dies & eiuſdem libri capitulo quarto. Perfla hortum meum. Eo nomine פיח uocantur fauillæ ſuffumigiorum fornacis fabri ęrarij, ut Exodi nono. Tollite plenas manus cineris de camino. Inde aliud uerbum: Pſalmo duodecimo. Fiducialiter agam in eo, quod hebraice legiť, ſpirabit in eo: non à ſpe ſed à flatu ac ſpiritu.

✱ פח Laqueus: Pſalmo 124. De laqueo uenantium laqueus cõtritus eſt: & pluraliter Pſalmo 11, Pluet ſuper peccatores laqueos: ſed mihi uidetur conuenientius exponi debere de carbonibus, eo qđ ſequitur ignis & ſulphur &c. nam פחם ſignificat carbonem: ut Iſaiæ quinquageſimoquarto. Fabrum ſufflantem in igne prunas ſeu carbones, & ideo hanc dictionem huc locaui. פח Æs percuſſum in modum bractearum, quas translatio noſtra laminas appellat: Numeri decimoſexto. Producatq; ea in laminas: & Exodi 39. Inciditq; bracteas aureas.

✱ פוט Libya ſecundum Hieronymum in libro hebraicarum quęſtionum: Ieremiæ 46. Fortes Æthiopię & Lybię.

✱ פוך Fucus quo mulieres ornant oculos, quod trãslatio noſtra ſtibium appellat, forſitan compoſitum ex herba ſtibe quam Dioſcorides in libro de ſylua medicinali tertio ſcripſit oculis auferre rubedinem: 4. Regum 9. Depinxit oculos ſuos ſtibio: & Ieremiæ quarto. Et pinxeris ſtibio oculos tuos: quandoq; tranſferunt gemmam & aiunt eſſe carbunculum, Iſaię 54.

✱ פול Faba: Ezechielis 4. Et fabam & lentem.

✱ פון Attonitus fuit, hæſitauit, dubitauit: Pſalmo 88. Exaltatus autem humiliatus ſum & conturbatus, quod Hieronymus ſic, Portaui furorem tuum & conturbatus ſum: rectius ſic, Tuli terrorẽ tuũ & attonitus hęſito ſeu dubito. Inde particula פן ne forte. Iſaię 27. Ne forte uiſitetur contra eam, & eſt particula dubitatiua.

✱ פוץ Diſſipauit, diſperſit, diuiſit: Geneſis 11. Antequã diuidamur in uniuerſas terras: & Zachariæ 13. Et diſpergẽtur oues gregis, & quãdoq; geminat zade: ut מפוצץ Habacuk 3. Et contriti ſunt mõtes ſeculi, id eſt, diuiſi ſunt: & aſſumit alias quoq; paſſiones.

✱ פוקה Offenſio & ſingultus cordis: 1. Regũ 25. Non erit tibi hoc in ſingultũ. Inde פיק nutatio & membrorũ diſſolutio. Nahũ 2. Et diſſolutio geniculorum.

פוק Traduxit, eduxit, hauſit: Prouerbiorũ 18. Et hauriet iocunditatẽ à domino, id eſt, traducet uoluntatẽ à deo.

✱ פור Cecidit: Inde uerbum tranſiti-

 uum

uum quod est הפיר cadere fecit, irritum fecit, dissoluit, dissipauit: Psalmo 33. Dñs dissipat cõsilia gentiũ, uel secundũ Hieronymũ dissoluit consilia. Gen. 17. Quia pactum meum irritũ fecit: & in alia forma geminata res litera inuenit׳ פורר Psal. 74. quod nos legimus. Tu cõfirmasti in uirtute tua mare, id rectius uertit Hieronymus. Tu dissipasti. Inuenitur quoq; duplicare seipsam dictionem פרפר Iob 16. Ego ille quondã opulentus repente cõtritus sum, rectius de uerbo ad uerbum sic. Opulentus fui & fregit seu dissipauit me siue oppressit me. Nam ab opprimendo פורה significat torcular. Isaię 63. Torcular calcaui solus. פור Sors: Esther 3. Missa est sors in urnã, quæ quidẽ sors dicebatur pur nõ urna: quod postea textus aperte dicit: Et misit phur, quod nostra lingua uertitur in sortẽ: & sequit׳, Ex illo tempore dies isti appellati sunt פורים id est, sortium, eo quod pur, id est, sors in urna missa fuerit.

✱ פוש Increuit, abundauit, diffusum est: Habac. 1. Et diffundẽtur equites eius, & Malachię 4. pro eo quod trãslatio nostra tenet, Et salietis sicut uitulus de armẽto, Hebręi rectius legunt sic: Et crescetis sicut uituli ad præsepe, & putant ab hoc uerbo nominatũ esse maximũ fluuiorũ פישון phison, qui Hieronymo teste in libro quæstionũ hebraicarũ Ganges putatur, propter eius incrementũ & exundantiam. In eum enim ut Plinius notat naturalis historiæ libro 5. fluere dicuntur undeuiginti amnes, sed rabi Salomon scribit quod sit Nilus: sæpius enim inundat ferme totam Ægyptũ potissimũ sole in cancro existente, qui prius Melo dicebatur, ut scripsit Seneca de situ Indiæ: & est unus ex maioribus totius orbis, cuius ortus nescit׳: ut Lucan. in lib. 10. Arcanũ natura caput non prodidit ulli. Nec licuit populis paruum te Nile uidere.

✱ פות Cardo ostij: 3. Regũ 7. Et cardines ostiorũ domus interioris. Munst. Transfertur istud nomen & ad pudibunda mulierum Isaiæ 3.

✱ פזז Conualuit, fortificatus est & roboratus: Genesis 49. Et dissoluta sunt uincula brachiorum & manuũ eius. Rabi Salomon uidetur hanc sententiã exponere uelle ex sequenti uocabulo quod aurum significat, ut sic intelligatur: Et deaurabuntur brachia manuum tuarum de manibus fortis Iacob, id est, à dño qui est fortis, hoc est, deus Iacob: alij autẽ ut rabi Dauid Kimhi legunt sic, Et fortificabuntur brachia manuũ tuarum. sic 2. Re 6. Subsilientem atq; cantãtem coram domino: rectius uiriliter ac fortiter agentẽ & salientem coram domino. פז Aurum obrizum optime purgatum: Psalmo 21. Posuisti in capite eius coronã de lapide precioso, quod rectius multo Hieronymus sic, Pones in capite eius coronam de obrizo: & 3. Regum 10. Et uestiuit eum auro fuluo nimis, id est, auro aureo, hoc est, purgatissimo, scilicet maximi ualoris, ut alludat superiori uocabulo, & hic prępponitur mem litera appensilis מופז sed eius loco quandoq; prępo nit׳ aleph in eodẽ significato אופז Dan. 10. Et renes eius accincti auro obrizo.

✱ פזר Dispersit, dissipauit, prodegit: Psalmo 53. Quoniam deus dissipauit ossa eorum: & Ieremiæ 50. Grex dispersus Israel: & Psalmo 141. dissipata sunt ossa nostra secus infernum.

✱ פחד Timuit, formidauit, pauit, ter

ritus

ritus est: Isaiæ 33. Conterriti sunt in Sion peccatores: & Psalmo 14. Illic trepidaue runt timore, sequēs dimidius uersiculus secundum prisca uolumina obelisco con fodiendus est. Sic etiam superiores in eo dem Psalmo, uersus tres ab eo qui incipit. Sepulchrum patens, usq; ad eum qui desinit ante oculos eorum, non inueniun tur illic in hebraico, nec etiam in græco apud idoneos: quare miror Nicolaum de Lyra eum locum esse commētatum, laudoq; magis Burgensem qui non ita perfunctorie transijt, sed eius notę meminit in additionibus suis aureis atq; preciosis, & Hieronymus in Psalterio de hebraica ueritate etiam eosdem non posuit. Item Oseæ 3. Et pauebunt ad dominū & ad bonum eius. Inde nomen פחד timor, pauor, stupor, formido, terror: Genesis 31. Et timor Ishac fuisset mihi: & Iob 15. Sonitus terroris semper in auribus illius, ubi numeri pluralis est nominis immediate præcedentis. Item nomen aliud in alia forma præcedente mem litera, מפחד Prouerbiorum 28. Beatus homo qui semper est pauidus. פחד Testiculus: Iob 40. Nerui testiculorum eius perplexi sunt.

* פחה Princeps, dux: Nehemiæ 5. Annonas quæ ducibus debebantur non comedimus: pro eo quod rectius hebręi legunt, panem principis non comedi. Et quamuis hoc uocabulum sit masculinū & he finalis aspiratio non significet terminationem fœminini generis, tamē declinatur secundum formam fœmininorum, ut in eodem loco: duces autem primi, ubi adiectiuum terminatur in masculino genere. Scribitur autem prima sylla ba per segol, sed cum in continuitate cō structionis regit post se genitiuum, tunc scribitur per patha. Haggei 1. Filium Salathiel ducem Iuda, & quandoq; finalis aspiratio aufertur sequente pronomine subiunctiuo affixo.

* פחז Festinauit, uagatus est celeriter, cito succensuit, animosus fuit: Sophoniæ 3. ubi nos legimus: Prophetæ eius uæsani: Hebręi habent, prophetę eius festināt. Septuaginta ab animositate & iracundo spiritu transtulerunt gręce πνευματοφόρου id est, sunt ferentes spiritum: sed aliter atq; propius accedit nostra trāslatio Iudicum 9. Qui conduxit sibi inter eos uiros inopes, id est, uacuos & uagos, id est, leues qui possunt festinare: & Genesis 49. Effusus es sicut aqua, pro, festinā ter eluctatus sicut aqua, non augeberis.

* פחם Carbo, pruna: Prouerbiorū 26. Sicut carbones & prunas & ligna ad ignem: & Isaiæ 44. In prunis & in malleis formauit illud.

* פחת Fouea: 2. Regum 18. Et proiecerunt eum in saltu in foueam grandē: declinatur in masculino: & pluraliter sic 2. Regum 17. Forsitan nunc latitat in foueis aut in uno quo uoluerit loco: & Leuitici 13. Eo quod in fossa sit in superficie uel per totum lepra: rectius, humiliata & diminuta sit. Vnde eo uocabulo utuntur magistri Hebręorum cum per modum adagij dicere uolunt, ne quid minus, nè quid nimis.

* פטדה Lapis preciosus, quem nostra translatio topazion nominat: Exodi 28. In primo uersu erit lapis sardius & topazius: & quia significat lapidem uiridem, ideo uariant interpretes & expositores scripturarum; alij enim passiuum uolunt esse à colore uiridi nominatum,

& fortasse non absurde, eo quod quodam genus topazij prassoidem dicunt: alij smaragdum quę & ipsa uiridis est, & autore Iuba smaragdus illa est acriter uiridis quæ apud Æthiopes nascitur, & à Plinio laudata scribit: unde illud Iob 28. Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, ego putarem rectius exponi de smaragdo quàm topazio: scripsit enim rabi Ionas qui linguam quoq; Arabicam calluit, quod lapis iste quem pręsens uocabulũ significat, Arabice nominet smerad.

* פָּטַר Dimisit, emisit, declinauit, secessit: 1. Regum 19. Et declinauit Dauid à facie Saul, ubi legitur neutraliter, sed actiue ponitur: 2. Paralippomenon 23. Siquidem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas. Significat etiam aperire, ut Prouerbiorum 18. Qui dimittit aquã caput est iurgiorum, id est, qui aperit aquam scilicet retentam, & manifestius legitur Exodi 34. Omne quod aperit uuluam meum erit: & ibi scribitur sex punctis פֶּטֶר & in genere fœminino Numeri 8. Pro primogenitis quæ aperiunt omnem uuluam: & deriuatur à superiore significato, eo quod primogenitũ omne primum emittitur & erumpit ex matrice. Inde dicuntur פְּטוּרִים prominentes sculpturæ quod uel emittantur uel aperiant se, ut legitur tertio Regum sexto. Et cælaturas ualde eminentes: quod paulo superius traducitur, & picturas uarias quasi prominentes de pariete & egredientes. Ecce ab utroq; significato est interpretatus autor quisq; fuerit.

* פַּטִּישׁ Malleus grandis & ponderosus: Ieremiæ 23. Et quasi malleus cõterens petram: & Isaiæ 41. Faber ærarius percutiens malleo.

* פִּיד Destructio seu ruina. Prouerbiorum uicesimoquarto. Et ruinam utriusq; quis nouit: & Iob 31. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat.

* פִּים Pinguedo, aruina: Iob 15. Et de lateribus eius aruina dependet.

* פָּכָה Eliquuit, egressum, elapsum, eluctatum est, redundauit, exiuit: Ezechielis quadragesimoseptimo. Et ecce aquæ redundantes à latere dextero. Inde פַּךְ lenticula: primo Regum decimo. Tulit autem Samuel lẽticulam olei, quia ex ea liquitur oleum.

* פִּלֵּל Fecit debitum, egit quod iustum est, ius dixit, executus est iusticiam, iudicauit: 1. Regum 2. pro eo quod nos legimus: Si peccauerit uir in uirum placari ei potest deus, si autem in deum peccauerit uir quis orabit pro eo: ibi hebraici sermonis docti sic interpretant: Si peccauerit uir erga uirum iudicabit eum iudex, si autem erga dominum peccauerit uir, quis constituetur iudex ei: & hic memẽto quód te supra docui אֱלֹהִים significare etiam iudicem, sed tetragrammaton solũ deum, ut hęc latius determinat rabi Moses Ægyptius libri primi perplexorum capite secundo, quę faciunt ad intelligẽtiam supra citati prophetę Eli uersus: prima enim, id est, nostra translatio non cõcordat cum sancto Iacobo qui ait: Infirmatur quis in uobis inducat presbyteros ecclesię & orent super eum, & oratio fidei saluabit infirmum: & si in peccatis sit remittentur ei: ergo qui peccauerit cõtra deum is aliquos habere potest qui orent pro eo, & ex ea oratione remittentur ei peccata. Item legitur Psalmo 106. secundum nostram translationem. Stetit Phinees & placauit & cessauit quassatio, ubi

ubi certum est quod Phinees nulla oratione ad deum usus est, sed sola iusticię executiõe, sicut scribitur Numeri uicesimo quinto, quare non potest hoc uerbum ad orationem & supplicationis placationẽ transferri, sed ad iudicij rigorem & executionẽ iusticię, sicut etiam Ionathas chaldæus in supra memorato uersu qui ponitur: 1. Regum 2. expresse approbat. Inde nomen פְּלִילִי Iob 31. hoc enim nephas est & iniquitas maxima, rectius sic, hæc est iniquitas rigorose iudicanda, accipitq; iod cata epenthesin. Significat autem huiuscemodi uerbum in forma coniugationis hithpael הִתְפַּלֵּל etiam orare & rogarę. Genesis uicesimo. Et orabit pro te quia propheta est, & infra. Orante autem Abraham sanauit deus Abimelech. Inde nomen תְּפִלָּה oratio, ut in titulo Psalmi nonagesimi. Oratio Mosi hominis dei: & quarto Regum uicesimo, Audiui orationem tuam: & à superiore significato deducitur: qui enim deum orat is petit ut eum iudicet secundum misericordiam suam, & non respiciat ad multitudinem malorum quę fecit.

פֶּלֶא Ignotum, occultum, abscõditum, arcanum fuit. Deuteronomij decimoseptimo. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris: quod Onkelus secundũ aliquos libros sic transtulit chaldaice: Cum liquidanda siue exponenda fuerit abste res aliqua: sed alij Hebræorum libri translationem chaldaicam melius sic habent: Cum occultabitur seu operta à te fuerit res aliqua: & sic rabi Salomon exponit uersiculum illum Deuteronomij tricesimo. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie non supra te est, magis proprie ita uerbum è uerbo: quoniam præceptum illud quod ego pręcipio tibi hodiè non occultatum neq; opertum est à te: ubi ponitur præsens uerbum. Inde dictus est is cuius nomen non profertur פְּלֹנִי id est, ille talis, uel aliquis nobis notus, uel quidam: Ruth quarto. Sed hic uocans eum nomine suo, quod corrupte legitur: sic enim ueritas habet, Sed hic aliquis uiduus, quasi diceret, sede huc homo uiduate: & retinet hoc uocabulum eandem significationem quam apud gręcos habet δεῖνα id est, quidam, scilicet cuius nomen proferre nolo: quam dictionem quamuis alij putant declinabilem dicentes in nominatiuo ὁ δεῖνος ego tamen apud Philostratum de uia Apollonij libro tertio, inuenio ὁ δεῖνα & in euangelio Matthæi capite uicesimosexto. Ite in ciuitatem ad quendam τὸν δεῖνα ab arcano etiam & ignoto deriuatur id uocabulum quod sequitur. פֶּלֶא Miraculosum, mirabile, miraculum, mirificum: Exodi decimo quinto. Faciens mirabilia, id est, faciens miraculum, et pluraliter Threnorum primo. Deposita est uehementer. Rectius sic, Et paruifecit miracula, & in fœminino: ut Psalmo centesimo decimonono. Mirabilia testimonia tua: & Isaiæ nono. Et uocabitur nomen eius admirabilis, pro miraculosus seu mirificus, ut hęc clarius in Capnione nostro scripsimus. Inde uerbum transitiuum הִפְלִיא Psalmo decimoseptimo. Mirifica misericordias tuas, ubi in quibusdã libris hebraicis mutatur aleph in he potissimũ in nuper impressis, & quamuis in ueteribus quibusdam membranis habeam per aleph scriptum, tamen possideo alterum etiam antiquissimum uolumen pergamenum in

quo per he aſpirationem finalem loco aleph inuenitur: & Pſalmo 31. Quoniam mirificauit miſericordiam ſuam mihi, huic etiam nomini præponitur nun: Pſalmo 105. Mementote mirabiliũ eius, præponitur ei etiam quandoq; mem, ut Iob 37. Magnas & perfectas ſcientias, & à ſuperiore uocabulo dicitur illud quod legitur Numeri 6. Cum fecerint uotum ut ſanctificentur & ſe uoluerint domino cõſecrare, quod uerbum è uerbo ſic transfertur. Vir ſiue mulier cum ſe occultauerit, ſegregauerit, ſeu abſconderit ad uouendum uotum nazaræi ſiue monachi: & ſic more ſuperioris uocabuli ſignificat ſegregationem.

* פֶּלֶג Diuiſit, partitus eſt: Geneſis 10. Eo quod in diebus eius diuiſa ſit terra. Inde פַּלְגֵי riui partiti & diuiſiones aquarum, quas noſtra translatio flumen appellat: Pſalmo 65. Flumen dei repletũ eſt aquis, ſed Hieronymus magis proprie. Riuus dei plenus aqua, & ſcribitur פֶּלֶג ſex punctis: & pluraliter Pſalmo 1. & erit tanquam lignum plantatum ſecus decurſus aquarũ. Hieronymus ſic iuxta riuulos aquarũ, & in alia forma Iob 20. Non uideat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri.

* פִּלֶגֶשׁ Concubina, uxor: Geneſis 35. Et dormiuit cum Bala concubina patris ſui: & pluraliter in forma fœminina: 2. Regum 20. Decem mulieres concubinas.

* פֶּלֶד Teda, quod noſtra translatio habenam traduxit: Nahum 2. Igneæ habenæ currus, ſed doctores per metatheſin putant oriri à לַפִּיד id eſt, fax, quę figura in uſu frequens eſt Iudæis, ut in arte grammatica.

* פָּלָה Separauit, ſegregauit, diſcriminauit: Exodi 8. pro eo quod nos legimus. Faciamq; mirabilẽ in die illa terrã Geſſen, hebraica ueritas ſic habet uerbũ è uerbo, Et ſeparabo in die illa ipſam terram Goſen quæ eſt populi mei ſtantis ſuper eam ut non ſit illic animal nociuum: uidiſti enim ſupra quod cum ſignificat mirabile tũc terminatur in aleph: ſic Pſalmo 3. pro eo quod nos legimus non conſyderata orthographia, quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum, uel ſecundum Hieronymũ mirabilem reddidit: ibi hebraica ueritas habet, quoniam ſegregauit dominus ſanctum ſibiipſi: ſignificat autẽ ſecundũ quoſdã manifeſtare.

* פָּלַח Diſſecuit, fidit, diuiſit, bipertitus eſt, dimidiauit: Prouerbiorum 7. Donec trãſfigat ſagitta iecur eius, id eſt, diuidat, findat: & Iob 16. conuulnerauit lumbos meos, hebraica ueritas ſic, dimidiauit renes meos. Inde nomẽ פֶּלַח fragmen, ſeu alicuius rei dimidium. Iudicum 9. Et ecce una mulier fragmen molæ deſuper deijciens: & Canticorum 4. Sicut fragmen mali punici, id eſt, ſicut dimidium pomi: cuius translationis paulo poſt oblitus eſt interpres eiuſdem libri capite 6, cum ait: Sicut cortex mali punici.

* פָּלַט Euaſit, ſaluatus eſt: Ezechielis 7. Et ſaluabuntur qui fugerint ex eis, id eſt, euadent. Inde nomen פָּלִיט euaſor. Geneſis 14. Et ecce unus qui euaſerat, & in Abdia propheta legitur, neque ſtabis in exitibus ut interficias eos qui fugerint. Inde uerbum tranſitiuum פַּלֵּט 2. Regum 22. Saluabis me à contradictionibus populi mei, pro eo quod dicere debuit. Facies me euadere. Alia ſignificatio huius uerbi proxima iſti eſt, eijcere uel

re,proijcere uel dimittere. Abdię. Ap prehēdes & non saluabis, rectius sic: Ap prehendes & non eijcies, & sequitur, & quos saluaueris in gladium dabo, id est, & si quos eieceris.

❀ פֶּלֶךְ Fusum mulieris significat: 2. Regum 3. Et tenēs fusum & cadens gladio: & Prouerbiorum 31. Et digiti eius ap prehenderūt fusum. Significat etiam comitatum seu præfecturam collegij alicu ius cōmunitatis seu pagi: sic legit Nehe miæ 3. Princeps uici Ierusalem: & infra, Princeps medię partis uici Ierusalem: & infra, princeps pagi maspha, id est, prefectus comitatui huius uel huius loci.

❀ פֶּלֶס Regula ponderis, hoc est, ferrum indicans æquilibram, quę lingula siue amussis dicitur: Isaię 40. Et librauit in pōdere montes, id est, in regula, & sic capitur in artibus pro regula: similiter Prouerb. 16. Pondus & statera iudicia dn̄i sunt. Inde uerbū פִּלֵּס quod significat ęquilibrare, pōderare, regulare, iustificare, rectificare, dirigere. Prouerb. 4. dirige semitas pedibus tuis, & eiusdē libri 5. Per semitā uitę non ambulant, Hebræi sic, Semitā uiuentiū ne librauēris, nam se quit, uagi sunt gressus eius & inuestigabiles: sic Isaię 26. Rectus callis iusti ad ambulandum: Hebręi sic, rectum incessum iusti ponderabis seu librabis.

❀ פָּלַץ Quassum est, horruit, tremuit, concussum est: Iob 9. Et colūnæ eius cōcu tiunt, id est, tremūt. Inde nomē מִפְלֶצֶת tremor, Isaię 21. pro eo qđ nos legimus. Tenebræ stupefecerunt me, ueritas hebraica legit sic: tremor terruit me, ubi interpres iterum sicut alias sæpe omnia ad placitum suum inculcat etiam per totum ferme contextum orationis: aliter & rectius Ezechielis septimo. Et operiet eos formido.

❀ פָּלַשׁ Inuoluit, obuoluit. Michee primo. Puluere uos conspergite, ueritas habet, Puluere inuoluaris seu inuoluere. In imperatiuo generis fœminini singularis numeri: similiter Ieremiæ sexto. Filia populi mei accingere cilicio & conspergere cinere: rectius sic intellige, tu filia uoluere in cinere.

❀ פֶּן Neforte: Genesis 26. Neforte interficerent eum: & paulo infra, Ne morerer propter eam.

❀ פִּנָּה Angulus. Prouerbiorum 7. Trāsit, per plateam iuxta angulū, & paulo infra: Iuxta omnem angulū insidians: & pluraliter in genere fœminino Iob 1. Et cōcussit quatuor angulos domus, sed in genere masculino Zacharię 14. Et usq; ad portam angulorum: & Psalmo 118. Factus est in caput anguli. Quia uero an gulares domus sunt fortes, ideo fortalicium & turris robusta hoc uocabulo appel latur. Sophonię 1. ubi nos legimus, super ciuitates munitas & super angulos excel sos. Hebræi intelligunt super ciuitates munitas & super turres altissimas, & sic rabi Dauid Kimhi exponit in commentarijs super duodecim.

❀ פְּנִינִים Margaritę, gēmę, preciosi lapilli, nostra translatio (nescio quare) uertit ebur antiquum: Threnorū 4. Rubicundiores ebore antiquo: pro rutilant specie plus quam gemmæ: intelligūt ali qui sic, plus quam coralij.

❀ פַּנַּג Nomen propriū loci in terra Israēl, ubi frumentum nascitur optimum, scilicet ad minith, cuius meminit liber Iudicum capite 11. pergentibus à Panag. Ezechielis uicisimoseptimo. Iuda & terra

& terra Israel ipsi institores tui in frumento primo balsamum & mel & oleum & resinam proposuerunt in nundinis tuis. Rabi Ioseph filius Gorionis exposuit unguentum balsami quod in Iereho inuenitur optimum, unde etiam ei ciuitati nomen contigit ab odore suauissimo. Hieronymus in uersu allegato scribit quod hoc uocabulum Aquila, Symmachus & Theodotion ita ut apud Hebręos positū est transtulerūt, pro quo Septuaginta unguenta, & ipse balsamum uerterit.

* פנה Vertit, aduertit, respexit, animaduertit: Deuteronomij 31. Quia secutus est deos alienos: pro quo ueritas hebraica sic habet, Quia aduertit ad deos alienos: & Ieremię 2. uerterunt ad me tergum & non faciē. Ezechielis 36. Quia ecce ego ad uos & conuertar ad uos: & eiusdem 43. Gradus autem eius uersi ad orientem: & aliud nomen פנות eiusdem 44. Quæ respiciebat ad oriētem, & eiusdem 11. Quæ respicit ad solis ortum: & & eiusdem 9. Quę respicit ad aquilonem, id est, quæ facit respicere. פני & פנים Vultus seu facies, eo quod respiciat huc & illuc: Genesis 16. A facie Sarai dominę meæ ego fugio. Recipit autem mem & simul lamed in principio מלפני Ionę 1. Vt fugeret in Tharsis à facie domini: & Psalmo 114. à facie dei Iacob: & Psalmo 17. De uultu tuo iudicium meum prodeat. Inde לפני ad faciem, in facie, in conspectu, ante faciem, quæ omnia exponimus coram: ut Genesis 25. Coram cunctis fratribus suis obijt, & talis locutio intelligitur uiuentibus omnibus fratribus: aliquando recipit in principio lamed solū absq; mem, & significat ante: Psalmo 72. Ante solem permanet nomen eius. Inde nomen מלפנים interior & interius quasi anterius, & dicitur de templo interiore quod erat ante oraculum: 3. Regum 6. Posuitq; Cherubim in medio tēpli interioris. Illud autē quod scribitur Psalmo 45. Omnis gloria eius filię regis abintus: intelligitur sic quod constet in uultu, & sic he finalis est paragoge ה פנימה quia uero ira hominis cernitur in facie eius, iccirco iram quoq; significat: ut Psalmo 34. Vultus domini super facientes mala, id est, ira domini. פנה Expurgauit, euacuauit, & scribitur per dages: Genesis 24. Præparaui domum & locum camelis tuis, rectius sic: Euacuaui domum: & Sophonię tertio. Auertit inimicos tuos, id est, secundum rabi Dauid Kimhi super duodecim. Euacuauit inimicum tuū, est enim numeri singularis, & ita euacuauit ut non sit ipse ultra in terra tua, pro quo allegat uersiculum supra citatum.

* פנק Deliciauit, si latine dicere liceret, delicate pauit, in delicijs nutriuit: Prouerbiorum 29. Qui delicate nutrit à puericia seruum suum.

* פס Filum seu licium diuersi coloris: Genesis 37. Fecitq; ei tunicam polymitam, id est, plurium filorum diuersorum colorum: componitur autem polymita à poly, id est, multum & mitos filū seu licium, non sicut Lyra noster deriuauit à pluralitate guttarum, fuerit autē ea tunica serica an non serica nemini cōstare potest ex textu. Rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus dicit quod pānus eius tunicæ fuit contextus ex multicoloribus filis quorū quodlibet propriā speciē habuit, ergo ueritas scripturæ sic habet: Et fecit ei tunicā liciorū multicolorum.

* פְּסַת Placenta seu placentula: Psal. 72. pro eo quod nos legimus, Erit firmamentũ in terra in summis montiũ, hebraica ueritas sic habet, Erit placenta frumenti. Rabi Dauid Kimhi exponit, id est, particula frumẽti, ubi Nicol de Lyra putauit uitiũ esse scriptoris, qui exscripsit firmamentũ pro frumentũ: ego autem opinor quod contigit uitio Septuaginta interpretũ. Illi enim ex hebraico transtulerunt in græcũ στήριγμα quod recte postea Hieron. de græco uertit in latinũ firmamentũ, sed in suo de hebraica ueritate Psalt. transtulit memorabile triticum.

* פָּסַס Finiuit, defecit: Psalmo 12: Quoniam diminutæ sunt ueritates à filijs hominum, id est, defecerunt, & secũda litera scilicet samech fortificatur punčto dages, ut ostẽdatur abiečtio per apocopen alterius samech.

* פִּסְגָּה Excelsum, altũ, nostra translatio ceu sit nomen proprium mõtis permisit hoc uocabulum intačtum dicens Deuteronomij 3. Ascẽde cacumen Phasge, quod etiam Nicolaus de Lyra ita exposuit, sed Onkelus chaldaice transtulit ascende ad caput seu uerticem siue cacumẽ excelsum aut altũ. Inde oritur uerbũ transitiuum פַּסְּגוּ Psalmo 48. Distribuite domos eius, quod Hieronymus tradu xit, separate palatia eius: sed rabi Salomõ exponit, exaltate palatia eius: & rabi Dauid Kimhi, fortificate & munite regias seu palatia eius.

* פִּסֵּחַ Claudus: Isaiæ 35. Tũc saliet sicut ceruus claudus: & Leuitici 21. Si cæcus fuerit, si claudus. פָּסַח Trãsiuit, transiliuit, transcendit: Exodi 12. Trãscendet ostiũ domus: & iterũ, Et uidebo sanguinẽ & trãsibo uos, id est, transiliã & nõ tangã uos: inde nomen פֶּסַח scilicet pasha, id est, transitus, ut eodem in loco: est enim phasa, id est, trãsitus domini, quod nos non recte dicimus pascha, quasi esset passio à græco πάσχειν deriuatum: non enim sic à passione sed à transitu nominatur, ut scribit Hieronymus in cõmentarijs super Matthęũ capitulo 26. & sic pe principale scribitur per sęgol quando sacrificiũ illud pashę significat ad differentiam aliorum significatorũ, ut cum subsilire uel transilire denotat, ut 3. Regũ 18. Vsq; quo claudicatis in duas partes, hoc est, subsilitis.

* פָּסַל Dolauit, sculpsit, incidit marmor. Deuteron. 10. Dola tibi duas tabulas lapideas: & Exodi 34. Præcide tibi duas tabulas lapideas. Inde פֶּסֶל nomẽ sculpturarũ. Leuitici 26. Non facietis uobis idolum & sculptile: & Psalmo 97. Cõfundant omnes qui adorant sculptile: & pluraliter: Psalmo 78. Et in sculptilibus suis ad ęmulationem eum prouocauerunt: sic Isaiæ 42. Et laudẽ meam sculptilibus.

* פָּעָה Clamauit, uociferauit, quod translatio nostra traduxit locutus est. Isaiæ quadragesimosecundo. Sicut parturiens loquar, & pręposito aleph אֶפְעֶה est genus serpentis quod uiperam dicimus, ut uidisti supra in aleph.

* פָּעַל Fecit, operatus est. Isaię quadragesimoprimo. Quis hæc operatus est & fecit: & Micheæ secundo. Et operamini malum in cubilibus uestris. Inde nomen פֹּעַל opus, Psalmo nono. In opere manuum suarum comprehensus est peccator: & Psalmo 46. Venite & uidete opera domini.

* פַּעַם Vix uicis, una uice, semel, iã uel nunc: Prouerb. 7. Nunc foris nũc in plateis

plateis:& Genesis 18. Obsecro domine ne irascaris si loquar adhuc semel:& Genesis 27. Et supplantauit me en altera uice, id est, bis, nam in singulari significat semel uel una uice, in plurali significat bis uel duabus uicibus:& sic pluribus uicibus, ut Numeri 14. Et tentauerunt me iam per decem uices. פעם Palpitauit, consternatus, cõtritus & pulsatus est: Genesis 41. Et facto mane pauore perterritus, rectius sic, & palpauit seu contritus est spiritus eius: sic Danielis 2. Et conterritus est spiritus eius. Inde malleus quo aliquid cõteritur, frangitur, aut percutitur. פַּעֲמוֹן Tintinnabulũ, quã uulgo nolam dicimus. Exodi 28. Mixtis in medio tintinnabulis ita ut tintinnabulum sit aureum & malum punicum rursumq́ tintinnabulũ aliud aureum & malum punicum. In quo uersu habes singularem & pluralem numerum & sic declinationem. פַּעַם Vestigium, gressus, pes, Psalmo 17. Vt non moueantur uestigia mea:& Prouerbiorum 29. Rete expandit gressibus eius: sic Iudicum 5. Quare tardauerunt pedes quadrigarum illius:& Canticorum septimo. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, id est, pedes tui.

* פַּעְנֵחַ Vocabulum Ægyptiacum, quod rabi Abraham teste rabi Mose Gerundensi nesciuit interpretari nisi quod sit nomen aliquod honorabile præsidatus, præfecturę ac magistratus, & rabi Salomon scripsit quod in nullo loco bibliæ reperiatur nisi Genesis 41. Et uocauit eũ lingua Ægyptiaca saluatorem mundi.

* פער Rictum aperuit, hiauit, Psalmo 119. Os meum aperui:& Isaię 5. Et aperuit os suum absq; ullo termino:& Iob 16. Aperuerunt super me ora eorum.

* פצה Aperuit: Iudicum 11. Aperui enim os meum ad dominum:& Ezechielis 2. Aperi os tuum & comede, ideo transumptiue solet aliquando liberationem significare, quasi claustrorum aperturam.

* פצח Plausit, iubilauit, cantauit, uociferauit: Isaiæ 55 Montes & colles cãtabunt coram uobis laudem:& Psalmo 98. Cantate & exultate & psallite.

* פצח Cõfregit: Micheæ 3. Et ossa eorum confregerunt.

* פצל Fidit, decorticauit: Genesis 30. Ex parte decorticauit eas, & infra. Quã decorticauit. & ibi inuenies nomen quod significat corticem, sic enim recte legi deberet: Et excorticauit in eis cortices albos siue peripsemata alba; est autẽ corium ligni adhuc uirentis.

* פצם Fregit & fidit & dissecuit atque rupit: Psalmo 60. Cõmouisti terram & conturbasti eam, rabi Salomon exponit destruxisti, dissipasti, fregisti, rabi Dauid Kimhi fidisti, rupisti eam, cui astipulatur Hieronymus qui traduxit ex hebraico dirupisti eam.

* פצע Vulnerauit: Canticorum 5. Percusserunt me & uulnerauerunt me:& 3. Regũ 20. Qui percussit eum & uulnerauit. Inde פֶּצַע uulnus per segol scriptum: Isaię primo. Vulnus & liuor & plaga tumens.

* פצר Cõpulit, coegit, flagitauit, & per uim traxit: Genesis 19. Compulit illos opido. Inde legitur illud 1. Regũ 13. Retusę itaq; erant acies uomerũ, hoc est, coacta & distracta erant ora eorũ, id est, instrumentis ferreis erat multa uis illata ne forent apta ad proscindendum.

* פָּקַד Censuit, uisitauit, statuit: Genesis 21. Visitauit autē dominus Saram, & Exodi 3. Visitans uisitaui uos, & eiusdē 32. Ego autem in die ultionis, id est, uisitationis meę uisitabo & hoc peccatum eorum, & eiusdem 34. Qui reddis iniquitatem patrū filijs ac nepotibus, id est, statuis peccatū patrū: multa habet deriuata, sed omnia huc tendunt ut habeant in memoria quæ fuerint bene aut male facta: & Iob 34. Quē constituit alium super terram. Significat etiam deficere, deesse: 1. Regum 25. Nec aliquando defuit quicquam eis: & significat quoq; numerare: ut 1. Regum 13. Et recensuit Saul populū, pro numerauit. Sic Numeri 1. Numerabitis eos per turmas suas: & Exodi 38. Hęc sunt instrumēta tabernaculi testimonij quæ enumerata sunt inter præceptū Mosi: significat etiam pręcipere: ut Ezrę 1. Et ipse pręcepit mihi ut ædificarē ei domum: & Psalmo 19. Iusticię domini rectę lętificātes corda, ueritas hebraica habet, mandata siue præcepta domini recta: significat item reponere: ut Ieremiæ 37. Vt traderetur Ieremias in uestibulū carceris, pro eo quod legi deberet, Et reposuit Ieremiam iu uestibulum carceris. Inde nomē פִּקָּדוֹן Leuitici 6. Negauerit proximo suo depositū, id est, repositū apud eum in manum fidelem, & significat pręficere: ut Genesis 40. Et custos carceris tradidit eos Ioseph, id est, præfecit Ioseph eis in custodia: similiter Num. 27. Prouideat dominus deus spirituū omnis carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, id est, pręficiat siue ordinet. Inde פְּקֻדָּה Psalmo 109. Episcopatum eius accipiat alter, id est, pręfecturam.

* פָּקַח Aperuit, uelamen remouit: Isaię 42. Vt aperires oculos cæcorū: & Genesis 3. Aperientur oculi uestri & aperti sunt oculi amborum. Inde nomen פִּקֵּחַ apertus, uidens, solers: Exodi 4. Vidētem & cæcum: & Iob 14. Et dignū ducis super huiusmodi aperire oculos tuos: & 4. Regum 4. Aperuitq; oculos suos.

* פֶּקַע Nodus oblongus in modū oui: quarto Regum septimo. Et sculptura subter labium circuibat illud, id est, & tuberculi solidi atq; oblongi sic sculpti circuibant illud. פַּקֻּעָה Colokynthis, sic enim nostra translatio habet: quarto Regum quarto. Et collegit ex ea colokynthidas, nō quod decerpserit ex uite agresti colokinthidas, non enim nascuntur in eis, sed quia circa eas agrestes uites sæpe nascuntur & plus augentur tales fungi quos interpres nominat colokinthidas: & secundum Dioscoridem de sylua medicinali libro tertio, à Romanis dicitur cucurbita syluatica, & ab alijs nominatur fungus caninus, & est acriter amara ut idem scribit: unde sequitur in loco citato: quarto Regum quarto. Et non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Est & alia species cibo apta quę dicitur colokyntha, de quo Dioscorides in libro 2. Multi putant à figura & oblonga rotunditate sic dici à superiore uocabulo.

* פַּר Bos iuuenis, iuuencus, uitulus, taurus: Exodi 29. Tolle uitulum de armento: hebraice sic, Sume iuuencum unum filium uaccæ: & pluraliter Psalmo 22. Circumdederunt me uituli multi: & assumit in fine he aspirationē fœminini generis notam פָּרָה & significat uaccā. Numeri 19. Vt adducant ad te uaccā rufam: & pluraliter Amos 4. Audite uerbum hoc uaccę pingues.

* פָּרוּר Cacabus, olla: Numeri undecimo. Coquens in olla: Ioelis secundo. Omnes uultus redigẽtur in ollã: ubi per epenthesin accipit aleph. Item primo Regum secundo. Aut in ollam siue in cacabum: & est quatuor literarum.

* פַּרְפַּר Confregit, contriuit, Iob decimosexto. Repente contritus sum: pro, contriuit seu fregit me.

* פֶּרֶא Onager, ferus, syluestris: Genesis decimosexto. Hic erit ferus homo: Oseæ octauo. Onager solitarius sibi Ephraim: & loco aleph in fine scribitur quandoq; he aspiratio lenis: Ieremiæ secundo. Onager asuetus in solitudine: & quamuis ibi in quibusdam tam impressis quam scriptis codicibus uideam aleph finale, tamen in regulato uolumine antiquissimo scribitur per he loco aleph: & ponitur in margine eiusdem loci adnotatio quæ dicitur massara, sic non scribitur per aleph.

* פֶּרֶד Mulus: secundo Regum decimooctauo. Accidit autem ut occurreret Absalom seruis Dauid sedens mulo cumq; ingressus fuisset mulus: & Psalmo tricesimosecũdo. Nolite fieri sicut equus & mulus. פָּרַד Dispersit, diuisit, & reperitur magis passiue: Genesis uicesimoquinto. Et duo populi ex uentre tuo diuidentur: & Genesis decimo. Ab his diuisę sunt gentes in terra post diluuium. Inde פְּרוּדוֹת grana seminis sub terra iacentis dicta à dispersione atq; diuisione, quam præsens uerbum significat: ut Genesis tredecimo. Recede a me obsecro, id est, diuidere tu à me.

* פַּרְדֵּס Hortus arboribus consitus fructuum uescorum: Canticorum 4. Paradisus malorum punicorum; Ecclesiastis secundo. Feci hortos & pomeria.

* פָּרָה Creuit, fructificauit: Genesis 35. Cresce & multiplicare: sic Genesis 1. Crescite & multiplicamini: sic Psalmo 128. Vxor tua sicut uitis abundãs, id est, פּוֹרִיָּה fructificans: sic Genesis 1. Lignũ pomiferum faciens fructum, id est, lignũ fructificans fructũ: igitur ab eo פְּרִי fructũ quoq; significat. Amos 9. Faciẽt hortos & comedent fructus eorum: & Psalmo primo. Quod fructum suum dabit in tempore suo. Inuenitur quandoq; scriptum per aleph in medio cata epenthesin, ut פֹּארוֹת Ezechielis 17.

* פְּרָזִי Vicus absq; muro ac sine munitione: Zacharię 2. Absq; muro habitabitur Ierusalẽ. Inuenies autem in masculino & fœminino genere. Esther 9. Hi uero Iudæi qui in oppidis non muratis ac uillis morabantur: qui enim morantur absque muro dicuntur פְּרָזִים & uillę non munitę neq; muratę dicũtur פְּרָזוֹת Zachariæ ut supra.

* פָּרַח Floruit, germinauit. Numeri 17. Inuenit germinasse uirgam Aaron in domo Leui, id est, floruisse: & Canticorum 6. Si floruissent uineę: & Psalmo 92. Iustus ut palma florebit: & in eodem. In atrijs domus dei nostri florebunt: transumptiue autem dicitur Leuitici tredecimo. Sin autem effloruerit discurrente lepra in cute. Ezechielis septimo. Floruit uirga, germinauit superbia. Quia uero transumitur ad educationem pullorum & uolatum, ideo auolationem quoque significat. Ezechielis tredecimo. Ecce ego ad pulullos uestros quibus uos capitis animas uolãtes: nam thargũ exponit hoc uerbum pro uolare. Inde pulli dicuntur אֶפְרֹחִים Deuteronomij duodecimo. Et

matrem

matrē pullis uel ouis desuper incubantē.

* פֶּרֶט Baccæ seu grana uuarū, secundū rabi Salomonē. Leuitici 19. Neq; in uinea tua racemos & grana decidentia congregabis. פֵּרַט Particularizauit, articulauit, sicut fit in musicis instrumentis uario tactu. Amos 6. Qui canitis ad uocem psalterij. Inde in artibus dicuntur פְּרָטִים particularia.

* פֶּרֶךְ Sæuitia & rigor: Exodi 1. Omniq; famulatu quo in terræ operibus premebātur, hebraice sic, & in omni ministerio in rure ac omni famulatu eorū quo seruiebant eis in sæuitia seu rigore: & paulo superius cum legitur, Et affligebant illudentes eis, hebraice sic, legitur, Et fecerūt seruire Ægyptij filios Israël in sæuitia seu rigore atq; immanitate.

פָּרֹכֶת Velum: Exodi 26. Facies & uelum de hiacyntho & purpura. Et dicit rabi Dauid Kimhi quod fuit cortina quę uelauit arcam pendens inter arcam & tabernaculum fœderis.

* פָּרַם Scidit, rupit: Leuitici 21. Vestimenta non scindet: & Leuitici 10. Vestimenta uestra nolite scindere.

* פָּרַס Fregit, dissuit, discerpsit: Isaiæ 58. Frange esurienti panem tuum: & Ieremiæ 16. Et non frangent inter eos lugēti panē: pro quo inuenitur talis adnotatio quę dicitur massara, quod omnis expositio huius uocabuli scribitur per sin, præter duos locos in quibus scribitur per samech. Sunt autem allegati duo loci Isaiæ & Ieremię, quanquam reperiam etiam eosdē in multis Hebræorū biblijs per sin notari, sicut & omnia alia eiusdē significati uocabula: ut Threnorū 4. Et nō erat qui frangeret eis. פָּרַס Fidit diuisit: Leuitici 11. Omne quod habet diuisam ungulam, & paulo inferius. Lepus quoq; nam & ipse ruminat sed ungulam non diuidit, ubi multas inuenies formas huius uerbi, quo & significatur פַּרְסָה ungula, מַפְרֶסֶת fissura, plantæ diuisio. Salomon enim & plantam significari dicit. Micheę 4. Et ungulas tuas æreas.

פֶּרֶס Aquilę genus, alij accipitrem dicunt à diuisis ungulis. Leuitici 11. Aquilam & gryphum & halyaëton. פָּרַס Persa: Ezechielis 38. Persę, Æthiopes, & Libyci: & Esther primo. Fortissimis Persarum & Medorum.

* פָּרַע Vacauit, ociatus est, retrocessit, deseruit, posthabuit. Prouerbiorū 13. Ægestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: & Exodi 5. Quare Moses & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis, id est, uacare facitis ab operibus suis.

פָּרַע Discooperuit, nudauit, uacuauit: Exodi 32. Videns ergo Moses populū quod esset nudatus: spoliauerat enim eum Aaron, hoc est, nudauerat, & secundum thargum ociosum fecit, secundum prius uocabulum: & Numeri 5. Discooperiet caput eius. Inde dicitur פֶּרַע Numeri 6. Crescente cæsarie capitis eius, id est, crescat nudatio comæ capitis eius: sic uerbum è uerbo legi deberet. פַּרְעֹת Vindicta: Deuteronomij 32. pro eo qđ nos legimus, Et de captiuitate nudati inimicorū capitis, hebraice sic legitur: Ab initio retributionum inimici siue uindictarum inimici: rabi Salomon intelligit de dispersione inimici.

* פַּרְעֹשׁ Pulex: 1. Regum 24. Canem mortuum persequeris & pulicem unum.

* פָּרַץ Fecit aperturam, diuisit, diruit, rupit: Micheæ secundo. Diuident

&transſibunt: & Oſeæ 4. pro eo quod nos legimus, Inundauerūt & ſanguis ſanguinem tetigit: Hebræi uertunt ruperunt, ſecundum rabi Dauid in commentarijs ſuper duodecim, qui pro ſe allegat uerſiculum Iſaiæ quinto: Diruam maceriam eius: & Exodi 19. Ne percutiat eos, rectius ſic, Ne diruat ſeu rūpat eos: & Iob 28. Diuidit torrens à populo peregrināte: omnia eius deriuata ut פָּרִיץ פֶּרֶץ ſignificant diruptionem, diſſipationem, eruitionem & ſimilia. Nam quod nos legimus Pſalmo 17. Ego cuſtodiui uias duras exponendum eſſet rectius: uias dirutas, quare neſcio quam ob cauſam Hieronymus uertit uias latronis, niſi forte qđ perfodit domos: unde & corrupti prauis moribus hoc uocabulo denominantur, ut Danielis undecimo. Filij quoq; prǫuaricatorum populi tui, id eſt, filij corruptorum. פָּרַץ Hagitauit, coēgit, primo Regum uiceſimo octauo. Coēgerūt autem eum ſerui ſui: & 2. Regū 13. Cum autem cogeret eum & noluiſſet: & infra, Coēgit itaq; Abſalom eum. Videtur autem per metatheſin oriri à ſuperiori uerbo פָּצַר quod idem ſignificat.

* פָּרַק Abrupit, excuſſit, exploſit, remouit: Geneſis 27. Cum excutias & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis: & Pſalmo ſeptimo. Dum non eſt qui redimat neq; qui ſaluum faciat, quod melius uertit Hieronymus. Laceret & non ſit qui eripiat. פֶּרֶק Separatio, diſmembratio, laceratio, artus, articulus, membrum: Nahum tertio. Dilaceratione plena, & ſcribitur ſic ſex punctis. Inde uerbum פֶּרֶק Zachariæ undecimo. Et ungulas earum diſſoluet, id eſt, ſeparabit. Inde dicitur biuium ſeu triuium פֶּרֶק ut in Abdia. Neq; ſtabis in exitibus, id eſt, in compitis ſeu triuijs: & per protheſin mem atque paragogen he uel thau מִ מִפְרֶקֶת ſignificat oſſa ceruicis: primo Regū quarto. Et fractis ceruicibus mortuus eſt. פָּרַק Liberauit, redemit, ſaluauit ſeu ſeruauit: Pſalmo centeſimo triceſimoſexto. Redemit nos ab inimicis noſtris: & Threnorum quinto. Non fuit qui redimeret de manu eorum, id eſt, qui ſaluaret nos: nam ubi uerbum hebraicum ponitur quod ſignificat ſaluauit, ibi thargum prǫſente uerbo utitur.

* פָּרַשׁ Extendit, expoſuit, pandit: Numeri decimoquinto. Neſciētes quid ſuper eo facere deberēt, rectius uerbum è uerbo ſic. Et poſuerunt eum in cuſtodiam quia non erat expoſitor quid fieret ei. Inde nomen מְפוֹרָשׁ expoſitum, maſticatum. Nehemię octauo. Et legerunt in libro legis dei diſtincte & aperte, putarem ego in libro expoſito: & tertio Regū octauo. Cherubim extendebant alas, ſignificat etiam prope hoc ſignificatum diſpergere. Zacharię ſecundo. Et in quatuor uentos cœli diſperſi uos. Item ſignificat concidere. Micheæ 3. Et conciderunt ſicut in lebete.

Quando præſens uocabulum ſcribitur cum iamin ſignificat explicare. Hinc פָּרָשׁ eques, & פֶּרֶשׁ ſtercus. Cum ſmol uero ſignificat expādere.

פַּרְשְׁדֹנָה Seceſſus ſtercorum alui: Iudicū 3. Statimq; per ſecreta naturę alui ſtercora proruperunt.

* פַּרְשֵׁז Expoſuit, pandit: Iob uiceſimoſexto. Et expandit ſuper illud nebulam ſuam: & aliquibus uidetur quod compoſitum ſit ex tribus uocabulis מ פרש שַׁדַּי זיו

✻ פְּרָת Euphrates fluuius. Genesis 2. Fluuius autem quartus ipse est euphrates: unde multi uolunt deriuare uocabulum quod sequitur. פַּרְתְּמִם Praefectus, praeses prouinciae: Esther 1. Et praefectis prouinciarum.

✻ פָּשָׂה Creuit, dilatatus est, ampliatus est: Leuitici 13. Et siquidem lepra ultra non creuerit: & infra, & non creuerit in cute: & infra. Iterum lepra creuerit.

פשח Diuisit, scidit in partes, cōcidit in frusta: Threnorum 3. Semitas meas conuertit & confregit me: quod rectius sic fuisset translatum, Et cōcidit me, quia translatio chaldaica quae est maxime autoritatis utitur praesente uerbo, quando Samuel concidit in frusta regem Agag: 1. Regum 15. Et in frusta concidit eum.

✻ פָּשַׁט Nudauit, expoliauit, exuit. Canticorū quinto. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? & 1. Regum 31. Venerunt Philistim ut expoliarēt interfectos. פָּשַׁט Impetum fecit, grassatus est, excurrit ad praedā 1. Regum 30. Siquidē nos erupimus ad australem plagam: & paulo superius eodem. Amalechitae impetū fecerunt ex parte australi.

✻ פָּשַׁע Praeuaricatus est, defecit, deliquit, nostra translatio habet spreuit. Isaię 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me: & 4. Regum 1. Praeuaricatus est autem Moab in Israel. Inde פֶּשַׁע transgressio, praeuaricatio, iniquitas: Psalmo 32: Beati quorū remissę sunt iniquitates. Hieronymus recte: beatus cui dimissa est iniquitas: & Exodi 22. Ad perpetrandam fraudem, uerbum ē uerbo sic, Super omni re iniqua.

✻ פָּשַׂע Incessit, passizauit: Isaię 27. Gradiar super eam, pro, incedam pedetentim in ea. Inde nomen פֶּשַׂע passus, uestigium: 1. Regum 20.

✻ פָּשַׂק Aperuit lubrice & inconsyderate. Prouerbiorum 13. Qui custodit os suum custodit animā suam, qui autem inconsyderatus est sentiet mala, pro, qui autem aperit inconsyderate labia sua &c.

✻ פֵּשֶׁר Expositor, respōsor, determinator, arbitrator, ęstimator, & putator. Ecclesiastis 7. Et quis cognouit solutionem uerbi, dicitur autem sic quasi cōmutatione thau raphati in sin dexterum: ita enim Onkelus chaldaice interpretatur interpretem somniorū mutans thau in sin. Genesis 41. Nec erat qui interpretaretur. [illegible]. Sonat haec dictio uerius פתרון interpretationem quam interpretem.

✻ פִּשְׁתָּה Linum. Exodi 9. Linum ergo & hordeum lęsum est: & infra. Et linum iam folliculos germinaret: & quāuis sit generis foeminini, tamē pluraliter declinatur in forma masculina, ut Isaiae 19. Confundantur qui operantur linum: nam sequitur dictio pexilis quę est foeminini generis, & tamen in plurali, sed uerbum e uerbo sic scribitur: Et confundentur operantes lina pexilia. Vnde amanuensis male scripsit pro pectentes plectentes, & est menda: & singulariter in foem. Isaiae 42. Et linū fumigās non extinguet.

✻ פָּתַת Fregit in frusta, diuisit minutatim. Leuitici 2. Diuidet eam minutatim. Inde פַּת id est, frustum siue minutū fragmentū, sicut nos de pane buccellā dicimus. Gen. 18. Paruamq́ buccellam panis. Iob 31. Et comedi buccellam meā. In plurali פִּתִּים Psalmo 147:

✻ פָּתָה & פָּתָה Inflexit, paralogizauit, male suasit, decepit. Deuteron. 11.

Ne forte decipiatur cor uestrũ: & Iob 31. Et lætatum est in abscondito cor meum: rectius, Et persuasum est in abscondito: & Prouerbiorum 20. Et dilatat labia sua ne cõmiscearis: pro quo rectius legitur, Et ad male suadentem labijs suis ne commiscearis: & Oseæ 7. Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor: id est, sicut columba illecta ad inescationem ignorat latentem pedicam, ita Ephraim male suasus nescit periculum. Inde homo simplex & persuasibilis qui facile decipit, dicitur פֶּתִי ut Prouerb. decimoquarto. Innocens credit omni uerbo, id est, flexilis siue puerilis homo. Vnde dicitur transumptiue Prouerbiorum primo. Vsq; quo paruuli diligitis infantiam: & Psalmo 116. Custodiẽs paruulos dominus, sed ibi per aleph in medio scribitur, sicut in alijs multis locis, ut פֶּתִי & פְּתָיִם & פְּתָאִים Est etiã פְּתָיוּת puerilis stultjcia: Prouerbiorum 1.

* פִּתְאֹם Mox, confestim, statim: Numeri duodecimo. Statim locutus est dominus ad eum: & Malachiæ tertio. Et statim ueniet ad templum suum dominator.

* פְּתִיגִיל Fascia pectoralis, seu stola muliebris: Isaiæ tertio. Et pro fascia pectorali cilicium.

* פִּתְגָם Verbum: Esther 1. Et hoc in omne quod latissimum est prouinciarum tuarum diuulgetur imperiũ: quod uerbum è uerbo sic uertitur. Et audietur uerbum regis quod faciendũ est in omni regno eius. Magis autem ego putarem Syriacã linguam esse: crebro eñ Onkelus pro דָּבָר hebraico פִּתְגָם Syriacum traduxit, ut Deuteronomij primo. Hæc sunt uerba, & sic de alijs.

* פַּתְשֶׁגֶן Exemplar, copia scripturę, summarium, instructio: Esther 3. Summa autem epistolarum hęc fuit.

* פִּתָּה Induxit, lactauit, affecit. Oseę 2. Propter hoc ecce lactabo eam, & est simile unumq; & idem cum priore uerbo.

פָּתָה Dilatauit: Genesis 9. Dilatet deus Iapheth.

* פָּתַח Aperuit, incœpit: Psalmo 78. Et ianuas cœli aperuit. Sic 4. Regum 9. Aperiesq; ostium & fugies: & Iudicum tertio. Et uidentes quod nullus aperiret. Inde denominatur clauis מַפְתֵּחַ ut in eodem loco. Tulerunt clauem & aperientes inuenerunt dominũ suum. Inde פֶּתַח clausura uel claustrũ. Micheę septimo. Custodi claustra oris tui: significat & פִּתַּח soluere. Isaię 20. Solue saccum de lumbis tuis: & significat ostendere: Psalmo 37. Gladium euaginauerunt peccatores, id est, ostẽderunt: sic Canticorum 7. Si flores fructum parturiunt, id est, si ostendant se uuę adhuc immaturę, & ab aperiendo dicitur פֶּתַח porta, ianua, ostium: Numeri decimo. Congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis: & scribitur sic prima per sęgol.

* פָּתַל Subuertit, & secundum quosdam addidit, adiũxit, affixit: Genesis 30. Comparauit me dominus cum sorore mea: sed Nicolaus de Lyra ordinarius cõmentator nostrę biblię scripsit in hebręo sic haberi: Additiõe dei addita sum cum sorore mea: alij uero sic, Subuersione dei subuersa sum cum sorore mea: nondum enim erat comparanda cum sorore sua quæ ex se peperit tres filios, & soror tantum duos non ex se sed de serua: hoc certe uerbum quandam uersionem significat, ut Prouerborum octauo, non est in

eis pra-

eis prauum quid neq; peruersum: sic Psalmo decimooctauo. Cum peruerso peruerteris. פְּתִיל Filum duplicatum. Iudicū decimosexto. Quomodo si rumpat quis filum de stupa.

* פֶּתֶן Serpens pessimus, aspis: Isaię undecimo. Et delectabitur infans super foramen aspidis: & Psalmo quinquagesimooctauo. Sicut aspidis surdæ: & pluraliter פְּתָנִים Iob uicesimo. Caput aspidum suget. מִפְתָּן Limen: Ezechielis 46. Et adorabit super limen portę

* פֶּתַע Fortuna, euentus, fatum: Numeri 6. Sin autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo: uerbum ē uerbo sic, Et cum moreretur mortuus coram eo in euentu uel ex fato subito.

* פָּתַר Soluit ænigmata & coniectauit somnia, exposuit arcana: Genesis quadragesimo. Et non est qui interpretetur nobis. Inde פִּתְרוֹן coniectatio, interpretatio: eiusdem quadragesimo. Iuxta interpretationem congruam sibi: & pluraliter in masculino. Nunquid non dei est interpretatio, rectius sic, dei sunt interpretationes.

יהי שם המשיח מבורך

צֶאֱל & in plurali צֶאֱלִים Arbustum seu cuiusdā uirgulti genus: nostra trāslatio uertit umbram: Iob 40. Sub umbra dormit in secreto calami & locis humentibus, id est, sub uirgulto dormit. Inde sequitur ibi, protegunt umbræ umbram eius, id est, protegunt uirgulta umbrā eius: & est antiphrasis, quia non est arbor tam alta quæ possit umbrā eius tegere.

* צַב Tegimen, opertorium, tectū plur. צַבִּים Numeri 7. Sex plaustra tecta cum duodecim bobus: quasi diceret, Sex plaustra quodlibet cum tegumento suo, & duodecim boues: & exponit Onkel. chaldaice: sex plaustra singulatim tecta: sed thargū Ierosolymitanū sic uertit; Sex plaustra biiuga, quasi dicat sex bigas iumentorum. Item est nomen cuiusdam animalis immundi quod nos crocodilū uocamus, Leuitici 11. Mustela & mus & crocodilus: alij nominant bufonem.

* צָבָא Militauit in exercitu, exercitauit, belligerauit, pugnauit: ut Zacharię 14. Omnes gentes quæ pugnauerūt aduersus Ierusalem. Et Numeri tricesimoprimo. Cumq; pugnassent contra Madianitas. Inde צָבָא pugna, exercitus, militia, ut eodem quo supra loco. Armate inquit ex uobis uiros ad pugnam: & Numeri primo. Omnes qui poterant ad bella procedere. Inuenitur autem quandoque aleph mutatum in he: ut Zachariæ nono. Et circumdabo domum meam ex ijs qui militant mihi. Inde militia, Isaiæ uicesimoquarto. In die illa uisitabit dominus super militiam cœli in excelso: & pluraliter declinatur in utroq; genere צְבָאִים & צְבָאוֹת In masculino Psalmo centesimo tertio. Benedicite domino omnes uirtutes eius. In fœm. genere Psalmo uicesimoquarto. Dominus uirtutum ipse est rex glorię. צָבָא Tempus statutum, terminus destinatus. Iob septimo. Militia est uita hominis super terram, quod secundum rabi Salomonē & cęteros Iudęos sic debet legi: nunquid tempus determinatum est homini super terram.

* צָבָה Tumuit, intumuit, inflatū est, tumescendo crepuit. Numeri quinto. Et

tumēs uterus tuus dirumpatur: & infra. Et utero tumeſcente putreſcat fœmur: & item in eodem. Et inflato uentre computreſcet fœmur.

* צְבִי Hinnulus, capreolus ſeu caprea. Deuteronomij 14. Ceruum & capream: & Canticorum 4. Sicut duo hinnuli capreę gemelli: & eiuſdem 2. Similis eſt dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum, & recipit quandoq; aleph in medio loco iod צְבָאִים. Canticorū 3. Adiuro uos filię Ieruſalē per capreas ceruosq; camporum. צְבִי. Præcipuum, iocundum, beneplacens, decorum & egregium. Ezechielis 20. Quę eſt egregia inter omnes terras: & iterum. Præcipuam terram omnium: & Iſaiæ 28. In die illa erit dominus exercituum corona gloriæ: quod Ionathas chaldaice ita uertit, In tēpore illo erit Meſſias domini exercituū in coronam lętitię. Inde terra Iſraēl eo nomine dicta eſt ſcilicet beneplacens, decora & deo pręcipua: quare pro eo quod nos legimus Danielis 8. Et factū eſt grande contra meridiem & contra orientem & contra fortitudinem, Magiſtri Hebręorum legunt contra meridiem & contra orientem & contra terram Iſraēl, ad hoc allego rabi Leui Ben Gerſom in cōmentarijs ſuper Danielem qui ſic ſcribit. Et factum eſt grande contra meridiem, hoc eſt, regem Ægypti, & contra orientem, hoc eſt, terram Perſarum & contra terrā צְבִי hoc eſt, terram Iſraēl, hęc ille.

* צָבַט Apprehendit, congeſſit: Ruth 2. Et congeſſit polentam ſibi, id eſt, Boaz cōprehendit in menſa ex manipulis frugū toſtarū ſiue igne torrefactarum quę poſtea lixiuio coquunt: & appoſuit ei ſcilicet Moabithidi Ruth partē ſuam.

* צָבַע Diſcolorauit. Inde צָבוּעַ diſcolor: Ieremiæ 12. Nunquid auis diſcolor hæreditas mea mihi? dicunt autem quod ſit auis inuiſa omnibus alijs auibus, quapropter ſemper ſanguinolenta eſt & reſperſa notis uulnerum. Inde exponitur illud quod legimus Iudicum 5. Veſtes diuerſorum colorum Siſſaræ traduntur, id eſt, exuuię ſanguinolentis notis reſperſę. Inde, אֶצְבַּע Digitus. Exodi 8. Digitus dei eſt hic: & Numeri 19. Et tingens digitum in ſanguine eius.

* צָבַר Comportauit, coaceruauit. Iob 27. Si comportauerit quaſi terram argentum: ſic Habacuk 1. Et comportabit aggerem & capiet eam. Inde צִבּוּר aceruus dicitur: 4. Regum 10. Ponite ea ad duos aceruos.

* צֶבֶת Manipulus paruus: Ruth 2. Et de ueſtris quoq; manipulis proijcite.

* צַד & צִד Latus. Iſaiæ 60. Et filij tui de latere ſurgent: & Pſalmo 91. Cadent מִצִּדְּךָ à latere tuo mille: & ponit in eis dages ad oſtendendam abiectionē alterius literæ daleth: & pluraliter צִדִּים Exodi 25. Sex calami egredientur de lateribus eius, tres ex uno latere: & tres ex altero latere.

* צָדָה Speculatus eſt, inſidiatus eſt. Exodi 21. Qui autem non eſt inſidiatus: & 1. Regum 24. Tu autem inſidiaris animæ meæ ut auferas eam, id eſt, ſpecularis ut auferas animam meam. Inde nomen צְדִיָּה Numeri 35. Vel iecerit quippiam in eum per inſidias. Ad illius formā eſt & aliud uerbum paſſiuum quod ſignificat deſolatum & deuaſtatum eſſe. Sophoniæ 3. נִצְדּוּ Deſolatę ſunt ciuitates eorum, id eſt, deuaſtatę ſunt.

* צָדַק Iuſtificauit: Pſalmo 51. Vt iuſtificeris

ſtificeris in ſermonibus tuis, id eſt, propterea iuſtificabis in ſermonibus tuis: & tranſitiuum in tertium הִצְדִּיק Prouerb. 17. Et qui iuſtificat impium: & paſſiuum Pſalmo 143. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Inde צַדִּיק iuſtus: Geneſis 6. Noë uir iuſtus, & pluraliter: 3. Regum 2. Quia interfecit duos uiros iuſtos melioresq; ſe. Inde deriuatur & צֶדֶק atq; צְדָקָה iuſticia & iuſtificatio, & plura alia.

* צָהַב Auricolorauit: Leuitici 13. Et capillus flauus ſolitoq; ſubtilior, pro & capillus auricolor, quaſi à זָהָב id eſt, auro deductum ſit.

* צָהַל Iubilauit, hinniuit, exultauit, tripudiauit: Iſaiæ duodecimo. Exulta & lauda habitatio Sion: & Eſther octauo. Omniſq; ciuitas exultauit atq; lętata eſt, hebraice ſic, Et ciuitas Suſan exultauit & lætata eſt: & Iſaiæ 24. Hinnient de mari, id eſt, de aquis.

* צֹהַר Feneſtra quæ accipit in domo lumen diei: Geneſis 6. Feneſtram in arca facies. Inde צָהֳרַיִם meridies cum ſol in medio cœli effundit lumẽ: Geneſis 43. Quoniã hodie mecum uiri comeſturi ſunt in meridie. יִצְהָר Oleum: 2. Paralip. 32. Apothecas quoq; frumenti uini & olei. Inde uerbũ quod ſignificat oleũ in trapetis exprimere, quaſi liceret dicere oleificare: Iob 24. Inter aceruos eorũ meridiati ſunt, ubi translator reſpexit ad ſuperius uocabulum: & Zachariæ 4. Iſti ſunt duo filij olei, id eſt, oleificationis, intelligunt, regalis unctionis.

צוֹאָה Sordidus, ſordes: Iſaię 28. Omnes enĩ menſę replete ſunt uomitu ſordiũ ita ut non eſſet locus ultra: & Zachariæ 3. Ieſus indutus erat ueſtibus ſordidis.

* צוּד Venatus eſt: Threnorum 3. Venatione cœperunt me inimici mei: & Geneſis 27. Cumq; uenatu aliquid apprehenderis, & infra. Et ille abijſſet in agrum ut iuſſionem patris impleret, quod rectius de uerbo ad uerbum ſic legitur: Et Rebecca audiente ſermonem Iſhac ad Eſau filium ſuum, abijt Eſau in campum ad uenandum צַיִד uenationem ut afferret, & infra ſequitur. Affer mihi de uenatione tua: & Geneſis 10. Et erat robuſtus uenator coram domino. Inde per protheſin mem מְצוּדָה inſtrumentum quo capiuntur piſces ſiue ſit hamus ſeu retiaculum aut fiſcella. Eccleſiaſtis 9. Sed ſicut piſces capiuntur hamo. Alio autem modo צֵדָה ſignificat cibarium ſiue eſcam ſeu nutrimentum: Pſalmo 78. Cibaria miſit eis in abundantia.

* צִוָּה Præcepit, mandauit, iuſſit, imperauit: Deuteronomij 6. Hæc ſunt præcepta & cerimoniæ atq; iudicia quæ mandauit dominus deus ueſter ut docerem uos: & Deuteronomij 33. Legẽ pręcepit nobis Moſes, & Iſaię 28. Manda remanda, manda remanda. Inde nomen מִצְוָה Prouerbiorum 7. Serua mandata mea & uiues.

* צָוַח Clamauit. Iſaiæ 42. De uertice montium clamabunt, uerius de capite montium: & eiuſdem 24. Clamor erit ſuper uino in plateis: & Ieremiæ decimoquarto. Clamor Ieruſalem aſcendit: hoc & omnia deriuata ſua ut צְוָחָה ſignificãt uociferationem doloris & luctus.

* צוּלָה Profundum: Iſaiæ 45. Qui dico profundo deſolare: & Ionę 2. Et proiecisti me in profundum in corde maris, ibi enim cata protheſin recipit mem מ מְצוּלָה & Exodi 15. Deſcenderunt in pro-

in profundum sicut lapis, & cætera.

צום Ieiunauit: Isaiæ 58. Quare ieiunauimus & non aspexisti: & infra. Ecce in die ieiunij uestri ecce ad lites & contentiones ieiunatis, nolite ieiunare sicut usq; ad hanc diem & cętera: & uide coniugationē uerbi Esther 4. ubi nos habemus, Et orate pro me: ueritas sic legit, Et ieiunate pro me & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo.

צון Grex quorumcumq; pecorum & ouis: Ieremiæ 50. Grex perditus factus est populus meus, ubi hoc uocabulū scribitur per aleph צאן loco uau, quod & sonat uocaliter, sed alibi sine aleph & sine uau scribitur per syncopen: Psalmo 9. Oues & boues uniuersas. Fateor autē quod in fine adhæreat he aspiratio lenis κατὰ παραγωγὴν sed raro.

צות Alluit, inundauit: Threnorū 3. Inundauerūt aquę super caput meum: & Ezechielis 32. Et irrigabo terram foetore sanguinis tui: insuper montes & ualles implebuntur ex te, recte de uerbo ad uerbum sic, & potare faciam terram inundationē tuam de sanguine tuo ad mōtes. צות Fauus: Prouerbiorum 16. Fauus mellis uerba composita: et Psalmo 19. Et dulciora super mel & fauum: ubi ponitur pluraliter.

צוק Coartauit, angustiauit: Iob 32. Coartat me spiritus uteri mei: & Deuteronomij 28. In angustia & uastitate qua opprimet te hostis tuus, haud multū absimile est: Iob 28. Et lapis solutus calore in ęs uertitur, quasi angustiatus in fornace, Est autem מצוק angustia.

צור Tyrus: Ieremiæ 47. Et dissipabitur Tyrus & Sidon. צור Circumdedit, obsedit, oppugnauit, contra molitus est, inuasit: Deuteronomij 20. Sin autem foedus inire noluerit & coeperit contra te bellum oppugnabis eam: & Canticorum 8. Si ostium est compingamus illud tabulis cedrinis, quod translatio nostra fortasse ita uertit à forma, figura atq; pictura: sed secundum proprietatem linguæ, sicut solent in obsidione ciuitatis ostia & portę muniri & circumdari, ita hic interpretandum est. Si porta seu ianua est muniamus illam tabulis cedrinis, uel secundum Nicolaum de Lyra fortificemus eam: sic Psalmo 60. Quis deducet me in ciuitatem munitam seu fortificatam, inde ab obsidione צרה id est, tribulatio. Zacharię 9. Et transibunt in maris freto, id est, in tribulatione & moesticia: sic eiusdem 8. Neq; exeunti erat pax prę tribulatione: & Psalmo 119. Tribulatio & angustia inuenerunt me: & 1. Regum 28. Coartor nimis, pro quo recti us sic, Angustia mihi ualde. צור Inclusit, ligauit, innodauit: Deuteronomij 14. Et in precium rediges portabisq; manu tua & proficisceris ad locū: quod uerbum è uerbo sic legitur, Et dabis in pecunia & ligabis seu includes argentū in manu tua, & proficisceris ad locum: sic 4. Regum 5. Ligauitq; duo talenta in duobus saccis. צור Petra, silex, lapis: Exodi 17. En ego stabo ibi coram te supra petrā Horeb, percutiesq; petram: & pluraliter צורים in masculino Nahum 1. Et petræ dissolutæ sunt ab eo: & pluraliter in foeminino. Iob 28. In petris riuus excidit. Inde denominatur fortis & fortitudo. Isaiæ 26. Sperasti in domino in seculis æternis in domino deo forti in perpetuum: & 1. Regum 2. Et non est fortis sicut deus noster; צר Luna transumptiue dicitur:

tur: Isaiæ 5. Et ecce tenebræ tribulationis & lux obtenebrata est in caligine eius, quod Hebræi sic legunt, & ecce tenebra lunæ & sol obtenebratus est in caligine eius. צור Acies, acumen: Psalmo 89. Auertisti adiutoriū gladij eius, quod rectius sic uertit: Retorsisti seu retudisti aciem gladij eius.

* צרח Formauit, finxit, fecit: Exodi 32. Formauitq; opere fusorio: & Isaiæ 43. Creans te Iacob formans te Israël. Inde philosophi Hebræorum denomināt formam, ut est apud Mosen Ægyptium libri perplexorum uolumine secundo capite primo.

* צואר Collum: Genesis 41. Et collo torquē auream circunposuit: & eiusdē 33. Stringensq; collum eius: quia uero collum mouetur hinc & inde ad partem dexteram & sinistram, ideo de uno homine sæpe loquimur hoc nomen pluraliter צוארים ut Genesis 45. Cumq; amplexatus recidisset in collū Beniamin: & infra. Illo quoque similiter flente super collum eius: ubi collum ponitur pluraliter. Assumit quandoq; nun literā & perdit aleph: ut Canticorum 4. צוארוניך & in uno crine colli tui. צחיחה Siccitas seu ariditas. Ezechielis 24. Super limpidissimam petram effudit illum, & infra. Dedi sanguinem eius super petram limpidissimā ne operiretur: ubiq; ueritas habet, super siccam petram & inaquosam atq; aridā: sic Isaiæ 5. Et multitudo eius siti exaruit.

צח Canduit, nituit: Threnorum 4. Nitidiores lacte: & Canticorum quinto. Dilectus meus cādidus & rubicūdus, & in fœminino pluraliter significat uerba tersa polita & nitida.

* צחן Putredo; Ioelis 2. Et ascēdet putredo eius quia superbe egit.

* צחק Lusit, risit Genesis 8. Quo audito Sara risit, & infra. Quare risit Sara, & infra: Negauit Sara dicens non risi: & Exodi 32. Et surrexerunt ludere. Hinc nomen צחוק risus. צחר Nitidus, splē dens: Iudicum quinto. Qui ascenditis super nitentes asinos.

* ציה Nauis: Isaiæ 33. Non transibit super eum nauis remigum: & pluraliter Numeri 24. Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios uastabuntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt: ubi uelim acriter animaduertas chaldaicam translationē, quæ uult quod Romanenses cruciabūt Hebręos, & tandem ipsi quoq; peribunt: & Isaiæ 34. Et occurrent onocentauris, nescio quare ita transtulit nostra interpretatio, sed proprietas linguæ sic habet: Et apprehēdent naues insulas. Significat & solitudinem & siccitatem, secundum præceptorem meum Iehielem. Psalmo 74.

ציון Signum, titulus, monumentū: Ezechielis tricesimonono. Statuēt iuxta illud titulum donec sepeliant polinctores: & significat siccitatem prima per camez scripta. Isaiæ 25. Sicut æstus in siti siue etiam in uastitate.

* ציץ Floruit: Ezechielis 7. Floruit uirga, germinabit superbia: & Psalmo 72. Et florebunt de ciuitate sicut fœnum: & Numeri decimoseptimo. Et turgentibus gemmis eruperant flores: quod rectius de uerbo ad uerbum sic legitur, Et ecce germinauit uirga Aaron domus Leui, & productum erat folium & floruit flos: omnia autem illa secūdum proprietatem linguæ Hebraicæ significant eminentiam & euidentiam turgescentium

tium nodorum in arboribus producentium primo flores deinde fructus. Vnde transumptiue euidere, prospicere & eminere significat: ut Canticorum 2. Prospiciēs per cancellos: sic Psalmo 132. Super ipsum aūt efflorebit sanctificatio mea, id est, apparebit uel eminebit corona sua.

צִיץ Frontale, lamina aurea: Exodi 28. Facies & laminam de auro purissimo. צִיצִית Ala uestis seu fimbria. Numeri 15. Vt faciant sibi fimbrias per angulos quatuor palliorum.

* צִיר Legatus, orator, ambassator: ut in Abdia. Et legatum ad gentes misit.

צִירָה Cardo in quo ianua uoluitur. Prouerbiorum 26. Sicut ostium uertitur in cardine.

* צִית Exussit, succendit, combussit: Isaiæ 27. Succendam eam pariter an potius tenebo fortitudinem meam.

* צָלַל Tremuit: Habacuk 3. A uoce tremuerunt labia mea: & 4. Regū 21. Vt quicunq; audierit tinniant ambę aures eius, id est, tremant, sicut solet æs pulsum tremere. Inde מְצִלּוֹת tintinnabula & nolæ trementes quæ feruntur ornamenti loco. Zachariæ 14. In die illa erit quod super frenum equi est sanctum domino. Inde dicuntur צִלְצְלִים cymbala: Psalmo 150. Laudate eum in cymbalis benesonantibus laudate eum in cymbalis iubilationis, per geminationē primæ syllabę: & significat uitium frugū quod dicunt rubiginem, Deuteronomij 28. Fruges terræ tuę rubigo cōsumet: aliqui putant esse uermis genus.

* צִלְצַל Fiscella in qua capiuntur pisces, Iob 40. Et gurgustium piscium caput illius. צָלַל Occidit, submersus est: Exodi 15. Submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus. צֵל Vmbra: Psalmo 144. Dies eius sicut umbra prætereunt: recte sic, Dies eius sicut umbra transiens: & Ieremię 6. quia longiores factę sunt umbrę uesperi.

* צָלָה Assauit, quod translatio nostra coxit interpretatur: Isaię 44. Coxit pulmentum & saturatus est: rectius sic, Assauit assaturam: & Exodi 12. Edent carnes tantum assas igne. Hinc צְלִי assatura, ibidem.

* צָלַח Prosperatus est: Ieremię 12. Quare uia impiorū prosperatur: & Psalmo 1. Et omnia quęcunq; faciet semper prosperabuntur: & 1. Paralippomenon 22. Sit dominus tecum & prosperare: & Psalmo 118. O domine bene prosperare. Inde aliud uerbum quod non longe distat ab isto in significatione, significat enim transire cum prosperitate: ut 2. Regum 19. Et irrumpentes Iordanem ante regem trāsierunt uada. צְלֹחִית Phiala, uas aquarium, quod aliqui gutturnū uocant: 4. Regum 2. Afferte mihi uas nouum. צַלַּחַת Caldare calidum, uel secundum translationem nostram ascella: Prouerbiorū 19. Abscondit piger manum suam sub ascella: quidam exponunt scutellam siue patellā, sed multi Hebręorum docti transferunt sinum, quod astipulatur nostrę translationi.

* צֶלֶם Imago: Genesis 1. Ad imaginem dei creauit illum: & scribitur sex punctis: & Psalmo 39. In imagine pertrāsit homo: & Genesis 1. Ad imaginem & similitudinem nostram: de quo plene rabi Salomon Ægyptius in libri perplexorum uolumine primo & capite primo.

* צַלְמָוֶת Tenebrositas, obscuritas: translatio nostra quasi duo essent uocabula

bula traduxit umbram mortis: Iob 12. Qui producit in lucem umbrā mortis.

* צֶלַע Costa, latus: Genesis 2. Et ędificauit dn̄s deus costam quam tulerat de Adam: & pluraliter ibidem. Tulit unam de costis eius: & quia costę animalis in utroq; latere sunt, ideo significat latus dexterum uel sinistrū: Exodi 26. Et contra mensuram candelabrū in latere tabernaculi meridiano. צָלַע Claudicauit: Genesis 32. Ipse uero claudicabat pede. Inde צֶלַע fractura utpote cū quis crus fregit: Psalmo 38. Ego autem in flagella paratus sum. Hieron. ad plagas, Hebræi ad destructionem & fracturam.

* צַמָּה Fascia cui comam siue cincinnos innectimus. Canticorum 4. Absque eo quod intrinsecus latet: & Isaiæ 47. Denuda turpitudinē tuam, pro quo rectius, Aperi ligaturam tuam.

* צָמָא Sitiuit: Isaiæ 48. Non sitierūt in deserto cum educeret eos: & Exodi 17. Sitiuit ergo ibi populus propter aquę penuriam. Inde צָמָא sitis, ut ibidem. Vt occideres nos & liberos nostros ac iumēta nostra siti.

* צָמַד Adhęsit: translatio nostra traduxit initiari: Num. 25. Initiatusq; est Israel Beelpheor: & infra. Qui initiati sunt Beelpheor: & Num. 19. Vas quod nō habuerit operculū nec ligaturam desuper. Inde צֶמֶד par uel bini: 3. Regum 19. Tulit par boum & mactauit illud, quod scribitur sex punctis. Inde צְמִידִים armillę, Genesis 24. Cumq; uidisset inaures & armillas.

* צָמַח Pullulauit, germinauit: Genesis 2. Omnemq; herbā regionis priusquā germinaret: & eiusdē 41. Alię quoq; spicę totidem tenues & percussę uredine oriebantur, id est, pullulabant. Significat & crescere & nasci, etiam si de pilis coma crinibus barba'ue dicatur: 2. Regum 10. Manete in Iereho donec crescat barba uestra. Inde nomen צֶמַח germen: Isaię 4. In die illa erit germen domini in magnificentia. Omnia talia significabunt tibi crescentias sicut Genesis 3. Spinas & tribulos germinabit tibi.

* צָמַק Aruit: Oseę 9. Vuluā sine liberis & ubera arētia. Inde צִמּוּקִים uuę siccę quas uocamus passas sic dicuntur: 1. Regum 25. Centum ligaturas uuę passę.

* צֶמֶר Lana: Prouerbiorū 31. Quæsiuit lanam & linum: & Ezechielis 27. In lanis coloris optimi, rectius sic, Et lanam candidam.

* צָמַת Ad internetionem perduxit: Threnorum tertio. Lapsa est in lacum uita mea: & eius passiuū legitur Iob sexto. Tempore quo fuerint dissipati peribunt: & Psalmo 88. Terrores tui conturbauerunt me, pro quo Hieronymus oppresserunt me, & 2. Regum 22. Odientes me & disperdam eos.

* צִנָּה Frigus: Prouerbiorum 25. Sicut frigus niuis in die messis. Significat tali uocabulo hasta, scutū, lancea, sudes, & eiuscemodi defensacula, ut est & lorica: 3. Reg. 10. Fecit rex Salomon centū scuta de auro purissimo: & Numeri 33. Et lanceæ in lateribus. Hebræi uertunt spinam seu spiculum: & Iosuæ 23. Et sudes in oculis uestris.

* צִנְצֶנֶת Phiala, gutturnum, uas testaceum seu terreum siue uitreum, cui uēter latus & orificium strictum: quod Onkelus chaldaice nominat צְלוֹחִית gutturnum. Exodi 16. Sume uas unum & mitte ibi man.

* צנח Descendit, declinat, quasi cū aliquis ab equo uult descēdere: Iudicum quarto. Percussumq́ malleo defixit in cerebrum usq; ad terram: uerius sic, Et fecit descendere in terram.

* צנע Humiliauit & absconso se dit: Prouerbiorū undecimo. Vbi autem est humilitas ibi & sapientia.

* צנף Amiciuit, circumuoluit, induit: Leuitici 16. Cidarim lineam imponet capiti, ubi habes ab eo nomē מצנפת cidarim quam nos tiaram, uittam, uel potius tæniam seu fasciam capitalem nominamus: & Ezechielis 21. Aufer cidarim tolle coronam, sic hactenus per præpositionē mem cōsonantis cum litera terminali thau. Reperitur & in eodē significato absq; eisdem literis צניף ut Zachariæ tertio. Ponite cidarim mundam super caput eius, & posuerunt cidarim super caput eius mundam.

* צינק Compedes, pedicæ, uinculum, carcer: Ieremiæ 29. Vt mittas eum in neruum & in carcerem.

* צנור Fistula canalis per quam de tecto domorum deriuatur aqua in castellum, quam alij cataractam alij impluuium uocant: Psalmo 42. In uoce cataractarum tuarum.

* צנתר Emunctorium, canale narium, id quod græce secundū Hieronymū μυξωτήρ dicitur, scilicet uia per quā superfluitas capitis defluit, secundum Suidam grecū, ut sunt narium rostra, quare translatio nostra sic uertit Zachariæ 4. Quæ sunt iuxta duo rostra aurea.

* צעצע Artifex metallarius, ductor æris, statuarius: secundo Paralippomenon tertio. Cherubin duos opere statuario, pro, statuariorum.

* צעד Incessit & quasi passizauit, gressus est: Prouerbiorum 30. Tria sunt quę bene gradiunť: & Genesis 49. Filiæ discurrerunt per murū, id est, incedebāt: & ut sit cōgrua locutio hebraice, intelligitur sic: Filiarū quęq; incedebat. Est enim uerbum singularis numeri. Et Habacuk 3. In fremitu conculcabis terram. Inde uenit צעד incessus atq; gressus: ut Psalmo 18. dilatasti gressus meos subtus me. Inuenitur autē cum aleph in principio & he in fine אצעדה significatq; secundum nostrā translationē perisceliden. Numeri 31. Periscelides & armillas ἀπὸ τοῦ περὶ id est, circum & σκέλος crus quasi circū crura tibiale ornamentū. Scribit Suidas esse fœminalia. Rabi Dauid Kimhi uocabulum hoc exponit de ornamento brachij, quasi incedens super brachium. Affirmat tamen quod idem sit cum eo quod de tibia uergit ad pedem, sed primū cum aleph, secundum uero sine aleph scriptū inueniri.

* צעה Discurrit, uagatus est de loco ad locum: Ieremiæ secūdo. Sub omni ligno frondoso tu prosternaberis meretrix, id est, discurristi. Cui alludit Virgilius. Et fugit ad salices & se cupit ante uideri. Et Ieremię 48. Et mittam ei stratores & sternent eum.

* צען Dimouit, transtulit: Isaię trice simotertio. Tabernaculum quod nequaquam transferre poterit.

* צעיף Vestis muliebris, peplum. Translatio nostra uertit theristrū: Genesis 38. Quę depositis uiduitatis uestibus assumpsit theristrū. Est autem theristrum sicut scribit Suidas uestis æstiua. Et dicitur etiā theristrion. Rectius trāslatio dixisset calyptrā, hoc est, linteū quo mulieres caput

caputuelant. Textus enim hebraice sic legitur de uerbo ad uerbū: Et remouit uestimenta uiduitatis & tecta est calyptra, sindone siue peplo.

✠ צָעַק Clamauit: Threnorū 2. Clamauit cor eorum ad dominū: & Psalmo 107. Et clamauerunt ad dominū cum tribularētur. Inde nomen צְעָקָה clamor: Genesis 27. Et rugiuit clamore magno. Rectius sic, Et clamauit clamore magno. Idem significat quod per zain scriptū.

✠ צָעַר Paruifecit, minorauit: Iob 14. Siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles non intelligit. Quod hebraice sic legitur, honorantur filij eius & nō cognoscit. Minorant & non prouidet eis. Inde מִצְעָר Iunior, modicus, minor, paruus: Iob 8. Vt si priora tua fuerint parua: Rectius sic, Et erit principiū tuum paruū seu modicū. Et sine mem צָעִיר ut Micheæ 5. Et tu Bethlehem Effratha, paruulus es in millibus Iuda: Et Iob 32. Iunior sum tēpore. Et deriuata similia.

✠ צִפְצֵף Garriuit, mussitauit, ganniuit, suggessit: Iob 29. Et de humo eloquium tuum mussitabit: & Isaię 10. Et nō erat qui moueret pennam & aperiret os & ganniret pro garriret. צַפְצָפָה Salicis species, translatio nostra uertit super ficiem: Ezechielis decimoseptimo. In superficie posuit illud.

✠ צָפַד Adhęsit: Threnorum quarto. Adhæsit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum.

✠ צוֹפֶה Speculator, contemplator: Ezechielis 3. Speculatorē dedi te domui Israël, id est, episcopum. Inde uerbū צָפָה Psalmo 5. Mane astabo tibi & uidebo, pro quo rectius Hieron. de hebraica ueritate. Mane pręparabor ad te & cōtemplabor, sic Nahum 2. Contēplare uiam, significat & מִצְפָּה locum unde à longe uidetur quam nos dicimus speculā, ut est in libris Samuelis. צָפָה & צִפָּה Obduxit: Exodi 25. Et deaurabis eam auro mundissimo intus & foris: rectius sic, Et obduces eam auro puro: sic & eiusdē 38. Quas & ipsas uestiuit argento, id est, obduxit.

✠ צַפַּחַת Cantharus, cymbiū, scyphus, patera, uasculū: 1. Regum 26. Tulit igitur Dauid hastam & scyphum aquæ צַפִּיחִת Saccharū, uel secundū alios conspersa farina: Exodi 16. Gustusq; eius quasi similę cum melle, hebraice sic, Et sapor eius sicut saccharū in melle, alij sicut pasta melle condita: & ita uidetur rabi Salomon intellligere.

✠ צָפוֹן Aquilo: Canticorū 4. Surge aquilo & ueni auster: græce aūt borrhas, quod nos dicimus boreas. צָפַן Recōdit, seruauit: Canticorū 7. Noua & uetera dilecte mi seruaui tibi: & Psalmo 31. Quam abscondisti timentibus te, id est, reseruasti: & Iob 14. Quis tribuat mihi ut in inferno ptegas me, id est, reserues me. Inde צָפוּן absconditū & arcanum siue reconditū: Ezechielis 7. Et uiolabunt arcanum meum.

✠ צֶפַע Aspis, uel aliud genus simile: Isaię 14. De radice enim colubri egredieť regulus, & scribiť per segol in principio: & Prouerb. 23. Mordebit ut coluber & sicut regulus uenena diffundet, inde uenit צִפְעוֹנִי Aspis: Isaię 59. Oua aspidis ruperūt. צְפִיעַ Stercus, fimus, excrementum, fœditas: Ezechielis 4. Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis, & per paragogen he fœminini generis significat progeniem atq;

liberos filios siue nepotes.

✱ צָפַר Reuersus est,,rediīt,abiīt diluculo,Iudicum septimo.Qui formidulosus & timidus est reuertatur. צְפִירָה Mitra regalis,diadema, corona,sertum: Isaiæ 28. Corona gloriæ & sertum exultationis. צִפּוֹר Nomen generale omnium auicularum , licet translatio nostra sępe uertat passerē: Leuitici decimoquarto. Tinget in sanguine passeris imolati: & paulo superius pluraliter ut offerat duos passeres uiuos : & Ezechielis tricesimonono. Feris auibus omnię uolatili cœli,& bestiīs terræ dedi te ad deuorandum.. צָפִיר Hircus:Danielis octauo. Ecce autem hircus caprarum ueniebat. Et paulo posterius:hircus autem caprarū magnus factus est nimis.

✱ צִפֹּרֶן Vnguis:Deuteron.21. Et circumcide ungues eius.

✱ צֶפֶת Bulla siue nodus orbicularis: secundo Paralippomenon tertio. Porro capita earum quinq; cubitorum , rectius sic hebraice: nodus siue orbis qui super caput eius cubitorum quinq;.

✱ צִקְלוֹן Tegumentum,uestimentum,inuolucrū, uel illud in quod aliquid reconditur, quod græci thecas appellāt: 4.Regum 4. & frumētum nouum in pera sua: aliī in ueste sua, qui mouentur ex translatione chaldaica quæ dicit. Et fruges in ueste sua, quod aliī intelligūt in siliquis suis atq; folliculis, ut solet hordeū in spicis delitescere.

✱ צָרַר Turbauit,lacessiuit,tribulauit, aduersatus est: Num: 35. Et aduersabuntur uobis in terra habitationis uestrę. Inde multa deriuata,sicut illud Psalmo 118. De tribulatione inuocaui dominum: sic Psalmo 116, Pericula inferni inuenerunt me,tribulationem & dolorem inueni.

צָרַר Colligauit:Prouerbiorū tricesimo.Quis colligauit aquas quasi in uestimento. Inde צְרוֹר colligatura rerum quę appellatur fasciculus : ut Canticorū primo. Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi: sic Prouerbiorum septimo. Sacculum pecunię secum tulit. צְרוֹר Puluis frumenti cadens simul cum furfulis seu quisquiliīs in triturando uel cribrando:Amos nono. Sicut concutitur triticum in cribro & non cadet lapillus super terram: & sic pro scrupis lapillorum sumitur.

✱ צָרַב Combussit:Ezechielis uicesimo. Et comburetur in ea omnis facies. Inde צָרֶבֶת cicatrix combustionis dicitur.Leuitici decimotertio.Quia cicatrix est combusturę.

✱ צֳרִי Resina: Genesis 43. Modicū resinę & mellis & storacis: & Ezechielis uicesimoseptimo.Et mel & oleum & resinam: est autem suffumigationibus aptum electrum secundum magistros Hebręorum,de quo dixit raban Simeon filiūs Gamaliēlis, quod stillat de ligno inciso,& appellatur balsamum.

✱ צָרַח Alte clamauit:Sophoniæ 1. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis,pro quo Septuaginta,uox diei dn̄i amara & dura,sed Iudęi exponunt : uox diei domini amara, alte clamat, illic robustus. Inde locus altus dicitur צְרִיחַ qui de longe uideri possit: & præterea turris excelsa eo nomine appellat, quod ab apparentia & longinqua uisione translatio nostra phanum nominauit: Iud. 9. Ingressi sunt phanū dei sui Berith, sed rectius dicit alta turris alicuius fortaliciī eo quod speculator in ea soleat alte clamare:

secundum

secundū Ioseph Kimhi qui fuit duorum nobilissimorum grammaticorum pater scilicet Dauidis & Mosi.

* צָרַךְ Oportuit, necessarium fuit: 2. Paralip. 2. Nos autem cedemus ligna de libano quot necessaria habueris, & sic sępe intelligitur scilicet quibuscumq; indiges. Inde צָרִיךְ necessarius & צוֹרֶךְ necessitas.

* צָרַע Fuit leprosus: Leuitici 22. Homo de semine Aaron qui fuerit leprosus aut patiens fluxū seminis, & per præpositionem mem מְצוֹרָע 2. Regum 3. Nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens & leprosus: & cum litera finali fœminini generis thau: מְצוֹרַעַת Exodi 4. Protulit leprosam instar niuis. Inde nomen צָרַעַת lepra: Leuitici 13. Plaga lepræ si fuerit in homine. צִרְעָה Nomen reptilis & alati, uisu suo homines interficientis: sic scribit rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus, trāslatio nostra uertit crabrones: Exodi 23. Emittens crabrones prius qui fugabunt Euæum & Cananæum.

* צָרַף Sublimauit, purgauit metalla: Ieremiæ 6. Frustra conflauit cōflator, id est, sublimauit metalla. Inde צוֹרֵף aurifaber seu argentifaber, conflator aurifer: Iudicum 17. Et dedit eos argentario ut faceret ex eis sculptile, & Isaię 40. Aut aurifex auro figurabit illud & laminis argenteis argentarius. Inde nomen uerbale צְרוּפָה Psalmo 18. Eloquia domini igne examinata, hebraice sic, Sermo domini purgatus & excoctus, scilicet sicut metallarius aurum sublimat: omnia deriuata significant probationem, expurgationem & soliditatem atq; firmitudinem.

צָרְפַת Gallia quæ nunc Francia dicitur. Abdię ultimo. Et transmigratio exercitus huius filiorum Israël quæ Cananęorum usq; ad Sareptam. Est autem Sarepta ciuitas Sidoniorum: 3. Regum 17. Surge & uade in Sareptam Sidoniorum, sed tunc scribitur per he aspirationem finalem. In Abdię autem citato loco scribitur sine he, & significat Franciā occidentalem secundum rabi Salomonem & Lyram nostrum, & enumerat significatum huius uocabuli rabi Dauid Hispanus inter regna seu regiones occidētales prope Alemaniam cum sua interpretatione dicens: Zarphath quod est Francia, & sic est omnibus Iudæis usus loquendi.

צְפַרְדֵּעַ Rana: Exodi 8. Et extendit Aaron manū super aquas Ægypti & ascēderunt ranę: uerius sic, & ascendit rana, in singulari numero: & pluraliter paulo superius. Et educ ranas super terram Ægypti.

יהי שם יהוה מבורך

קָאָה Vomuit, expuit: Leuitici 18. Ne & uos similiter euomat cum paria feceritis sicut euomuit gētem quę fuit ante uos. Inuenitur autem quandoq; aleph mutari in iod קְיוּ Ieremię 25. Bibite & inebriamini & uomite & cadite.

* קָאַת Auis immundę proprium nomen, quam alij onocrotalum, alij pelicanum, alij monędulam, alij aliter nominant: Leuitici 11. Onocrotalum & Porphyrionem: & Psalmo 102. Similis factus sum pelicano solitudinis: quod ita recte dici putat Hieronymus. Nam ita de ueritate hebraica traduxit: Assimilatus sum pelicano deserti: sed rursus onocrotalum

traduxit:Sophoniç 2. Et onocrotalus & ericius.

* קַב Cabus:4.Regum 6. Et quarta pars cabi stercoris columbarũ quinq; argenteis.Est autẽ cabus secundũ Suidam græcum,mensura frumentaria.

* קָבַב Imprecatus est,maledixit:Numeri 22. Veni & maledic ei,id est,imprecare:& infra. Veni & maledic populo isti,& eiusdem 23.quomodo maledicam cui non maledixit deus:deficit autẽ beth alterum & reponitur dages in signũ defectus, & eo loci multus est huius uerbi usus:& Iob 3. Maledicant ei qui maledicunt diei.

* קֵבָה Stomachus,uẽtriculus:Deuteronomij 18.Dabunt sacerdoti armum ac uentriculum, siue intestinum seu stomachum. קֻבָּה Prostibulum, lupanar,taberna,uel domuncula meretricũ: Numeri 25.Ingressus est pōst uirum Israëlitem in lupanar.

* קָבַל Suscepit,recepit, accepit,acceptauit,elegit:Esther 4.Quam accipere noluit:& eiusdẽ 9. Susceperuntq; Iudæi: & Prouerbiorũ 19.Audi consilium & suscipe disciplinam:& 1. Paralip. 21. Elige quod uolueris,rectius sic,accepta tibi.Inde dicitur cabala,id est,receptio secundũ rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus, ex quo nostri arcanorum indagatores artem cabalisticã nominant scientiam receptionis, eo quod per successiuã receptionem unius ab altero ad nos usq; sit deriuata,sicut clare ostendit nobilissimus ætate nostra philosophus Ioãnes Picus comes sacri Romani imperij Mirandulanus & Cõcordię dominus,in sua apologia contra & aduersus calũniatores suarum conclusionum,quęstione quinta;ex qua quidem arte multi putant arcanas operationes oriri.Fuit autem nulla unquam arcanorum operatio , quę non aliquando ab alijs bona & ab alijs mala diceretur, præsertim ignorantibus. Sic Pharaonis magici uirgam Mosi contẽpserunt,sic Christi miracula Pharisæi criminati sunt:unde non est mirum si græcorum antiquitas quę ad tãtam cabalisticæ scientię perfectionem uenire nunquam potuit cernendo arcanas operationes, inde nasci artem ipsam nominarunt deceptoriam, ut est apud Aristophanem in comœdia ranarum,ubi Hercules loquitur ἢ μὴν κα, βαλλάγέσιν ὡς καὶ σοὶ δοκεῖ sed deo adiuuante hac ipsa de arte post hãc eos faciemus certiores quos experiemur legendis nostris in lingua hebraica sudare. קְבַל Vicissim,pro:Ezræ 4. Nos ergo memores salis quod in palatio comedimus: uerbum de uerbo sic, Pro omni igitur uicissitudine salis palatij quem dissipauimus: & infra. Si ciuitas illa ędificata fuerit & muri ipsius instaurati,possessionem trans fluuium non habebis, rectius sic, Pro uice illa,portio trans fluuium non erit tibi.

* קָבַע Rapuit,corripuit,concussit, extorsit, iniuriam uel uim fecit. Malachiæ 3. Si affiget homo deum quia uos configitis me, & dixistis, in quo configimus te,quod Septuag.interpretati sunt si supplantat. Aquila, Symmachus & Theodotion posuerunt si fraudat: Chaldaica translatio Ionathę habet, si depopulatur uir coram iudice:communis Iudæorum expositio secundum Lyram nostrum, si uiolentabit homo deum quia uos uiolentatis me; loquitur enim scriptura de deo sicut de homine cuius bona per uiolentiam capiuntur; omnia eius deriuata rapinam

nam, uiolentiam & iniuriam significat.

קֹבַע Galea, armatura capitis: primo Regum decimoseptimo. Et imposuit galeam æream super caput eius, ubi in quibusdam impressis libris hoc uocabulum per caph scriptum reperitur, sed in antiquissimis uoluminibus per kuph scribitur: habeo enim plurimorũ annorum uolumina, in quibus hoc in loco per kuf hoc uocabulum scribitur, attamẽ in uno ex ijsdem uetustissimo adiuncta est notula quam Hebræi massarah, græci scholion appellant, quę dicit breuiter sic: non per kuf cæteri sed per caph: unde puto iuniores esse motos ut per caph imprimerent etiam hoc in loco, sed & in Ezechiele ponitur per kuf. Ezechielis uicesimotertio. Lorica & clypeo & galea armabũtur contra te undiq;: præter hos duos locos inuenies in alijs per caph scriptum, & licet scriptura diuersa tamen idem significatum est.

[illegible]. Sunt caph & kuph literæ eiusdem prolationis, ideo facile una commutatur in aliam.

קֻבַּעַת Fex, translatio nostra traduxit fundum uasis: Isaię 51. Vsq; ad fundũ calicis soporis bibisti: & infra. Fundum calicis indignationis meæ, id est, fecem secundum Dauid Hispanum.

קָבַץ Coadunauit, collegit, congregauit, multiplicauit: Genesis 41. pro eo qđ nos legimus, & in manipulos redactę segetes, congregatæ sunt in horrea Ægypti, ueritas hebraica sic habet, Et collegit omnẽ escam septem annorum quæ fuerunt in terra Ægypti: sic Ioëlis secundo. Coadunate senes. Hinc קִיבּוּץ congregatio.

* קָבַר Humauit, sepeliuit: Genesis uicesimotertio. Atq; ita sepeliuit Abraham Saram uxorem suam: & Genes. 49. Sepelite me cum patribus meis, & infra. Ibi sepelierunt eum & Saram uxorẽ eius: & Deuteronomij tricesimoquarto, & sepeliuit eum in ualle terrę Moab. Inde nomen קֶבֶר sepulchrũ in eodem loco paulo inferius. Et non cognouit homo sepulchrum eius.

* קָדַד Inclinauit: primo Regum uicesimoquarto. Et inclinans se Dauid pronus in terram adorauit: & Genesis uicesimoquarto. Inclinauit se homo & adorauit dominum. Significat igitur uerticem capitis humi demittere, unde duplicatũ significat uerticem קָדְקֹד Deuteronomij 33. Et super uerticem nazaræi inter fratres suos.

* קָדַח Accendit, succendit, ferbuit, arsit, ussit: Deuteron. 32. Ignis succensus est in furore meo: sic Ieremiæ 15. Quia ignis succensus est in furore meo. Inde dicta est febris קַדַּחַת à feruore. Deuteronomij 28. Percutiet te dominus ægestate febre & frigore. Significat & sacrum ignem & carbunculum &c.

* קֶדֶם Anterius, prius, ante: Isaiæ 23. Quę gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua, rectius sic, A diebus antè, prioritas eius. Quia uero orientalis plaga dicitur anterior sicut occidentalis posterior, iccirco pro oriente accipitur, ut Numeri 23. De montibus orientis: sic uenti dicuntur orientales. Exodi 14. Flante uento uehementi: rectius sic, uento orientali & etiam pro æternitate quę anterior omnibus est: sic Deuteronomij 33. De uertice collium æternorum. Hoc etiam nomine prisci atq; maiores nostri ueteresq; appellãtur: Psalmo 77. Cogitaui dies antiquos: & Mich. ultimo. A die-

bus antiquis. Inde uerbum oritur קָדַם anteponere seu proponere, siue præuenire aut anteſtare: quod trãslatio noſtra offerre traduxit. Micheæ 6. Quid dignum offeram domino: rectius ſic, In quo anteſtabo ſeu quid præſtabo dñe: & ſic alia multa inde deriuata.

* קָדַר Tenebreſcebat, obtenebrauit, denigratum ſeu obfuſcatum eſt: Micheę 3. Et obtenebrabit ſup eos dies: & Ierem. 4. Lugebit terra & mœrebũt cœli: rectius ſic, & obfuſcabũt ſeu tenebreſcẽt cœli. Similiter Ioëlis 2. Sol & luna obtenebrati ſunt: & ſic tranſumptiue ſignificat humilitatem & depreſſionem, mœrorẽ ſiue triſticiam, quia qui talia patiuntur, amittunt colorem lucidũ & denigrant: ut Iob 30. Mœrens incedebam ſine furore.

* קָדַשׁ Iniciauit, conſecrauit, ſanctificauit: Exodi 29. Cõſecratiſq; ipſis & ueſtibus: & eiuſdem 20. Benedixit diei ſeptimo & ſanctificauit illum: & Exodi 13. Sanctifica mihi omne primogenitum. Quia uero id quod eſt conſecratum ſeu ſanctificatum ſeparatur ab uſu & cõmertio uulgi, ideo etiam nominantur ſeparata & immunda & polluta hoc modo: ut Haggæi 2. Si tulerit homo carnẽ ſanctificatam in ora ueſtimenti ſui, id eſt: profanatam & pollutam. Sic apud latinos hæc dictio ſacrum ſignificat ſanctum & etiam execratum atq; abiectum, ut Virgilius. Auri ſacra fames. Inde מִקְדָּשׁ ſanctuarium, ſanctificatio, ſanctum &c. ſignificat item pręſens uocabulum celebrare, feſtiuare, inſtruere, inſtituere & ſolennizare. Ieremię 6. Sanctificate ſuper eam bellũ, id eſt, inſtituite ſeu inſtruite. Hinc קָדוֹשׁ ſanctus, & קֹדֶשׁ ſanctitas.

קָדֵשׁ Scortator, fornicator, meretricator: Deuteronomij 23. Non erit meretrix de filiabus Iſraël, nec ſcortator de filijs Iſraël: ſic enim ſubiunctione he finalitatis קְדֵשָׁה generis fœminini ſignificat etiam fornicariam & meretricem.

* קָהָה Hebetatus eſt, obtudit, retudit: Eccleſiaſtis 10. Si retuſum fuerit ferrũ, alij uerius rubiginoſum fuerit.

* קָהַל Congregauit, concionem egit, concitauit, concionatus: 1. Paralip. 15. Cõgregauit Dauid uniuerſum Iſraël: & Numeri 16. Cumq; ſtetiſſent aduerſum Moſen & Aaron, rectius ſic, Et congregati ſunt aduerſum Moſen & Aarõ. Inde nomen מִקְהָל & קָהָל congregatio, concio, cœtus hominum, eccleſia: ut in eodem loco. Cur eleuamini ſuper populum domini, rectius ſic, Quare eleuamini ſuper congregationem ſeu conuentum aut cõcionem domini. Inde קֹהֶלֶת concionator. Eccleſiaſtis 1. Verba eccleſiaſtis, id eſt, concionatoris, ſeu ut nunc loquimur prædicatoris.

* קָוָה Suſtinuit, expectauit, ſperauit: Pſalmo 40. Expectans expectaui dominum. Inde nomina & participia: Pſalmo 37. Suſtinentes autem dominum ipſi hæreditabunt terram: & Ieremiæ 14. Tibi peccauimus expectatio Iſraël: & Iſaiæ 5. Expectauit ut faceret uuas. Inde מִקְוָה ſpes & expectatio. Iob 5. Et erit egeno ſpes. קָוָה Congregauit: Geneſis 1. Cõgregentur aquę quæ ſub cœlo ſunt in unum locũ. Inde nomen מִקְוָה ut paulum infra. Congregationes aquarum uocauit maria.

* קַו Regula, norma, linea, directorium, perpendiculum: Iob 38. uel quis tetendit ſuper eam lineam. Zacharię 1. Et perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalem

lem: & 3. Regum 7. translatio nostra habet resticulam sic, Et resticula triginta cubitorum cingebat illud, id est, filum, zona, seu amussis: & quia per illa mensurarum directoria ędificatur, iccirco tale uocabulū ad ędificationē & architectonicam transsumitur: Psalmo 19. In omnē terrā exiuit sonus eorū, rectius norma, directio, regula, ędificatio & architectonia eorū.

קוט ✻ Fastidiuit: Psalmo 119. Vidi pręuaricantes & tabescebā: rectius & fastidiui, quam expositionē satis uidetur Hieronymus approbare in Psalmo 95. ubi nos legimus: quadraginta annis offensus fui generationi isti. Hieron. interpretatur, quadraginta annos displicuit mihi generatio ista, quasi dicat, fastidiui generationē: patet hoc apertius Iob 10. Tædet animam meam uitę meę.

✻ קט Pene parū seu paucū, paululū, pauxillū: Ezech. 16. Pauxillū minus pene.

✻ קול Vox: Genesis 27. Vox quidē uox Iacob est: & pluraliter Exodi 19. Et ecce cœperunt audiri tonitrua: pro quo hebraice sic legitur, Et erant uoces & tonitrua & nubes densa super montem: & sequitur, Clangorq́ buccinę, id est, uox cornu: & Genesis 3. Et cum audissent uocem domini dei deambulantis in paradiso.

✻ קום Surrexit: Genesis 13. Surge & perambula terrā: & perdit uau: Psalmo 27. Insurrexerunt in me testes iniqui. Et quandoq́ loco uau ponitur aleph in medio קאם ut Osee 10. Cōsurget tumultus in populo tuo: sic sine uau & sine aleph. Deuteron. ultimo. Et non surrexit ppheta ultra. Inde dicitur קומה altitudo. Genesis 6. Et triginta cubitorū altitudo illius: & Canticorū 7. Statura tua assimilata est palmis. Significat etiam segetē adhuc surgentē in agro. Deuteron. 23. Si intraueris segetem amici tui &c. Significat etiam sub alia uerborū figura per iod in medio scriptum הקים erigere, fundare, statuere, confirmare: Psalmo 119. Confirma me in uerbis tuis: & Genesis 23. Confirmatus est ager quondā Ephronis: & Esther 9. Confirmarunt & susceperunt Iudęi super se & semē suum, & Leuitici 26. Et firmabo pactum meum uobiscum: & infra, Vt incederetis erecti. Inde קוממיות erectio, Leuitici 26. Nemo uestrū inimicis audebit resistere, pro quo ueritas hebraica habet, Et non erit uobis erectio ante inimicos, seu præ hostibus: & Prouerbiorum 30. Nec est rex qui resistat ei, pro quo aliqui cabalistæ neoterici uertunt: & uertunt: & rex אל־קום secum: in quo concludunt quandam prophetiam nostro æuo manifestandam. Et per prothesin iod significatur generaliter omniū se mouentiū collectiua congregatio & uocatur יקום substātia: ut Genesis 7. Et delebo omnē substantiā quā feci de superficie terræ. Significatur etiā per prothesin mem מקום locus Gen. 28. Verè dñs est in loco isto. Et item: quā terribilis est locus iste, quod est nomē sanctū in cabala, de quo in Capnione nostro.

✻ קין Planxit: Ezechielis decimonono. Et tu assume planctum super principes Israël, & eiusdem tricesimosecundo, Planctus est, & plangent eum filię gentium, plangent super Ægyptum & super multitudinem eius plangent eum. Hinc קינה planctus. קין Hasta, lancea, hastile: secundo Regum uicesimoprimo. Cuius ferrum hastæ trecentas uncias appendebat. Hebræi dicunt sic nominari galeam; rabi Ionas dicit ferrū hastæ

hastę subęratę significari, & sic conuenit cum translatione nostra: sed rabi Ioseph pater Kimhi cui nota fuit lingua Arabica exponit de hastili sine ferro, & dicit in Arabico lignum hastę sic uocari.

* קוֹף Animalis nomen quod homini maxime assimilat, & dicitur simia: 3. Regum 10. Semel per tres annos ibat in Tharsis deferens inde aurum & argentũ & dentes elephantorum & simias & pauos. Instar huius uocabuli dicitur reuolutio uel ambitus per prothesin & paragogen thau תְּקוּפָה Exodi 34. Quando redeunti anni tempore cuncta conduntur: & 3 Regũ 7. Decẽ cubitis ambiens illud.

* קוֹץ Spina: Isaiæ 32. Super humũ populi mei spinæ & uepres ascendunt: & Genesis 3. Spinas & tribulos germinabit tibi: sub ea forma est uerbum quod significat detestari, abhorrere, dedignari. Isaię 7. Derelinquetur terra quam tu detestaris: & Numeri 22. pro eo quod nos legimus. Et impetum eius ferre non possent: hebraica ueritas habet, Et abhorrebat Moab propter filios Israël: & Genes. 27. Tædet me uitę meę propter filios Heth, id est, abhorreo uitam meam. Est & aliud uerbum הֵקִיץ quod significat resurgere, excitari, siue suscitari: 4 Regũ 4. Non surrexit puer: & Isaiæ 7. Ascendamus ad Iudam & excitemus eum, licet hunc locum rabi Dauid Kimhi exponat secundum prioris uerbi significationem, ascendamus in Iudæã & faciamus ei quod nos horreant: & Psalmo 139. Resurrexi & adhuc tecum sum: & Genesis 28. Cumq; euigilasset Iacob de somno. Significatur etiam hoc uocabulo קֵץ sine uau per zere, finis, terminus, extremũ: Genesis 6. Finis uniuersæ carnis uenit coram me: & Ezechielis 7. Finis uenit, uenit finis, euigilauit aduersum me: ecce ubi utrunq; significatum inuenitur, & cata paragogen assumit he in fine: Isaię 7. Ad extremum aquęductus piscinę superioris. Significat etiam קַיִץ æstatem siue æstum: Psalmo 74. ęstatem & uer tu plasmasti ea: & Isaię 18. Et æstate perpetua erunt super eum uolucres: per camez loco uau, & quandoq; per epenthesin iod: Genesis 8. ęstas & hyems, ex illo dicitur hoc nomine fructus arboris. Amos 8. Et dixi uncinũ pomorum, Hebræi exponunt ficus: & per iod nun in fine קָצִין significat dominũ & principẽ: Isaię 3. Princeps esto noster: dicuntur ab hoc primitiuo קְוֻצּוֹת cincinni calamistrati, cęsaries, coma: Canticorũ 5. Comę eius sicut elatę palmarum.

* קוּר Fodit: Isaię 37. Ego fodi & bibi aquã. Inde per prothesin mem מָקוֹר fons à fodiẽdo. Ieremiæ 2. Me dereliquerunt fontem aquę uiuę. Nomen קוּר inde oritur quod significat telam. Isaiæ 59. Telas aranearum, per uau & surek. Item significat frigus: Gen. 8. Frigus & ęstus.

* קוֹשׁ Appropinquauit, cõuenit: Sophoniæ 2. Conuenite congregamini gens non amabilis: ubi primum duplicat sin literam, secundum non duplicat, sed loco eius recipit dages: alij transferunt scrutamini, perquirite, sed Ionathas chaldæus interpretatur chaldaice congregamini & appropinquate. Kimhi remittit lectorem ad קשש

* קָטַט Perculit, affecit molestia, perturbauit: Iob 10. Tædet animã meam uitæ meæ, rectius sic, Perturbata est anima mea in uita mea.

* קֶטֶב Ægritudo contingens homini & percutiens eum: Deuteron. 32.

Et deuora

Et deuorabunt eos aues morsu amarissimo: thargum Hierosolymitanum exponit excisionem, magistri autem arcanorum bene nouerunt quid hoc uocabulũ proprie designet in arte cabalæ, & usum eius nouerunt, ad quod astipulatur uersiculus: Psalmo 91. A sagitta uolãte in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano: super quo scribit rabi Salomon ordinarius cõmentator Iudæorum, quod hæc sunt nomina dęmoniorum, inter quę & pręsens nomen ponitur, sicut Isaię 28. Impetus grandinis turbo confringens.

* קָטַל Necauit, interfecit: Iob 24. Interfecit egenum & pauperem: & Iob 2. Sapientes interficiebantur quęrebaturq́ Daniel & socij eius ut perirẽt. Inde nomẽ קֶטֶל interfector & nex seu interfectio: ut in Abdia. Vt intereat uir de mõte Esau propter interfectionem.

* קָטֹן Minoratus sum, paruificatus sum: Genesis 32. Minor sum cunctis miserationibus tuis. Inde nomen קָטֹן paruus & paruulus. Iob tertio. Paruus & magnus ibi sunt: & Isaiæ undecimo. Et puer paruulus minabit eos: & Psalmo 114. Pusillis cum maioribus. In fœminino קְטַנָּה parua.

* קָטַף Mutilauit, incidit, auulsit, decerpsit: Ezechielis 17. Sũmitatem frondium eius auulsit, hebraice sic, Caput plantationum eius decerpsit, & Iob octauo. Cumq́ adhuc sit in flore nec carpat̃ manu, & est passiuum.

* קָטַר Suffumigauit, incendit, sacrificauit, adoleuit, euaporauit. Amos 4. & sacrificate de fermentato laudẽ. Leuitici 3. Adolebitq́ ea super altare sacerdos: & Canticorum 3. sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, id est, suffumigium siue incensum myrrhæ & thuris. Inde nomen קְטֹרֶת suffumigatio, quod gręci thymiama nominant: sic Deuteronomij 33. Ponent thymiama in furore tuo. Inde קִיטוֹר uapor quẽ trãslatio nostra fauillam interpretatur: Genesis 19. Viditq́ ascendentẽ fauillam de terra quasi fornacis fumum: Hebræi nostri sic legunt, Et uidit & ecce ascendit uapor terræ sicut uapor fornacis, nos uero rectius, fumus terrę sicut fumus fornacis, sic Psalmo 119. Factus sum sicut uter in pruina: putarẽ ego uitium fuisse amanuensis scriptoris qui pro pruina concepisset prunam, nisi uiderem in græco scriptũ esse πάχνη id est, pruina: quare translatoris error fuit qui hoc in linguam gręcã uerterat. Iste autem uersiculus de cute hominis dicitur, quod sit rugosa & arida, sicut si uter suspenderetur ad fumum, quare intelligendus est sic: factus sum sicut uter in fumo, sed certe interpres græcus idẽ uocabulũ hæsitando uariauit. Nam Psalmo 148. trãsfertur ab eo crystallus quod Hieronymus glaciem uertit. Ignis, grando, nix, glacies: reuera secundum linguæ hebraicę proprietatẽ significat hic uaporem ascendentẽ de terra in similitudinẽ fumi, autore rabi Dauid Kimhi in libro de radicibus. Ab hoc uocabulo per præpositionẽ mem denominatur מִקְטֶרֶת thuribulum siue acerra. Ezechielis 8. Et unusquisq́ habebat thuribulum in manu sua: & sicut ab acerra ara denominat̃ propter sacrificij suffumigationẽ, ita hoc hebraicum uocabulũ pro ara siue altari transumitur: ut 2. Paralippomenon 30. Altaria uniuersa in quibus idolis adolebatur incensum subuertentes.

קִיק * Arboris nomen proprium cito nascentis, crebrum apud Thalmutistas in usu loquendi, sed eius diminutiuũ קִיקָיוֹן ponitur in Iona quod Hieronymus uertit hederam, unde fuit reprehensus à doctis uiris quos ipse cucurbitarios uocat, eo quod putarint rectius transferri cucurbitam. Ionæ 4. Et pręparauit dominus deus hederam: ipse uero Hieronymus in commentarijs scribit quod sermo latinus hanc speciem arboris non habeat. Nascitur autem creberrime in palestina lata habens folia in modum pampini, mirumq́ in modum si sementem ieceris cito consota consurgit in arborem, & intra paucos dies quam herbam uideras, arbusculam suspicis, hęc Hieronymus. Nominatur in lingua punica siue Arabica elkeroa.

קִיר * Paries: Leuitici 1. Decurrere faciat sanguinem super crepidinem altaris, rectius sic, Spargatur sanguis eius contra parietem altaris: & 1. Regum 19. Nisusq́ est Saul configere Dauid in pariete: & infra. Perlata est in pariete: & pluraliter declinatur in fœminino, & capitur pro muro: Isaiæ 16. His qui lętantur super muros cocti lateris. Ego putassem ab hoc denominari ciuitatem, sed grammatici à primitiuo קָרָה deduxerunt, ut inferius patebit. Inde oritur uerbum geminatum קַרְקַר quod significat muros diruere, uastareq́ & perforare parietẽ, impugnare & uim inferre. Numeri 24. Vastabitq́ omnes filios Seth.

קָלַל * Leuifecit, uilipendit, despexit, inhonorauit: Nahum 1. Quia inhonoratus es: & Iob 39. Qui leuiter locutus sum respondere quid possum: & Genesis 16. At illa concepisse se uidens despexit dominam suam. Inde nomen קַל leuis: Iob 24. Leuis est super faciem aquæ. Inde uerbum הֵקַל Isaiæ 9. primo tempore alleuiata est terra zabulon: & Habacuk 1. Leuiores pardis. קִלֵּל Maledixit: Leuitici 20. Qui maledixerit patri uel matri, cuius participium Exodi 21. qui maledixerit patri uel matri, id est, maledicens: & Isaiæ 8. Et maledicet regi suo. Inde nomen substantiuum קְלָלָה Deuteronomij 11. Ecce ego propono in conspectu uestro hodie benedictionem & maledictionem. Et nota quod docti Hebræorum exponunt uersiculum illum Deuteronomij 21. Maledictus à deo est qui pendet in ligno, sic: despectus à deo est, secundum priorem significationem. Paulus autem apostolus legis peritissimus traduxit ἐπικατάρατος id est, maledictus, ad Galatas 3. capite, quẽ nos rectius sequimur præceptorem nostrum supra quam dici queat fidelem: geminatur hoc uerbum קִלְקֵל sicut & alia uerba plurima in hebraico, & significat cõterere, diruere, deuastare, deterere: Ezechielis 21. Commiscens sagittas, id est, ita deterens ut instar speculi ferrum earum luceat quatenus in eis fiant uisiones, sicut est in magicis consecratio gladij. Ecclesiastis 10. Si retusum fuerit ferrum: & hoc non ut prius sed hebetatum fuerit multo labore exacuetur, rectius hebraice sic, si rubiginosum fuerit ferrum, & hoc non facietenus detritum seu tersum fuerit uirtusq́ eius confortetur &c.

קָלָה * Frixit, torrefecit: Leuitici 2. Despicis adhuc uirẽtibus torrebis eas igni. Inde קָלִי & קָלִיא frixum, tostum siue polenta: 1. Regum 17. Accipe fratribus tuis ephi polentæ: ubi quidam scribunt

bunt per paragogen aleph. Item eiusdē formæ est uerbū הִקְלָה quod significat despicere, inhonorare, uilipendere: Deuteronomij 27. Maledictus qui nō honorat patrē suum & matrē suā. Inde nomen קָלוֹן despectio, uilipendiū, ignominia: Psal. 83. Imple facies eorū ignominia.

* קַלַּחַת Caldare, per paragogē thau in fine: translatio nostra uertit ollam. Michee 3. Sicut in lebete & quasi carnē in medio ollę: Ionath. chaldaice trāsfert קַדְרָא cadra quod nos chaldare dicimus.

* קָלוּט Concretū, sicut quando fissura pedum animalis concrescit quasi pedis equi uel muli, tunc ipsum animal dicitur concretum. Leuit. 22. Bouē & ouē aure & cauda amputatis: rectius sic. Bouē & ouē discretis aut cōcretis membris, ut quod unum mēbrum deberet esse discrescit in duo, & quod duo membra deberēt esse concrescunt in unum: & ab eo denominatur מִקְלָט locus refugij quod asylum dicunt, eo quod fugitiui illic coalescunt & concrescunt. Numeri 35. Et reducetur per sententiā in urbem ad quā confugerat: & paulo superius, decernite quę urbes esse debeāt in præsidia fugitiuorū.

* קֶלֶס Derisio, subsannatio, illusio: Psalmo 44. Subsannationem & derisum ijs qui sunt in circuitu nostro: sic Ieremię 20. Et factus est mihi sermo domini in opprobriū & derisum tota die. Inde uenit uerbum יִתְקַלָּס Habacuk 1. & ipse de regibus triumphabit, rectius sic, & ipse in regibus illudetur. Dicunt autē docti Hebręorum grammatici, quod hoc uerbū tam in bonam quam in malam partem accipi possit, sicut apud latinos ualere: & quod in iam citato Habacuk loco significet laudare ut sit interpretatio sic, & ipse in regibus laudabitur, ego eligerem primum significatum propter uerba sequentia & chaldaicam translationem.

* קָלַע Rotauit fundam, uel fundibulauit: 1. Regum 17. Tulitq; lapidem & funda iecit. Inde nomen substantiuum קֶלַע ut paulo superius: & fundam manu tulit. Inde deriuata, ut קַלָּעִים fundibularij & omnia à fundibulando dicta. Nominantur & sub hac forma קְלָעִים tentoria, cortinæ, uela: Exodi 27. Contra meridiem erunt tentoria de bisso retorta, sic dicitur quicquid torno rotatur.

* קִלְשׁוֹן Bidens, instrumentum rusticum per paragogen on terminationis scriptū: alij uocant ligonē, alij sarculū: 1. Regū 13. Acies uomerū & ligonū & tridentiū, id est, ligonū trium dentiū, ita ēm ponitur numerus: rabi Dauid Kimhi dicit apud nos uocari furcam quæ habeat tres dentes.

* קֶמַח Farina: Numeri 5. Decimam partem sati farinę ordeaceę: & Isaię 47. Et mole farinā, id est, mole ut fiat farina.

* קָמַט Ruga: Iob 16. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me. Scribitur tamen ibi uerbaliter.

* קָמַל Rescindebat, excidit, uel neutraliter emarcuit, obsorduit: Isaiæ 19. Calamus & iuncus marcescēt: & eiusdē 30. Confusus est libanus & obsorduit.

* קָמַץ Pugillo mensurauit, seu à uola manus inuolauit, id est, tantū accepit quantū potest uir pugno cōtinere. Oportet enim per ambages circūloqui, cui uocabulū latinum simile nescimus, sicut interpres fecit Leuitici 2. Quorū unus tollet pugillum plenum simile, sic quasi liceret dicere: Et pugillabit inde plenum pugillum suum. Hinc קֹמֶץ pugillus.

* קִמּוֹשׂ Vrtica:Isaiæ tricesimoquarto. Orientur in domibus eius spinę & urticæ, quamuis nostri Iudęi exponant sic, Carduus & spina:sed tamen magister Dauid Kimhi in radicibus interpretatur urticam.

* קִנֵּן Nidificauit:Psalmo centesimo quarto. Illic passeres nidificabunt. Inde nomē uerbale: Ieremiæ quadragesimooctauo. Quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Inde קֵן nidus nomen: Psalmo 84. Et turtur nidum:& in Abdia. Et si inter sydera posueris nidum tuum:& pluraliter Genesis sexto. Mansiunculas in arca facies, uult dicere, instar nidorum.

* קִנֵּא Æmulatus, zelatus est, inuidit:Numeri 25. quia zelatus est pro deo suo:& Numeri 5. Si spiritus zelotypię cōcitauerit uirum cōtra uxorem suam, uerbum è uerbo sic, Et trāsibit super eum spiritus ęmulationis seu inuidię & inuidebit uxori suæ. Sic Genesis 30. Cernens autē Rahel quod infœcūda esset, inuidit sorori suę. Inde nomen קַנָּא ęmulator:Deuteronomij 4. Deus ęmulator: & Exodi 34. Dn̄s zelotes nomen eius: & interponiť quandoq; iod cata epenthesin הִקְנִיא Deuteronomij 32. Ipsi me prouocauerūt in eo qui non erat deus & ego prouocabo eos in eo q nō est populus:& est uerbū transitiuū tertij, id est, ęmulari fecerūt & inuidere faciā &c. Hinc קִנְאָה zelus.

* קָנָה Procurauit, cōparauit, acquisiuit, adeptus est, obtinuit, exorsus est:Genesis 49. Quam emit Abrahā:& Genesis 4. Possedi hominnm per deum: miror translationem hanc, sed potius acquisiui hominē uel obtinui:sic Gen. 13. Ad dn̄m deum excelsum possessorē cœli & terræ, id est, procuratorē exordientē cœlum & terrā, pro, ut Deuteron. 32. Nūqd nō ipse est pater tuus qui possedit te, id est, acquisiuit, cōparauit. Inde dicūť acqsita omnia bona, scilicet immobilia, mobilia, & se mouentia, ut sunt pecora & pecudes מִקְנֶה & מִקְנָה De mobilibus scribitur Gen. 13. Erat aūt diues ualde in possessionibus auri & argēti, id est, in bonis acquisitis, de se mouētibus:Gen. 26. Habuitq; possessiōes ouiū & armentorū:de immobilibus, Ierem. 32. Et possidebunt agri.

* קָנֶה Calamus:Isaiæ 19. Calamus & iuncus marcescent: & quia in oriente baculos ex canna seu calamo conficiunt quibus mēsurant quātitates, iccirco pro mēsura transumiť. Ezechielis 40. Et calamus mēsurę in medio eius, sicut nos dicimus ulnam uel brachiū. Vnde etiam dicitur regula transuersalis cui appenduntur hinc & hinc pōdera, quod translatio nostra statherā uertit. Isaię 46. Et argentū stathera ponderatis. Significat etiam calamū aromaticū. Exodi 30. Calami similiter ducentos quinquaginta siclos.

* קִנָּמוֹן Cinnamomū: Exodi 30. Et cinnamomi medium eius:& Canticorum 4. Fistula & cinnamomum, ubi cannam uertit fistulam.

* קָסַס Incidit, decerpsit, distrinxit: Ezechielis decimoseptimo. Et fructus eius distringet & siccabit.

* קָסַם Magicauit, diuinauit, ariolauit:Ezechielis 13. Et diuinationes non diuinabitis amplius: & 1. Regū 28. Diuina mihi in pythone:& omnia inde deriuata significant prędicere futura, ut קוֹסֵם augur, קֶסֶם diuinatio,

* קֶסֶת Atramentariū:Ezechielis 9. Et atramentariū scriptoris ad renes eius:

alij

aliĳ dicunt quod significat tabulam & pugillarem, ita enim exponit thargũ pinax, est autẽ pinax græce, tabula latine.

✻ קעקע Stigmatizatio: Leuitici 19. Neq; figuras aliquas aut stigmata facietis uobis: quo putant aliqui prohibitam esse artem geomantię, de qua rabi Iuda Harisi & aliĳ complures scripserunt.

✻ קעת Abegit, dimouit: Genesis 32. Tetigit neruum fœmoris eius, id est, coxam dimouit è loco cohærentiæ eius & eluxauit, ita exponit rabi Salomon & allegat uersiculum Ieremię 6. Ne forte recedat anima mea à te, id est, ne dimoueat. Kimhi putat יקע esse radicem.

✻ קערה Scutula siue scutella, quod translatio nostra acetabulum uertit: Numeri septimo. Acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos: & Exodi tricesimoseptimo. Acetabula phialas & cyphos.

✻ קפא Coagulauit, concreuit: trãslatio nostra uertit congregauit: Exodi 15. Congregatæ sunt abyssi in medio mari, rectius Iob decimo. Et sicut caseum me coagulasti: Sophoniæ primo. Viros defixos in fecibus suis, id est, coagulatos & concrescentes super feces suas.

✻ קפר Rescidit, præcidit: Isaię 38. Pręcisa est uelut à texente uita mea: in ea forma nominatur animal deserta loca inhabitans, quod aliĳ uolunt auem esse, aliĳ reptile, translatio nostra ericium uertit: Isaię 34. Onocrotalus ericius & ibix, similiter Sophon. 2. Onocrotalus & ericius, scribitur autẽ in fine per holem, ut קפר

✻ קפוז Significat idem quod pręcedens uocabulum, siue ericium seu aliud animal, & ponitur in eodem capitulo Isaiæ 34. Ibi habuit foueam ericius, sed quidam impressi libri habẽt illic kiphod, rectius autem antiqui kaphon.

Kimhi in radicibus ponit kippoz.

✻ קפץ Clausit, conclusit, continuit, contraxit: Psalmo 77. Aut continebit in ira sua misericordias suas: & Iob 5. Iniquitas autem contrahit os suum, id est, concludit & continet: & Deuteronomĳ 15. Nec contrahas manũ tuam sed aperias eam pauperi. & Isaię 52. Super ipsum cõtinebunt reges os suum, id est, claudent. In eadem uerbi forma קפץ significatur transilire. Canticorum secundo. Transiliens colles.

✻ קצץ Abscidit, detruncauit, mutilauit: Deuteronomĳ 25. Abscindas manum illius nec flecteris super illam ulla misericordia: & Exodi 39. Et extenuauit in fila, id est, abscidit fila. Inde uenit קץ finis & terminus: Genesis 6. Finis uniuersæ carnis uenit, id est, detruncatio, quod assumit quandoque nun per epenthesin קצני eo quod abĳcitur unum zade, & cum non assit nun litera neq; alterum zade, addditur dages ad notandum defectum, ut קצים

✻ קצב Limitauit, designauit, abscidit, incidit, præcidit: 4. Regum 6. Præcidit ergo lignum & misit illuc, id est, pręcidit & æquauit ut esset capulum securis: sic 3. Regum 6. In mensura pari & opus unum erat in duobus Cherubim, hebraice sic, Mensura una & קצב præcisio una duobus Cherubim: quod postea sensum è sensu uertens sculpturam interpretatus est: tertio Regum septimo. Et mensura sculpturaq; consimili, id est, præcisione. Transumitur etiam pro extremo & finali termino, Ionæ 2. Ad extrema mõtium

descendi: ab æquatione præcisionis dicitur Canticorum 4. Sicut grex tonsarum, id est, adæquate præcisarum uel præcise æquatarum seu æqualium.

* קָצָה Concidit, abscidit, mutilauit: Habacuk secundo. Concidisti populos multos: rectius sic, concidendo populos: est enim gerundiū. Inde מְקֻצָּה mutilatus seu abscisus & detruncatus. Prouerbiorū 26. Claudus pedibus & iniquitatem bibens. Inde קָצֶה & קְצָת finis, angulus, extremitas: Exodi 25. Cherub unus sit in latere uno & alter in altero, hebraice sic: Et facies Cherub unum ab extremitate hinc, & Cherub unum ab extremitate hinc: & pluraliter in masculino Psalmo 65. Spes omnium finium terræ. Et pluraliter in fœminino in eodem Psalmo. Et timebunt qui habitant terminos: uarij uarie transferunt, nam pro termino uel extremitate posuerūt summū: Deuteronomij 4. A summo cœli usq; ad summum eius. Aliud etiam significatum habet: nam significat pertæsum est, nauseauit. Num. 21. Anima nostra iam nauseat sup cibo illo leuissimo: ubi rabi Salomō hoc uerbū exponit per illud paulo supius scriptum. Et tędere cœpit populū itineris. Huius posterioris significati uerbū ꝓprie est קוּץ ut patet in radicibus Kimhi.

* קֶצַח Nigella, melanthion, gith: Isaiæ uicesimooctauo. Seret gith & ciminum sparget: & infra, non enim in serris triturabitur gith: & iterum. Sed in uirga excutietur gith.

* קָצִין Capitaneus, princeps, dominus, Isaiæ tertio. Nolite cōstituere me principem populi.

* קָצַע Decorticauit, abrasit: Leuitici 14. Domum autem ipsam radet intrinsecus per circuitum: & per præpositionē mem מִקְצוֹעַ significat angulū: Nehemię 3. Post eum ædificauit Baruch filius Zachai mensuram secundam ab angulo usq; ad portam domus: & 2. Paralip. 26. Super portam anguli: & Ezechielis 46. Per quatuor angulos atrij &c. Significat etiam per paragogen he & epenthesin iod קְצִיעָה aroma quoddam, quod à nostris dicitur casia: Psalmo 45. Myrrha & gutta & casia.

* קָצַף Succensuit, iratus est: Zachariæ 1. Iratus est dñs super patres uestros iracundia: sic Numeri 16. Num uno peccante cōtra omnes ira tua deseuiet. Indè קֶצֶף ira ut in eodē cap. Iam enim egressa est ira à domino: & scribit per sex puncta: & in eadem forma significat spumam: Oseę 10. Quasi spumam super faciem aquę. Ponitur & quandoq; pro decorticare uel excoriare: Ioëlis primo. Et ficum meū decorticauit, id est, arefecit & exiccauit. In hiphil הִקְצִיף irritauit, prouocauit: Deuteronomij 9.

* קָצַר Ægretulit, molestauit, tędebat: Numeri 21. Et tędere cœpit populū. Significat etiam angustare & breuiare: Isaię 28. Coangustatum est enim stratū: & Micheæ secundo. Nunquam abbreuiatus est spiritus dñi. Inde nomen קֹצֶר Exodi 6. Propter angustiam spiritus, hoc est, turbationē & molestiā: & de abbreuiatione legitur Psalmo 102. Respōdit mihi in uia uirtutis suę paucitatē dierum meorū: quo nomine Iudæi uocant pręceptoriū eorū, hoc est, breuiariū, librū in quo singula pręcepta in lege contēta colliguntur קִצּוּר sic Iob 14. Homo natus de muliere breui uiuēs tēpore. Significat etiam per epenthesin iod ante res קָצִיר palmitem

tem aut surculum: Psalmo 80. Extendēs palmites suos usq; ad mare:& hoc modo interpres debuit transferre uersiculum Iob 29. Et ros morabit in messione mea, rectius uidelicet, Et ros pernoctabit in palmitibus siue ramis meis, quod præcedens sermo apertissime declarat. Aliud significatum eiusdem formæ hic oritur, id est, metere messem: Leuitici 23. Et messu eritis segetem, rectius messem: & Deuteronomij 24. Quādo messueris segetem in agro tuo: rectius sic, quando messueris messem tuam in campo tuo: Ruth 1. Quā do primum hordea metebātur. Inde nomen uerbale קוֹצֵר messor, eiusdem 2. Et dixit messoribus, dominus uobiscum.

✱ קָרַר & קוֹר & קוֹרַת Frigus per apocopen res & epenthesin holem: Genesis 8. Frigus & æstus: & Prouerbiorū 25. Et qui amittit pallium in die frigoris, ubi in fine ponitur he terminatio fœminina, quasi frigiditas quæ per regimen casus post se uertitur in thau: Psalmo 148. Ante faciē frigoris eius quis sustinebit. Inde קַר frigidus: Prouerbiorum 25. Aquæ frigidę animę sitienti.

✱ קָרָא. Vocauit, appellauit, nominauit: Genesis 1. Appellauitq; lucem diē & tenebras noctem: & 3. Regum 1. Et Salomonem fratrem suum non uocauit: & Psalmo 99. Inuocabant dominum & ipse exaudiebat eos. Inde nomen uerbale ק קוֹרֵא Isaiæ 45. Ego dominus qui uoco nomen tuum deus Israël. Inde homines nominati & magni atq; capitanei prę stantioresq; sic dicuntur קְרוּאִים Numeri 26. Isti sunt Dathan & Abirom principes populi. Significat & clamare: Psalmo 34. Iste pauper clamauit: significat etiam occurrere uel obuiare. Isaiæ 31. Cum occurrerit ei multitudo pastorum: quod etiam à superiore significato posset sic intelligi, Cum acclamauerit ei, & hoc indicat sequens sermo, à uoce eorum non formidabit: translatio nostra addit aliud significatum: Prouerbiorum 27. Et oleum dexterę suę euacuat. Item aliud significatū, קָרָא & קָרָה cōtigit, accidit, euenit: Genesis 42. Ne forte in itinere quicquā pati ac mali, id est, ne forte contingat ei mors: sic Ieremię 13. quare uenerunt mihi hęc: & scribitur quādoq; in fine he loco aleph 1. Regum 6. Sed casu accidit: & Ecclesiastis 9. Quia eadem cunctis eueniunt: hebraice sic, euentus unus omnibus. Inuenitur quoq; sine aleph & sine he in fine: ut Deuteronomij 25. Quomodo occurrerit tibi in uia. Eo autem nomine Hebręorum logici crebro utuntur pro uno ex quinq; prędicabilibus Porphyrianis quę habent trāslata ex Abenrost qui à nobis dicitur Auerroys, nomine accidens per prothesin mem & paragogen he: Item significāt legere. Nehemię 8. Et legit in eo aperte in platea: & infra, & legerunt in libro legis dei distincte. Inde nomen uerbale lector, Habacuk 2. Vt percurrat qui legerit in eo, id est, legens uel lector.

✱ קָרַב Appropinquauit, attigit seu accessit, approximauit, ut periphrasticos. Exodi 14. Ita ut ad se inuicem toto noctis tempore accedere non ualerent: rectius hebraice uerbum è uerbo sic, Et non appropinquauit hic ad hunc tota nocte: & Exodi 32. Cumq; appropinquasset ad castra: & Isaiæ 8. Accessi ad prophetissam & concepit & peperit: & sic sunt uerba neutralia. Fiunt etiam transitiua הִקְרִיב & significāt facio appropinquare, id est, offero, Leuitici 1. Homo qui obtulerit ex

uobis hostiam. Inde קָרְבָּן oblatio, offertoriũ, hostia: Leuitici 2. Anima cum obtulerit oblationẽ: & dicitur corban. Vnde illud legitur Matthęi 27. Nõ licet mittere in corbanam, id est, donarium seu offertorium quo oblationes immittuntur. Inde קָרוֹב prope: Isaię 55. Inuocate eũ dum prope est: similiter Psalmo 145. Prope est dñs omnibus inuocãtibus eum, & ab eo dicitur aliquid quod est initium & intra uiscera nostra: ut Psal. 103. Et omnia quę intra me sunt, & quod est in medio eius: Numeri 15. Peribit de populo suo: rectius de medio populi sui. Itẽ קָרוֹב sic proximus aut uicinus: Psalmo 15. Et opprobriũ non accepit aduersus proximos suos siue uicinos, seu secundũ Hieron. super propinquo suo: & à propinquãdo dicitur quis manus conserere atq; bellari in pręlio: Psalmo 144. Qui docet manus meas ad prælium.

* קַרְדֹּם Securis: Psalmo 74. Securibus exciderunt: & Iudicum nono. Arrepta securi.

* קָרָה Tabulauit, cõtignauit & laqueauit domos, struxit: 2. Paralippomenon 34. Ad contignationem domorum. Sic Canticorum 1. Laquearia nostra cypressina, unde quidam deducunt ciuitatẽ per epenthesin iod קִיר Prouerbiorũ 11. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas, & in eodem significato quandoq; mutatur he in thau & deficit iod, unde Chaldęi ciuitatem nominant קִרְתָּא Iob 29. Quãdo procedebam ad portam ciuitatis, & uide supra in ain litera sequente res.

* קָרַח Caluauit: Micheæ 1. Decaluare & tondere super filios deliciarũ tuarũ. Ezechielis 29. Omne caput decaluatum. Inde nomen קָרְחָה caluicium. Ezechielis 27. Et radent super te caluicium, ubi pro he ponitur aleph: significat etiam prima per sægol scripta קֶרַח crystallum seu glaciem. Ezechielis 1. Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & secundum Nicolaum de Lyra glaciei: nam in commentarijs scripsit Hieronymus quod gelu constricta aqua græco sermone crystallus nominet, idq; approbat dictionarium quod ethymologicum magnum appellant.

* קָרַם Obduxit corio, induit pelle, contexit cute, Ezechielis tricesimoseptimo. Et superextendã in uobis cutem, & ab hoc dicitur membrana.

* קֶרֶן Cornu: Danielis 8. Fractum est cornu magnum: & est utriusq; numeri. Significat etiam uerbaliter radiare atq; lucere. Exodi 34. Qui uidebant faciem egredientis Mosi esse cornutam: rectius hebraice uerbum è uerbo sic, Et uidebãt filij Israël faciem Mosi quod lucebat cutis faciei Mosi.

* קָרַס Decidit, ruit ad terram: Isaiæ 46. Confractus est Bel contritus est Nebo: duo scilicet Babyloniorum idola diruta sunt usq; in terrã. Significat etiam קֶרֶס circulum, annulũ, seu fibulam qua inter se uela connectuntur. Exodi 26. Facies & quinquaginta circulos.

* קַרְסֹל Talus, hoc est, uertibulum quo pes & tibia coniunguntur: 2. Regũ 22. Et non deficient tali mei.

* קָרַע Rupit, fidit, scidit: 1. Regum 15, Scidit dominus regnum Israël à te hodie: & Iudicum 11. Scidit uestimenta sua: & in passiuo: 3. Regum 13. Altare quoq; scissum est: simili modo legitur Psalmo tricesimoquinto. Dissipati sunt nec compuncti

puncti. Hieronymus sic, Scindentes & non tacentes: sed nostrates Hebræi exponūt, Si discerpantur non cruentant: significat etiam aperire; Ieremię 22. Qui aperit sibi fenestras.

* קַרְקַע Fundus, fundamentum, pauimentum: Numeri 5. Et pauxillum terræ de pauimento: & Amos 9. Si celauerint se ab oculis meis in fundo maris.

* קַרְקַר Diruit, perforauit: Isaię 22. Scrutans muros: & Numeri 24. Vastabitq; omnes filios Seth, id est, ruere faciet: de hoc supra in uocabulo קִיר

* קֹרֵץ Reformator, excisor, effigiator, similator: Ieremiæ 46. Similator ab aquilone ueniet ei. Inde uerbum קָרַץ Iob tricesimotertio. Et de eodem luto ego quoq; formatus sum. Significat etiam conniuere oculis uel lingua signum pręstare, uel uultu annuere: Psalmo 35. Adnuunt oculis. Prouerbiorum sexto. Adnuit oculis, terit pede: & eiusdē libri cap. 10. qui adnuit oculo dabit &c.

* קֶרֶשׁ Tabula: Exodi 26. Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis Setim, & sic deinceps per longū tam in singulari quam in plurali numero. Ezechielis 27. Et transtra tua fecerunt tibi de ebore indico, rectius, tabulata tua.

* קָשַׁשׁ Legit, collegit. Exodi 5. Dispersusq; est populus in omnem terram Ægypti ad colligendas paleas: & paulo superius, Ipsi uadant & colligant stipulas. Inde קַשׁ stramen demolitum & contritum, & quod de ligno cadit serrato illud minutissimum, quod transfertur in superiori iam loco citato palea: & Numeri 15. Hominem colligentem ligna, id est, ramusculos & minutissima quęq; ad fouendum ignem apta: & putāt significare res minutas hincinde disquirere, ad quod allegant uersiculū Sophonię 2. Conuenite congregamini gens, quasi esset cōgregamini & acriter disquirite: sed de hoc supra quando kuph pręcedit uau.

* קִשֻּׁא Cucumis: Numeri 11. In mētem nobis ueniunt cucumeres & pepones. Inde denominatiuum מִקְשָׁה Isaiæ primo. Sicut tugurium in cucumerario, ubi mutatur aleph in he.

* קָשַׁב Attendit, animaduertit, Intendit diligenter: Malachię 3. Attēdit dominus & audiuit: & Psalmo 66. Et attendit uoci deprecationis meæ, & Psalmo 130. Fiant aures tuę intendentes.

* קָשָׁה Indurauit: 2. Paralippomenō 36. Et indurauit ceruicē suam: & Deuteronomij 15. Non auertes ab eis oculos tuos, rectius sic: Non durum sit in oculis tuis manumittēdo illum. Inde קָשֶׁה durus & קְשִׁי duricia & cætera deriuata: Exodi 33. Populus duræ ceruicis es tu, & primo Regum quinto. Quoniam dura est manus eius super nos. Inde transumitur ad crudeles: Isaiæ 19. Et tradam Ægyptum in manum dominorum crudelium: & trāsumitur מִקְשָׁה ad metalla indurata & percussa. Exodi 25. Aureos & productiles.

* קְשָׂוֹת Thuribulū secundū trāslationē nostrā: Exodi 25. Acetabula ac phialas thuribula & ciatos: ego non credo significari thuribula, qd enim thus ad panes coquēdos, sed opinor patellas in quibus panis coquitur & tanquam azimus fundit', ut dicimus de nostris hostijs, seu aliud instrumentum quod ad usum coquendi panes concurrit.

* הִקְשִׁיחַ & קָשַׁח Crudeliter egit, Iob 39. & Isaiæ 63.

קֹשֶׁט * Rectitudo, ueritas: Psalmo 60. Dedisti metuentibus te significationem ut fugiant à facie arcus: miror translationē & miror commentarios nostros, hebraice sic legitur, Dedisti timentibus te signum ut signentur propter ueritatē in æternum: nam hoc uocabulo thargū utitur pro ueritate, & nullo modo significat arcum. Sic legitur recte Prouerbiorū 22. ut ostenderem tibi firmitatem & eloquia ueritatis, & hic scribit per seua sub sin, superius per sægol.

קְשִׂיטָה * Nummus uel obulus: Genesis 33. Emitq; partem agri in qua fixerat tabernacula à filijs Hemor patris Sichem centum agnis: ubi Lyra scribit quod translatio nostra hic deficiat. Nam Hebræi uertunt centum obulis, & uerū dicit: similiter Iob ultimo capite, ubi nos habemus, Et dederunt ei unusquisq; ouē unam, Hebræi legunt nummum seu obulum unum.

קָשַׁר * Coadunauit, colligauit, ligauit, nodauit: Deuteronomij 6. Et ligabis ea quasi signum in manu tua: passiuū eius ponitur: 1. Regum 18. Et anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, id est, ligata. Inde קֶשֶׁר colligantia, coniuratio siue liga: Isaiæ 8. Non dicatis cōiuratio, omnia enim quæ loquitur populus iste coniuratio est: quapropter ad rebellionē traduxit translatio nostra. Amos 7. Rebellauit contra te Amos, id est, ligam fecit seu coniurauit: sic 2. Regum 15. Facta est coniuratio ualida populusq; concurrens. Inde oues quæ nascunt circiter tempora marcij hoc nomine dicuntur מְקֻשָּׁרוֹת ualidiores. Genesis 30. Et quæ primi temporis Iacob.

קֶשֶׁת * Arcus: 1. Regum 2. Arcus fortium superatus est: & Genesis 9. Arcum meum ponam in nubibus: & infra, Apparebit arcus meus in nubibus: & pluraliter in fœminino: Psalmo 37. Et arcus eorum confringantur. Inde רוֹבֵה קֶשֶׁת balistarius seu sagittarius. Genes. 21. Iuuenis sagittarius, sed potius magister arcus.

קַשְׂקֶשֶׂת Squama: Leuitici 11. Omne quod habet pinnulas & squamas: & pluraliter in fœminino declinatur Ezechielis 29. Vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt: & ad squamarum similitudinem fit tunica ferrea quam dicunt loricam squamarum uel squamatam: 1. Regum 17. Et lorica squamata induebatur, & hoc declinatur pluraliter in im.

רחוק מרשעים ישועה

ראה Aspexit, uidit: Threnorū 1. Quia uidit gentes: & Psalmo 33. Vidit omnes filios hominum: & Genesis 37. Vade & uide si cuncta prospera sint. Inde uenit inuidere, despicere: Psalmo 22. Ipsi uero consyderauerunt & inspexerunt me, pro quo Hebræi sic, Ipsi aspexerunt inuiderunt mihi, uel ipsi uiderunt despexerūt me: inde transumptiue multa dicunt ut מַרְאָה speculum. Exodi 38. De speculis mulierum. Inde יוֹרֶה imber matutinus. Deuteronomij 11. Dabit pluuiam terræ uestræ temporaneam & serotinam. Formabis ab hoc uerbo deriuata secundum artem pro ut legendo bibliam hebraicā inuenies copiose, Aliud significatum sub hac forma יוֹרָה struma seu uesicula gutturis. Leuitici 1. Vesiculam uero gutturis, aliud significatum רוֹאָת obscœnum, turpe, fœdum seu fœditas, nostra translatio exemplum interpretatur

pretatur. Nahū 3. Et ponam te in exemplum: pro quo hebræi. Et ponā te quasi turpitudinem seu fœditatem. Aliud ראה auis nomē, quam translatio nostra ixon uocat, animal nobis incognitum, sed hebręi uulturem interpretantur. est autem auis quæ plus cæteris uidet ab acumine uisus sic dicta secundū rabi Salomonem. Deute. 14. Ixon & uulturem ac miluum.

* ראם Rhinoceros seu unicornis: Deute. 33. cornua rhinocerotis cornua eius: uidentur autem Tortellio diuersa esse animalia unicornē & rhinocerota. Sic & Perotto in cornucopiæ: nam illud in fronte hoc in naso cornu gestat, translatio uero nostra promiscue utitur. Psal. 92. Exaltabitur sicut unicornis cornu meum, & quādoq; abijcit aleph & eius loco assumit iod in eodē significato רים Iob 39. nūquid uolet rhinoceros seruire tibi. Inde forsitan dicuntur præciosæ uestes ex eiusdem animalis pilis cōtextę. quod translatio nostra sericum uertit. Ezechielis 27. Et byssum & sericum.

* ראש Caput. Leuitici 1. Caput uidelicet & cuncta quæ adhęrēt iecori, unde transumptiue significat cacumē, uerticem, summum, primum. Genes. 28. Et cacumen eius tangens cælum. Cantic. 4. cum omnibus primis ungentis. Inde summi principes & capitanei denominantur ראשים Michee 3. Audite principes domus Iacob. Est & aliud significatū fel, amaritudo, toxicum. Deute. 32. uua eorum uua fellis: quod mox uertit translatio nostra uenenū: uenenum aspidum insanabile, Hebręi toxicum aspidum crudele: & à primo dicitur ראשית principium, initium. Genes. 1. In principio creauit deus. Psalm. 111. Initiū sapientię timor domini: & sic cum anterioritatē significat, inuenitur quandoq; p iod loco aleph quādoq; simul per iod & aleph: lege bibliam hebraicam & inuenies.

* רבב Auctus & multiplicatus est, excreuit, Psal. 69. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. & Gene. 1. Crescite & multiplicamini. Inde רב multus magnus, copiosus, Ionę 4. Multę miseratio nis. & Psal. 48. Ciuitas regis magni. & Psal. 3. Dñe quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi surgunt aduersum me, multi dicūt &c. significat etiam satis, uel sufficit: 1. Paralip. 21. Sufficit iam, cesset manus tua. & Nume. 16. Sufficiat uobis quia omnis multitudo sanctorum est. Et significat רבה atq; רבבה decem millia iri supputatione. Deute. 32. Et duo fugarēt decem millia & bis tantidē. Nehem. 7. Auri drachmas uiginti millia: & ab isto uerbo homo prgeminens honoratus & magni cōsilij magister dicitur רב quem trāslatio nostra uocat propugnatorem. Isaię 19. Et mittet eis saluatorē & propugnatorem qui liberet eos. Inde propter multiplicationē dicūtur רביבים stillę seu guttę pluuiarū geminato beth. Mich. 5. Et quasi stillę super herbā. aliud significa tū iaculari seu arcū trahere. Gen. 49. Exasperauerūt eū & iurgati sunt: p quo hebręi, amaricauerunt eū et traxerūt arcū.

* רביד Torques, uel ornamentū circum guttur. Ezechielis 16. Et torquem circa collū tuum, & transumitur ad alia ornamēta quę suspenduntur. ut Prouerbiorum septimo, Intexui funibus lectulum meum. quod hebręi sic dicunt. Ornamentis ornaui lectum meum. רבה Auxit, multiplicauit. Deuteronomij tricesimo. Et uiues atque multiplicaberis. & clarius

& clarius Geneſis 35. Creſce & multiplicare. Inde uerbum graue per protheſin he aſpirationis הַרְבָּה Geneſis 3. Multiplicabo ęrumnas tuas: & Iſaię 9. Multiplicaſti gẽtem. Inde illud quod legitur Pſalmo 130. Copioſa apud eum redemptio. Inde רוֹב multiplicatio. Prouerbiorũ 29. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera: & Iſaię 9. Multiplicabitur eius imperium, per præpoſitionẽ mem & articul', rectius ſic, ad multiplicandum eius imperium. Significat & הַרְבָּה ſępe: Pſalmo 129, Sæpe expugnauerunt me: aliud ſignificatum baliſtarius dirigens arcum. Geneſis 21. Factusq́ eſt iuuenis ſagittarius, & à prima eius ſignificatiõe putant deriuari אַרְבֶּה id eſt, locuſta. Exodi 10. Extende manum tuam ſuper terram Ægypti ad locuſtam. רָבַךְ Frixit, torruit: Leuitici 6. Quę in ſartagine oleo cõſperſa frigetur.

* רָבוּעַ Quadrum, quadrangulũ: Exodi 27. Quinq; cubitos in longitudine & totidẽ latitudine, id eſt, quadrũ, quod hebraice uerbum è uerbo ſic: quadrum erit altare. Inde nomen numerale אַרְבַּע quatuor cata protheſin aleph. Exodi 22. Et quatuor oues pro una oue. Inde denominatur quarta pars רְבִיעִית Leuit. 23. Quarta pars hin, & ſic deinceps numerus ordinalis רְבִיעִי neſcio quid dicere uoluit tranſlatio noſtra Numeri 23. Et noſſe numerum ſtirpis Iſraël, cum nulla hic dictio ſtirpem ſignificet: rectius igit̃ ſic, Quis numerauit puluerem Iacob, & numerum quartæ partis Iſraël.

* רָבַץ Cubauit, accubauit: Iſaiæ 11. Et pardus cum hœdo acubauit: & Geneſ. 49. Requieſcens accubuiſti ut leo: hebraice ſic, Genu accubauit: & Canticorum 1. Vbi cubes in meridie, & Iſaię 13. Nec paſtores requieſcent ibi ſed requieſcent ibi beſtię. Inde רֵבֶץ accubitus.

* רָבַק Saginauit, impinguauit: Amos 6. Et uitulos de medio armenti, rectius ſic: De medio ſaginæ ſeu farciminis, ſignificat enim מַרְבֵּק locum ubi animalia farciuntur: ſic enim à M. Catone de re ruſtica loqui docemur.

* רָגַב Glarea, lutum, gleba: Iob 38. Et glebæ compingebantur: & eiuſdẽ 21. Dulcis fuit glarea cocyti: rabi Iona dixit quod ſint loca paluſtris cœni ubi puluis ſtantem aquam imbibit.

* רָגַז Conturbauit, cõmouit, contremuit, inquietauit, contriſtauit: Hieronymus traduxit iratus eſt: Pſalmo 4. Iraſcimini & nolite peccare: & Prouerbiorum 29. Siue iraſcatur ſiue rideat: & Ioëlis 2. Conturbentur omnes habitatores terræ: & 2. Regum 18. Cõtriſtatus itaq; rex: & Habacuk 3. Turbabantur pelles terræ Madian. Rabi Salomon exponit commoueri: in Pſalmo 4. ſed Geneſis 45. Ne iraſcimini in uia. exponit non iurgamini, & ibi Onkelus chaldaice, ne rixamini. Ionathas uero Chaldęus tremere interpretatur: 2. Regum 22. ubi nos legimus: fundamenta mõtium concuſſa ſunt, Hebræi habent fundamẽta cœlorum: ſed in Pſalmo 18. huic ſimili ſcribitur fundamenta montium. Sic igitur Ionathas ſupra citatum uerſum chaldaice exponit: Fundamenta cœlorum זָעוּ id eſt, tremuerunt, licet poſtea cum legitur: quoniam iratus eſt eis, ipſe Ionathas eundem locum per hoc noſtrũ uerbũ trãsferat. Omnia eius uerbi ſignificata tẽdunt ad cõmotionem iræ uel timoris ſiue terroris, ut רוֹגֶז tremor. Item אַרְגָּז arca, 1. Regum 5.

רגל

* רגל Annotauit, detulit, accusauit, diffamauit, detraxit: translatio nostra do lose egit interpretata est. Psalm. 15. Qui non egit dolum in lingua sua. rectius qui non detulit super lingua sua. & 2. Paralipomenon 19. Accusauit me seruū tuum ad te dominum meum regem, id est, detulit uel defamauit: & dicuntur inde delatores & susurrones qui uerba hinc & inde portant & taxant quemlibet in peiorem partem, & explorant cuiuscūq; hominis conditionem atq; uitam. quare legitur 2. Regum 10. Et non ideo ut inuestigaret & exploraret ciuitatem ut euerteret eam. & Genes. 42. Exploratores estis ut uideatis infirmiora terræ uenistis. Aliud significatum רֶגֶל pes, & scribitur sex punctis Deute. 19. Pedē pro pede exiges. et est in singulari generis fœminini. ut Psalmo. Pes meus stetit in directo. & Ezechielis 29. Non pertransibit eam pes hominis: est enim ibi uerbum futuri temporis tertię personę generis fœminini, et clarius eiusdē cap. 1. Et pedes eorum pedes recti: hebraice pes rectus. ponitur autem illic adiectiuum rectus in genere fœminino: & pluraliter generis masculini Leuitici 11. Et multos habet pedes. Reperitur tamen cata prothesin mem in genere fœminino מַרְגְּלֹת Danie. 10. Et brachia eius & quæ deorsum usq; ad pedes. & Ruth 3. A parte pedū. Significat quoq; רֶגֶל uicem. Nume. 22. Cur percutis me ecce iam tertio: & infra. Cur inquit, tertio percussisti, id est, tribus uicibus. Inuenitur etiam רוגל proprium nomen fontis, & fuit cuiusdam magni Iudęorū prę sidis cognomentum Ratisponæ qui uocabatur rabi Iacob margolith, cuius suauissimas ad mę datas habeo literas in sermone hebraico elegantes.

* רגם Obruit, subiecit. Leuitici 20. Lapidibus obruent eos. & eiusdem 24. Et lapidet eum populus uniuersus.

* רגן Susurrauit, murmurauit, mussitauit. Deute. 1. Murmurastis in tabernaculis uestris. & Prouerbio. 26. Verba susurronis quasi simplicia: Vbi scribitur נִרְגָּן in passiuo.

* רגע Subitaneauit, si sic loqui liceret, fluctuauit: nostra translatio circūloquitur Iob 26. In fortitudine illius repente maria congregata sunt: hebraice uerius sic, In fortitudine sua fluctificauit mare: & Isaiæ 51. Qui conturbo mare & intumescūt fluctus eius, id est, qui cito concito uel fluctifico mare. Inde רֶגַע subito repente, cito, mox, uelociter, momento. Psalm. 6. Et erubescant ualde uelociter: aliud significatum רָגַע requiescere. Isaię 30. Ibi cubauit lamia, id est, requieuit: sic eiusdem 51. Et iudicium meum in lucem populorū quiescet: rectius, quiescere faciam: omnia talia moram, statum, & quietem significant.

* רגש Tumultuauit, seu uoce anhela sonuit aut fremuit Psalm. 2. Quare fremuerūt gentes: rectius rabi Salomon exponit. Quare congregatæ sunt gentes. quamuis Hieronymus actiue transtulit dicens. Quare congregauerunt gentes: significat autem proprie seditionem conuocare. Hinc רֶגֶשׁ cōmotio, Psalmo 55.

* רדד Extendit, sparsit. Psalm. 144. Qui subdit populum meum sub me: rabi Salomon legit, qui extendit & dilatat populum meū, ac si diceret. multiplicat atq; fortificat. Alij per contrarium exponūt, deprimit & infirmat populos. In libris autem emendatis scribitur non per mem

finale sed per iod, qđ nihilominus significare potest populos, ut in arte grammatica, & sequitur tunc sub se, ut sit sensus, qui comminuit seu conterit populos sub se, sic enim adnotatio quæ dicitur massora indicat. Hieronymus uertit: qui subiecit populos mihi, ab eo deriuata: 3. Regũ 7. Et subter leones & boues quasi lora ex ære dependentia, quod hebraice sic legitur. Et subter leones & boues lora opere extenso seu tentificato. Inde רְדִיד pallium dicitur eo quod extendatur super homines: Canticorum 5. Tulerunt pallium meum, sed uerius significatur sindõ quam super caput expandunt mulieres.

* רָדָה Præfuit, dominabatur: Psalmo 110. Dominare in medio inimicorũ tuorum: & Genesis 1. Dominamini pisci bus maris: & Numeri 24. De Iacob erit qui dominetur. Aliud significatũ, sumere. Iudicum 14. Quem cum sumpsisset in manibus: & caue ne decipiaris similitudine literarum cum precedenti uerbo paulo superius: descenditq; & locutus est mulieri: nam istic iod est litera substantialis, hic uero iod est litera accidentalis.

* רָדַם Nutauit dormiendo, uel stupore cecidit, uel attonitus lapsus est: Danielis 8. Cumq; loqueretur ad me collapsus sum pronus in terram: & Ione 1. Et dormiebat sopore graui, rectius sic, & dormiebat & nutauit. Inde תַּרְדֵּמָה somnus, dormitio, sopor: Iob 4. Quando solet sopor occupare homines: & Genesis 2. Immisit dominus deus soporem in Adam.

* רָדַף Persecutus est: Exodi 14. Et persecutus est filios Israel: & Psalmo 34. Inquire pacem & persequere eam.

* רָהַב Formidauit, territus est, expauit, timuit: Isaia cap. 44. Ne timeatis neque formidetis.

* רָהַב Excelluit, superbiuit: Psalmo 90. Et amplius eorum labor & dolor: rectius hebraice sic. Excellẽtia eorum labor & dolor: & Isaię 30. Superbia tantum est quiesce.

* רַהַט Cannale in quibus adaquãtur pecora: Genesis 30. Posuitq; eas in cãnalibus ubi effundebatur aqua: & dicitur sic à currendo quod per ea de fontibus currat aqua. Nam thargum pro currendo posuit hoc uerbum. Dicuntur etiam sic trabes in domibus quibus currit de altera ad alteram: Canticorum 1. Laquearia nostra cypressina, id est, trabes, quidam exponunt cardines in quibus curruntianuæ.

* ריב Contendit, litigauit: Iob 39. Nunquid qui contendit cum deo: & Ieremię 2. Propterea iudicio contendam uobiscum. Inde ריב causa, controuersia, lis, contentio, iudicium: Deuteronomij 25. Si fuerit causa inter aliquos: Genesis 13. Et facta est rixa inter pastores: & מְרִיבָה in alia forma paulo inferius. Ne quęso sit iurgium: & Psalmo 35. Iudica domine nocentes me, pro quo Hieronymus rectius, Iudica domine aduersarios meos: & Oseæ 4. Quia iudicium domino cum habitatoribus terrę.

* רוּד Pręualuit, seu prędominatus est: Genesis 27. Tempusq; ueniet cum excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis, id est, prędominaberis.

* רָוָה Irrigauit, cõpluuit, inebriauit: Isaię 55. Sed inebriat terrã: & eisdẽ 58. Et erit quasi hortus irriguus: & Ieremiæ 31. Quia inebriaui animã lassam. Hinc רְוָיָה pro רויה irrigatio, Iob 37.

✠ רָחַח Dilatauit: translatio nostra uertit respirauit: Iob 32. Loquar & respirabo paululū: Hebræi sic, Loquar & dilatabitur mihi. Nam pectoris latitudo respirationi plurimū seruit atq; spiritui humano. Sic 1. Regum 16. & refocillabatur Saul, id est, respirauit latiore pectore. Inde רוּחַ spiritus ut in eodem loco. Recedebat enim ab eo spiritus malus. Significat etiam uentum seu flatum. Iob 1. Repēte uentus uehemens irruit. Numeri 16. Fortissime deus spirituum omnis carnis. Et scripsit sapiēs rabi Iacob filius Eleazar, quod ab hoc uocabulo denominētur naues בְּרִיחִים eo quod uento ducantur. Isaiæ 43. Et detraxi uectes uniuersos, uoluit dicere, naues omnes: sic etiam significatur pala seu uētilabrum quo fruges ad uentum purgantur רַחַת Isaiæ 30. Sicut in area uentilatum est, Hebræi sic, quod uentilat in pala & uentilabro.

✠ רוּם Extulit, leuauit, exaltauit: Psalmo 56. Exaltare super cœlos deus: & quādoque sine uau. Deuteronomij 22. Manus nostra excelsa: quandoq; aleph loco uau. Zachariæ 14. Et exaltabitur & habitabitur in loco suo. Inde per præpositionē mem מָרוֹם altum: Psalmo 68. Ascendisti in altum. & cætera deriuata cum literis accidentalibus & appensilibus. Inde ת תְּרוּמָה oblatio spontanea rerum quę in altum suspēduntur in templis, quam grę ci appellant anathema, translatio nostra dixit primitias. Exodi 25. Vt tollant mihi primitias: rabi Salomon cū Onkelo chaldæo exponit separationem seu segregationem, id est, deuotionem & destinationē; sic enim dicere solemus de ijs qui destinantur & deuouentur ad aliquē usum: ut Paulus ad Romanos, segregatus in Euangelium dei, hoc est, deuotus & destinatus ad usum euangelij. Vocatur item coralius רָאמוֹת quod translatio nostra uertit excelsa. Iob 28. Excelsa & eminentia, uide supra in algabis.

✠ רוּעַ Malum fuit, ac si uno uerbo dicere liceret absolute, malauit. Numeri 11. Sed & Mosi intolerāda res uisa est: uerbum è uerbo sic, Et in oculis Mosi malū fuit: per camez siue uau loco holem. Omnia inde deriuata ut רַע & רָעָה significant malum, triste, malignū, turpe. Aliud significatum iobilauit, taratantarizauit. Numeri 10. Si autem prolixior atq; concisus clangor increpuerit, uerbum è uerbo sic, Et clangetis taratantara, & infra. Et non concise ululabunt, rectius sic, & non taratantarizabitis, hoc est, non iobilabitis, à iobel dictum nō à iubilo. Sic Sophoniæ 3. Iobila Israël. Aliud significatum רֵעַ proximus, amicus. Isaiæ 41. Vnusquisq; proximo suo auxiliabitur: & Prouerbiorum 27. Amicum tuum & amicū patris tui ne dimiseris: & sic reperitur cata epenthesin iod. Item aliud significatū, frangere: Psalmo secundo. Reges eos in uirga ferrea: rectius sic, Franges eos. Rabi Salomon exponit תרוצצם id est, cōteres siue confringes eos. Hieronymus apte uertit, franges eos.

✠ רוּת Contremuit, commotus est, mobilitauit, fractum est. Ezechielis quadragesimoseptimo. Et folia eius ad medicinam, rectius, ad motionem, infirmitatem, plagam & fracturam scilicet tollendam atq; reparandam, hoc est, quod plagam restituat. Vnde legitur Iob uicesimosexto. Columnæ cœli contremiscūt, scilicet frangendæ: ubi significat motionē. Item secundo Regū uicesimoquarto.

Cesset manus tua, pro, amoueatur manus tua. Item חֲרִיפוֹת sunt grana triticea contusa: 2. Regum 17.

* רוּץ Cucurrit: Genesis decimooctauo. Ipse autem ad armenta cucurrit: primo Regum decimoseptimo. Cucurrit ad locum certaminis: & Iob decimoquinto. Cucurrit aduersus eum erecto collo: & Canticorum primo. Thahe me post te, Curramus. Aliud significatum confringere, conterere. Ecclesiastis duodecimo. Et confringatur rota super cisterna: & Iudicum decimo. Et confregit cerebrum eius, & geminatur quandoq; finalis litera zade: Genesis uicesimoquinto. Sed collidebantur in utero eius paruuli, id est, conterebantur. Hinc מְרוּצָה confractio, Ieremiæ 22.

* רוּשׁ Eguit, indiguit: Psalmo tricesimoquarto. Diuites eguerunt & esurierunt: uerius & rectius, S. Hieronymus sic: Leones indiguerunt & esurierunt, Inde רָשׁ & רֵישׁ pauper & paupertas: & pauperifico, si sic loqui liceret: Prouerbiorum uicesimosecundo. Diues & pauper obuiarunt sibi: & primo Regum secũdo. Dominus pauperẽ facit & ditat, pro, pauperificat. Sunt autem hęc synonyma רָשׁ עָנִי אֶבְיוֹן דַּךְ דַּל מִסְכֵּן רָזֶה sicut apud latinos pauper, egenus, inops.

* רָזָה Extenuauit, attenuauit, macrefecit: Sophoniæ secundo. Et attenuabit omnes deos terræ. Inde nomen רָזוֹן macilentia, tenuitas & cętera. Isaiæ decimo. Propter hoc mittet dominator dominus in pinguibus eius tenuitatem, id est, macredinem.

Est etiam רָז idẽ quod סוֹד secretum, Isaiæ 24.

* רָזַח Tabernauit, cauponauit. Inde בֵּית מַרְזֵחַ domus cauponaria seu caupona dicitur. Ieremiæ decimosexto. Hæc enim dicit dominus ne ingrediaris domũ conuiuij, scilicet ad auferendum luctum: & Amos sexto, & auferetur factio lasciuientium, rectius cauponaria.

* רָזַם Innuit: Iob decimoquinto. Et quasi magna cogitãs attonitos habes oculos, uerbum è uerbo sic rectius, Et qd innuunt oculi tui: per conuersionem literarum רָמַז quo uerbo utimur quando allegoriam uel trãsumptionem aliquam sensuũ in scripturis innuimus, aut aliud in cortice uerborum cernimus, aliud in eorum medullis latere intelligimus.

* רוֹזֵן Princeps, tyrannus, dominus: Psalmo secundo. Et principes conuenerunt in unum: Habacuk 1. Tyranni ridiculum eius erunt.

* רָחַב Dilatauit, primo Regum secundo. Dilatatum est os meum super inimicos meos. Inde רוֹחַב latum & latitudo & cętera deriuata: Psalmo centesimo decimonono. Latum mandatum tuum nimis: & maxime in forma grauium: ut Isaiæ quinquagesimoquarto. Dilata locum tentorij tui. Inde dicitur רְחוֹב platea, uia lata & spaciosa, à latitudine gręce sic appellata: Genesis decimonono. Sed in platea manebimus.

* רָחֵל Ouis, agnus: Isaiæ 53. Et quasi agnus coram tondente se, & sic in fœminino: & pluraliter masculine Genesis 32. Oues ducentas.

* רָחַם Misertus est: Psalmo 103. Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentium se. Inde רַחוּם misericors, miseratio, misericordia. Habacuk 3. Cum iratus fueris misericordię recordaberis. Aliud significatũ

diligere

diligere, amare, Psalmo 18. Diligam te domine fortitudo mea: & hoc discitur ex thargum. Aliud significatũ per sex puncta רֶחֶם matrix, uterus, uulua. Exodi 34. Omne quod aperit uuluam: & Psalmo 110. Ex utero ante luciferum. Aliud significatum רַחַם mulier, iuuencula, fœmina, Iudicum quinto. Et pulcherrima fœminarum eligitur ei: rectius uerbũ è uerbo sic, Nunquid inuenient, diuident spolium, mulierẽ, duas mulieres per caput uiri, id est, unicuiq; uiro in prædam dabitũ iuuencula uel duæ iuuenculæ, sic Dauid Kimhi in commentarijs super quatuor. Aliud significatum רָחָמָה Porphyrion auis. Leuitici undecimo. Et onocrotalũ & porphyrionem.

* רחף Mobilitauit, cõmotum est, mouitabat, absolute: Ieremiæ 23. Cõtremuerunt omnia ossa mea, rectius secundum Septuaginta, Cõmota sunt: & proprie significat talem motionem qualem peragit miluus aut alia auis pendens in aëre cum furtim descendendo cupit prędę incumbere, quod aperte indicat uersiculus Deuteronomij 32. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos & super eos uolitãs: & Genesis primo. Et spiritus dei ferebatur super aquas: uerbum è uerbo sic, Et spiritus dei mouitans seu uolitans aut uelitans super faciem aquarum.

* רָחַץ Abluit, lauit: Isaiæ 4. Si abluerit dominus sordem: & Exodi 29. Cumq; laueris patrem cum filijs suis aqua: uerbũ è uerbo sic, & lauabis eos aqua. Inde רַחַץ quod nos legimus Psalmo sexagesimo. Moab olla spei meę, rectius uertit Hieronymus, Olla lauacri mei.

* רָחַק Elongatum est, longinque fuit: Isaiæ 59. Propter hoc elongatum est iudiciũ à nobis. Inde nomen רָחוֹק Psalmo 10. Vt quid domine recessisti longe: & in alia forma uerbum Iosue octauo. Nec longius recedatis, & in alia forma longinquus: Iosue nono. De terra longinqua uenimus, & sic de alijs deriuatis. Itẽ מֶרְחָק longinquum: Isaiæ 13.

* רָחַשׁ Eructauit, produxit, promouit: Psalmo 45. Eructauit cor meum uerbum bonum: significat & cata prothesin mem & paragogen thau מַרְחֶשֶׁת caldarium, uel secundum nostram translationem craticulam: Leuitici 2. Si autem de craticula fuerit sacrificium.

* רֶטֶט Tremulus uel tremor: Ieremiæ 49. Tremor apprehẽdit eã, & significat sicut retheth, & scribitur sex pũctis.

* רָטַב Viridauit, humectauit: Iob 8. Humectatus uidetur antequam ueniat sol: & eiusdem 24. Quos imbres montium rigant.

* רֻטְפַשׁ Extenuatus est, cõsumptus est: Iob 33. Consumpta est caro eius.

* רָטַשׁ Intremit, fidit, dissecuit, collisit, allisit: Isaiæ 13. Infantes eorum allidẽtur in oculis eorum: & paulo inferius. Sed sagittis paruulos interficient.

* רֵיחַ Olfecit, odorauit: Psalmo 114. Nares habent & non odorabunt: & Iob 39. Procul odoratur bellum: & Genesis 8. Odoratusq; est dominus odorem suauitatis. Aliud significatum רֵחַיִם mola ex superiore & inferiore lapide cõstructa, propterea est pluralis numeri tãtum. Deuteronomij 24. Non accipies loco pignoris superiorem & inferiorem molã, quamuis inferior lapis solum hoc uocabulo nominetur, nam superior à currendo dicitur currus: & Isaiæ 47. Tolle molam & mole farinam.

* ריק Vacuum, inane: Genesis quadragesimosecundo. Cum frumenta effunderent singuli repererũt in ore saccorum ligatas pecunias: uerbũ è uerbo sic, Illi euacuantes saccos suos & ecce unusquisq; colligatura in sacco suo. Et Psalmo secundo. Et populi meditati sunt inania: & Ecclesiastis undecimo. Si repletæ fuerint nubes imbrẽ super terram effundẽt, id est, euacuabũt, & Canticorum primo. Oleum effusum nomen tuum, id est, euacuatum. Est autem illic nomen adiectiuũ per præpositionẽ thau scriptũ תורק non obstante quod ultima notetur per patha. Aliud significatum הריק euaginare. Leuitici uicesimosexto. Et euaginabo post uos gladium, & sic significat arma parare atq; educere ad prælium.

* ריר Statuit, fluxit: Leuitici decimoquinto. Adhæserit carni eius atq; concreuerit fœdus humor, ubi translator iterum recessit à uerbis ut sequeretur flosculos dicendi, pro illo scatente humore saliuam legimus primo Regum uicesimoprimo. Defluebantq; saliuæ eius in barbam.

* רכך Extenuauit, molliuit, mollificauit, leniuit, tenerum fecit: Psalmo quinquagesimoquinto. Molliti sunt sermones eius super oleum, id est, tenera uerba fecerũt. Inde רך tener & tenellus. Genesis decimooctauo, uitulum tenerrimum & optimum: & Prouerbiorum quarto. Tenellus & unigenitus: & Genesis uicesimonono. Et Lia lippis erat oculis: debuit dicere teneris oculis, & uerbum iterũ Deuteronomij uicesimo. Non pertimescat cor uestrum, rectius, non molliscat, hoc est, ne mollificetur cor uestrum: & sic cętera deriuata.

* רכב Vectus est, equitauit, ferebatur seu latus est, insidit tertiæ coniugationis, portatus est. Numeri 22. Non'ne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti: pro qui insedisti super me. Inde nomina מרכבה & רכב equitatus, & currus, & omnis uectura. Canticorum 1. In curribus Pharaonis. Inde dictus est ascensor רוכב qui uehitur. Exodi 15. Equum & ascensorem: & Psalmo sexagesimooctauo. Qui ascendit super cœlum: multa transumptiue inde deriuantur quæ per teipsum uidebis.

* רכל Negociatus est, mercimoniauit, seu mercatus est. Ezechielis decimo septimo. In urbe negociatorum posuit illam. Et Nehemię tredecimo. Et manserunt negociatores & uendentes uniuersa uenalia foris Ierusalem. Dicitur etiam sic רוכל aromatarius, pigmentarius, ungẽtarius, apothecarius: Canticorum tertio. Vniuersi pulueris pigmẽtarij. Aliud significatum רכיל fraudulentus susurro, delator: Leuitici decimonono. Non eris criminator nec susurro in populis, & Prouerbiorum undecimo. Qui ambulat fraudulenter.

* רכס Mons altissimus, uel altitudo montium: Isaiæ quadragesimo. Et aspera in uias planas. Inde deriuatur uerbum quod significat eleuare seu sursum trahere, fortificare. Exodi uicesimooctauo. Et stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis rectius sic uerbum è uerbo. Et eleuent seu sursum trahãt rationale de annulis suis ad annulos ephod, scilicet quod supra illud erit.

* רכש Animal quoddam celerrimum uecturæ ac equitatui aptum: quidã putãt mulos esse, alij camelorum genus, alij dromedarios, translatio nostra habet uereda-

ueredarios: Esther 8. Et missę per ueredarios qui per omnes prouincias discurrentes: sed translator iterum rhetorico more orationis ornatum sequens uerba dimittit: sic enim hebraice legitur. Et missę sunt epistolę per manum cursorum in equis, equitantiũ uelocissimos equos: dromedarios, pullos mulorum, ut sit figura articulus: & iterum Michęę 1. Tumultus quadrigę stuporis habitãti Lachis: nescio quid dicere uoluit, sed hebraice sic legitur. Liga currũ ad equum uelocissimũ, quæ habitas Lachis. Aliud significatum רְכוּשׁ omnis substantia bonorum quæ possidentur ab homine generaliter siue in rebus immobilibus seu mobilibus ac se mouentibus: Genesis 14. Da mihi animas cętera tolle tibi, id est, da mihi homines, substantiam bonorum sume tibi, & sic significat opulentiam & diuitias.

* רָמַם Exaltauit, sublimauit: Iob 22. Et super stellarum uerticem sublimetur, rectius sic, Et cerne cacumen stellarũ quod exaltatę seu sublimatę sunt, & Ezechielis 10. Et eleuata est gloria domini super Cherubim, & inde nomen רָם Psalmo 113. Excelsus super omnes gentes dominus: & sic in alio significato cata paragogen nun רִמּוֹן malum punicum siue pomum gratum, Canticorum 4. Sicut fragmẽ mali punici. Aliud significatum רִמָּה uermis: Iob 21. Et uermis operiet eos. In alio loco interpretatur tinea. Isaiæ 14. Subter te sternetur tinea. Aliud significatum מִרְמָה & רְמִיָּה fraus & dolus. Prouerbiorum 26. Ita uir qui fraudulẽter nocet amico suo: & Oseæ 7. Quasi arcus dolosus, aliud significatum רָמָה iacere siue iactare. Exodi 15. Equum & ascensorem deiecit in mare. Vnde quidam præcedentem Oseæ uersiculum exponunt de arcu iaculorum.

* רֹמַח Lancea, pugio, hasta: Numeri uicesimoquinto. Et arrepto pugione ingressus est post uirum: & Ieremiæ 46. Polite lanceas.

* רַמָּךְ Mulus magnus ex equa natus: Esther octauo, ueredarios &c. ubi dicitur rectius, Mulos iuuenes pullos equarum.

* רָמַשׂ Conculcauit: Psalmo 91. Cõculcabis leonem & draconem: & Ezechielis 26. Conculcabit omnes plateas tuas: & inuenitur per sin in fine loco samech consimilis quasi significationis. Genesis septimo. Consumptaq́ est omnis caro quæ mouebatur super terram. Inde repere, reptare, & reptile, & alia deriuata. Item מִרְמָס conculcatio: Isaiæ quinto.

רָן & רָנַן Exultauit, iocũdatus est, facetus fuit, lętatus est, uafre dixit: & qa aperit se homo in scõmatis iocis & uafre dictis, ideo puto trãslationẽ nostrã aperiri, hoc est, dissolui in iocos interpretatã. Isaiæ 35. Et aperta erit lingua mutorũ: sic Psal. 51. Exultabit lingua mea iusticiam tuam. Zachariæ secundo. Lauda & lætare filia Sion: rectius secundum Septuaginta. Lętare & gaude filia Sion: omnia deriuata, ut sunt רִנָּה & רְנָנָה significant lęticiam uocalem & clamorem lętum, Aliud significatum רָנָן noctua seu alia auis nocturna quę uociferat huhu, nostra translatio uertit struthionẽ: Iob 39. penna struthionis.

* אַרְנֶבֶת Prępositione aleph & cata paragogen thau significat leporem: Deuteronomij decimoquarto. Camelum leporem & chęrogylium: mendosi libri nostri habent chirogrillum.

* רְסִיס Stilla, gutta: Canticorum 5.

Et cincinni mei guttis noctium, id est, stillis: sic enim thargum exponit. Aliud significatum rima, fissura, Amos sexto. Et percutiet domum maiorem rimis: nam ruinis menda est.

* רֶסֶן Frenum, capistrum: Isaię tricesimo. Et frenum erroris quod erat in maxillis populorum: & Psalmo tricesimo secundo. In camo & freno.

* רָעֵב Esuriuit. Psalmo tricesimo 4. Diuites eguerunt & esurierunt: & Isaię quadragesimonono. Non esurient neq; sitient. Inde nomen רָעָב Genesis quadragesimoprimo. Et in uniuerso orbe fames prçualuit.

* רָעַד Tremuit. Psalmo 104. Qui respicit terram & facit eam tremere. Inde nomen רַעַד & רְעָדָה Exodi 15. Robustos Moab obtinuit tremor.

* רָעָה Pauit, rexit gregatim, scilicet ut pastor: Ieremię quinquagesimo. Et pascetur Carmelus & Basan: & Isaię 5. Et pascentur agni iuxta ordinem suum. Inde nomen רוֹעֶה Psalmo uicesimotertio. Dominus regit me & nihil mihi deerit, quod Hieronymus multo rectius uertit sic, Dominus pastor meus: & Canticorū primo, ubi pascas: & infra. Et pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum: qđ per licentiā quandoq; deponit mem plurale, ut Isaię tricesimooctauo. Quasi tabernaculum pastorum: potest tamen interpretari, quasi tabernaculum pastoris, ut sit iod finale loco he, ut in grāmatica. Inde מַרְעִית pascua & alia deriuata. Aliud significatum, in uanum laborare, frustra absumere, affligere, defatigatio. Ecclesiastis primo. Vanitas & afflictio spiritus; & infra. Labor & afflictio spiritus, id est, absumptio spiritus: sic Oseę 12. Ephraim pascit uentos, rectius, Ephraim frustra absumit uentum, eo quod non iuuatur neq; alitur ex eo. Aliud significatum רֵעַ amicus. Leuitici decimonono: Diliges amicum tuum sicut teipsum: similiter רַעְיָה amica. Canticorum secundo. Amica mea formosa mea. Aliud significatū רְעוּת uoluntas, cogitatio: Psalmo centesimo tricesimonono. Intellexisti cogitationes meas delonge. Aliud significatum conquassare, conterere, cōfringere. Ieremiæ secundo. Constuprauerunt te usq; ad uerticem: rectius interpretatur Nicolaus de Lyra confregerunt te: huic simillime quidam Hebræorum exponūt uersiculum Iob uicesimoquarto. Pascit sterilem quæ non parit, sic: Conquassat & confringit sterilem quæ non parit & uiduæ non benefacit: sed rabi Salomon exponit de duabus uiduis, una quæ habet liberos eget & esurit, altera quæ non habet liberos pascitur & lætatur. Item Micheæ quinto. Et pascent terram Assur in gladio, rectius sic: Et confringent seu conquassabunt terram Assur gladio.

* תַּרְעֵלָה Tremor, fremitus, tumultus, translatio nostra diuersimode uertit crapulam, compunctionē, soporem: Zachariæ 12. Superliminare crapulæ omnibus populis: pro quo Septuaginta. Super liminaria quæ mouentur, intelligo quæ tremunt: & Nahū 2. Et agitatores cōsopiti sunt, pro quo Septuag. timebunt: & Psal. 60. Potasti nos uino cōpunctionis: pro quo Hieron. uino cōsopiente, sed proprietas huius uerbi est fremere & tremere. Aliud significatū רְעָלָה mitra adornata monilibus. Isaiæ 3. Armillas & mitras & discriminalia: magisti Hebræorū

dicunt

dicūt esse uela mulierū, quibus orientales solēt caput obnubere ne facies uideant. רעם Tumultuauit, indignatus est, furit, motauit, contremuit. Ezechie. 27. Motauerunt uultus, non mutauerunt, ut quidam mendosi codices habent, quasi diceret indignāter detestati sunt, ab eo scilicet motu tumultus atq; tremore: translationes nostræ uerbum hoc ad tonitrua transumpserunt. 1. Paralip. 16. Tonet mare & plenitudo eius. pro cōtremiscat: nō enim Neptuni sed Iouis tonare est. sic 2. Reg. 22. Tonabit de cœlo dñs, & Psalm. 18. similiter. Inde nomen רעם Iob 26. Quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri: potius dixisset fulgur, nā tonitru non cernitur, sed rectius hebræi sic: Et tumultum seu indignationem fortitudinis eius quis intelliget?

רען Virescebat, uiridis fuit, & nō crebrescit in usu nisi per duplicationem nun finalis. Cantic. 1. Lectulus noster floridus, uiridibus obductus. Inde nomen רענן Psalm. 52. Ego autē sicut oliua fructifera, p quo rectius interpretat Hiero. in suo psalterio, sicut oliua uirens.

רעף Stillauit, rorauit. Prouer. 3. Et nubes rore concrescunt. rectius sic. Et nubes stillabunt rorem. & Psalm. 65. Et Et campi tui replebuntur ubertate, pingue scent speciosa deserti: sed rectius uertit Hieronymus rorabuntur pinguedine, hoc est, stillabunt.

רעץ Detriuit, cōtriuit, dissipauit, cōfregit, perdidit. Exodi 15. Dextera tua percussit inimicū, id est, confregit perdidit. Iudic. 10. Afflictiq; sunt acuehementer oppressi, id est, detriti, dissipati atque confracti sunt.

רעש. Concussit, impetuose cōmouit, tremuit. Ezech. 38. Et cōmouebūtur à facie mea pisces maris. & eiusdem 26. Cōmouebuntur insulæ. & uerbū transitiuū Iob 39. Nūquid suscitabis eum quasi locustam, pro, commouebis eum. Quoti ens aūt reperitur significare augmentū & multiplicationē, cōtingit illud per methatesin literarum. Hinc nomen רעש commotio: Ezechielis 3.

רפא Restituit, integrauit, sanauit, medicauit. Isaiæ 6. Et cōuertatur & sanem eum. Ieremię 17. Sana me domine & sanabor. & Genes. 20. & sanauit deus Abimelech. Inde רפאים medici & unguētarij. Gen. 50. Præcepitq; seruis suis medicis, ut aromatibus condirent patrē. Inde nomen רפאות & מרפא medicina, sanitas, &c. Iere. 46. Frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi, quandoq; mutatur aleph in he & idem significat. ut Iere. 3. Cōuertimini filij reuertētes & sanabo auersiones uestras, quāuis in multis tam impressis quàm scriptis codicibus inueniatur scriptū in eodē loco per aleph, tamē in libris castigatis additur massora quæ indicat ibi scribendū per h. Item 2. Paralip. 7. Et sanabo terram eorū, id est, restituā. Aliud significatū רפא gigantes, homines robusti. Deute. 2. Gigantes sicut Enakim: aliud significatū mortuus. Psal. 88. Aut medici suscitabunt & cōfitebūtur tibi, pro quo Hieronymus: & gigantes resurgent, sed rectius sic: aut mortui resurgēt et laudabūt te. sic Prouerbi. 21. Vir qui errauit in uia doctrinæ in cœtu gigantū commorabitur, rectius sic, In congregatione mortuorum morabitur.

רפד. Pauimentauit, strauit. Iob 41. Et sternet sibi aurum quasi lutum: rectius sic, Sternet aurum super lutum. Inde

nomen רְפִידָה Cantic.3. Reclinatorium aureum, pro, ſtratum aureũ. Aliud ſignificatum cõfortare, ſtipare. Canticorum 2. Stipate me malis.

* רָפָה Reſedit, quieuit. Iudicum 8. Quod cum locutus eſſet requieuit ſpiritus eorum: ſic etiam Ionathas chaldæus exponit. Inde nomẽ רָפֶה impotẽs, infirmus, et debilis, eo quod facile quieſcat. Numeri 13. Vtrum fortis ſit an infirmus: & paſſiuũ legitur Exodi 5. Vacant enim & iccirco uociferãtur, quaſi dicere liceret, quietificantur ipſi: & inuenitur quãdoque aleph pro he finali, ut Eccleſiaſ. 10. Quia curatio faciet ceſſare peccata maxima, rectius ſic, Impotẽtia deprimit peccata magna. Significat & dimittere, deponere, relinquere 2. Regũ 24. Contine manum tuam: rectius ſic, Fac quieſcere manũ tuam, uel potius dimitte manum tuam.

* רָפַס Ambulauit, cucurrit, inceſſit. Pſalm. 68. Vt excludant eos qui probati ſunt argento: tranſlationes huius uerbi ſunt uariæ & obſcuræ. Hiero. uertit calcitrantes contra rotas argenteas: rabi Salomon exponit quod non occurrant unicuique homini ſed tantum ei qui faciat ad eos currere argentũ, uel aliter, quod nemo placeat eis niſi cui placet argentum. Et inuenit quandoque per ſin loco ſamech ſcriptum.

* רַפְסֹד Ratis 2. Paralip. 2. Et applicabimus ea ratibus per mare in Iope.

* רָפַק Iunctus, innixus, coherens, conglutinatus eſt. Canticorum 8. Innixa ſuper dilectum ſuum.

* רֶפֶשׁ Fœditas, cœnum, tranſlatio noſtra uertit conculcationem. Iſaiæ 57. In conculcationem & lutum.

* רֶפֶת Stabulum iumentorũ; tranſlatio noſtra uertit præſepe. Habacuk 3. Et non erit armentum in præſepibus.

* רָצַץ Colliſit, contriuit, deſtruxit, confregit, perdidit, oppreſſit. Amos 4. Et cõfringitis pauperes. & 1. Regum. 12. Si oppreſſi aliquem.

* רָצַד Saltauit, inſultauit, exultauit, laſciuiuit. Pſal. 68. Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos: rectius ſic, quare ſaltatis montes coagulorum?

* רָצָה Voluit, placuit. Pſalmo 102. Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius. & Pſalmo 149. Quia beneplacitũ eſt domino in populo ſuo. & inde nomen רָצוֹן beneplacitũ, uoluntas, beneuolentia. Pſalmo 30. Et uita in uoluntate eius. Aliud Leuitici 26. Tunc placebũt terræ ſabbata ſua, id eſt, tunc perficiet, exequetur ſeu complebit terra ſabbata ſua, ſcilicet reſtantia quæ uos non compleuiſtis. Aliud ſignificatum, conuerſari. Pſal. 50. Videbas furẽ currebas cum eo: pro, conuerſatus es cũ eo: & inuenitur per aleph in fine loco he, ſignificatque procedere ſeu ire. Ezechielis primo. Et animalia ibant & reuertebantur.

* רָצַח Occidit. Deute. 4. Qui occiderit nolens proximũ ſuum. Inde רוֹצֵחַ occiſor, homicida, ut ibi: & eiuſdem 19. Qui propter homicidium profugus eſt, & hæc erit lex homicidæ.

* רָצַע Perforauit. Exodi 21. Perforabitque aurẽ eius ſubula ſeu perfoſſorio inſtrumento. ſic habes uerbum & מַרְצֵעַ nomen.

* רֶצֶף & רִצְפָּה Carbo uiuus de pruna, quem tranſlatio noſtra calculum uocat. Iſaiæ 6. Et in manu eius calculus quẽ forcipe tulerat de altari. & 3. Regum 19. Et ecce ad caput ſuũ ſubcinericius panis. rectius

rectius sic. Placenta carbonum. Aliud significatum pauimentū. Ezechielis. 40. Et pauimentum stratum lapide in atrio. & Ester 1. Super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide. Inde uerbum תְצוּף medio charitate constrauit, recte sic: Interius pauimentatur amor.

* רַק Quippe, nempe, uerumtamē, tantūmodo, forsitan. Deutero. 3. Solus quippe Og rex Basan, Psal. 32. Verumtamen in diluuio aquarum multarum. & Isaiæ 28. Tantūmodo sola uexatio intellectum dabit auditui. & Genes. 20. Forsitan non est timor dei in loco illo: & sic uarie intelligitur significatū eius secundum quod orationi cuiq; applicatur, quemadmodum aliorum significatiuorum.

* רַק & רָקֵק Cōsumptus, exhaustus, tenuis, miser, macilētus. Geñ. 41. Et ecce has sequebantur aliæ septē boues in tantum macilētę. & sic deinceps ubi iterum translator plus oratoris quam interpretis fungitur munere, & à tenuitate dicuntur sic רְקִיקִים lagana, crustulæ, placētæ tenues. Exodi 29. Lagana quoq; azyma oleo lita. Aliud significatū רַקָּה tempora capitis. translatio nostra habet gena, eo q ibi sit tenuitas carnis. Cantic. 4. Sicut fragmē mali punici ita genę tuę. Aliud significatū spuere, sputū, saliua. Deuteronomij 25. Et spuet in faciem eius. & Leuit. 15. Si saliuam huiuscemodi homo iecerit. & Iob 30. Et faciē meam conspuere non uerentur. & eiusdem 7. Vt glutiam saliuam meam.

* רָקַב Putruit. Isaię 40. Forte lignū imputribile elegit artifex. & Prouer. 10. Et nomē impiorū putrescet: & inde רָקָב nomē putredo, caries. Iob 13. Et quasi putredo consumpti sunt, & eiusdem 41: & lignum putridum æs.

* רָקַד Exiliuit, saltauit, exultauit. Psal. 114. Montes exultauerūt ut arietes. & Ecclesiastis 3. Tempus plangendi & tempus saltandi. & uerbum graue רִקֵּד Isaię 13. Pilosi saltabunt ibi.

* רָקַח Condiuit, pigmētauit, coxit, unguentariorū more cōmiscuit, uel sicut apothecarij solent composuit. Exodi 30. Homo quicunq; tale cōposuerit. Inde nomen מִרְקַחַת ut ibi, unguentū compositū opere unguētarij. Item thymiama cōpositū opere unguentarij. & Cantic. 5. Consitę à pigmētarijs. Omnia deriuata significāt aromatica cōdimēta medicorū seu apothecariorū. Hinc רוֹקֵחַ aromatarius.

* רָקַם Acupinxit, imaginibus intexuit, polymitauit, & si dicere liceret, texipinxit. Psal. 138. Et substantia mea in inferioribus terrę. Hiero. Imaginatus sum in nouissimis terrę: uoluit dicere, cōtextus sum in inferioribus terrę, id est, in matrice. & Exodi 26. Coccoq; bistincto & bisso retorta opere plumario: rectius, opere acupictorio siue textorio. Inde רִקְמָה uestis imaginibus intertexta seu uestis discolor & polymita, ut Ezech. 16. Et uestiui te discoloribus: & infra, Et sumpsisti uestimenta tua multicoloria. Iudic. 5. Vestes diuersorum colorum Sisarę traduntur in prędam, & suppellex uaria ad ornanda colla cōgeritur: rhetorica interpretatio.

* רָקַע Expandit, extendit. Isaię 44. Stabiliens terrā & nullus mecū, pro, expandens seu amplians: & 2. Regum 22. Comminuam eos atq; confringam, pro, atq; distendam & extenuabo eos calcando. Inde nomē רָקִיעַ expansio seu extensio, quod firmamentum nominamus. Geñ. 1. Fiat firmamentū. Sic Nume. 16.

Et pro

Et producat ea in laminas: & infra, et produxit ea in laminas, id est, tundendo amplians & extendens scilicet malleo. Illud autē quod legitur Ezech. 6. Et allide pedem tuū, potest exponi, calca pede tuo, scilicet extendendo puluerem seu lutum quod sub pede est.

* רָשַׁשׁ Perijt, depauperatus est, ad summam miseriam redactus est, neutro passiue: Malachiæ primo, quod is dixerit Idumæa, destructi sumus. id est, secundum Dauid kimhi in cōmentarijs, pauperes et miseri sumus: ex quo intelligitur id quod legitur Ieremię 5. Et conteret urbes munitas tuas, id est, depaupabit atq; perdet. Aliud significatum per præpositionem thau & hirek in fine תַּרְשִׁישׁ lapis preciosus, quē translatio nostra hyacinthum nominat, Canticorum quinto. Plenæ hyacinthis: alio in loco traducitur chrysolithus, Danielis 10. Et corpus eius quasi chrysolithus. Significat etiam quandam insulam quæ dicitur Tharsis, lonę 1. Vt fugeret in Tharsis. Ab hoc uocabulo deriuantur pauper & paupertas, & cętera deriuata per apocopen, de quibus supra in ראשׁ dictum est.

* רִשְׁיוֹן Iussus, mandatū, translatio nostra præceptū uertit & recte. Ezre 3. Secundum quod præceperat Cyrus rex persarum eis. Hinc nomen רִשְׁיוֹן licentia, facultas, ibidem.

* רָשַׁם Significauit, notauit, insinuauit, intimauit. Danielis 10. Annunciabo tibi quod expressum est in scriptura ueritatis, pro eo quod legi deberet, significatum seu notatum est.

* רָשַׁע Peccauit, inique egit, impie gessit. Psalmo 18. Nec impie gessi à deo meo. & Ecclesi. 7. Ne impie agas multū: & in alia forma Danielis 9. Peccauimus iniquitatem fecimus inique egimus. Et nomē רָשָׁע iniquus, impius, peccator. Prouerbiorū 11. Impius facit opus instabile: & Psalm. 50. Peccatori autem dixit deus: & prima per segol רֶשַׁע peccatū, impietas, Ecclesiastis 8. Neq; saluabit impietas impium: cui sępe additur he in fine fœminini generis רִשְׁעָה Zachariæ 5. Hæc est impietas.

* רֶשֶׁף Carbo ignitus, teda uel lampas. Canticorū 8. Lampades eius ut lampades ignis atq; flammarum: Hebræi exponūt ut carbones. sed capitur quādoq; pro dęmone urente, Habacuk 3. Egredietur diabolus ante pedes eius: alij traducunt pestilentiam quæ suo ardore interficit, alij febrem intensam, quod idem est. Aliud significatum ferrum acutum in capite sagittę, sed Hieronymus pinnas arbitratur esse in posteriore sagittarum parte quæ ipse uolatilia uocat. Psalmo 76. Ibi confregit potentias arcum, pro quo Hieronymus: Ibi confregit uolatilia arcus, Hebręi uero, Ibi cōfregit aculeos arcus.

* רֶשֶׁת Rete proprie, & ab alijs uocatur laqueus. Iob 18. Immisit enim in rete pedes suos. & Psalm. 57. Laqueum parauerunt pedibus meis. Oseę 7. Et cū profecti fuerint expandā super eos rete meum. & Exodi 27. Craticulamq; in modū retis ęneam.

* רְתֵת Tremor, Oseę 13. Loquente Effraim horror inuasit Israel.

* רָתַח & רָתַח Bulliuit, elixauit, efferuendo coxit. Ezechielis uicesimoquarto. Efferbuit coctio eius.

* רֹתֶם Iuniperus 3. Regum 19. Et sederet subter unam iuniperum: alij exponunt genestam. Aliud significatū ligare.

Michęę

Micheę primo. Tumultus quadrigę: rectius sic, Liga quadrigam.

* רתק Clausura, catena, conclusio. Ezechielis 7. Fac conclusionem: & illud quod legitur Ecclesiastis 12. Antequam rumpatur funiculus argenteus, legũt alij sic: Quousq; non catenabitur funiculus: sic Nahũ 3. Et omnes optimates eius con fixi sunt in compedibus, id est, catenati sunt seu clausi.

ישמח יהוה במעשיו

שש Byssus, pannus lineus. Exodi 25. Et byssum & pilos caprarum: & eiusdem 27. & bysso retorta. & Genes. 41. uestiuit eum stola bissina.

* ששה In sex partes diuisit, quasi dicere liceret, sextauit, sicut dicimus decimauit. Ezech. 45. Et sextam partem ephi de coro hordei: uerbum è uerbo sic, & sextabitis ephi de mensura hordei. Patitur quãdoq; epenthesin aleph. Itẽ nomẽ sex ששה & ששה Exodi 16. Sex diebus colligite, & inde deriuata ut in grãmatica.

* ששן Lilium, uiola, rosa. Canticorum 2. Ego flos campi & lilium conuallium: & ibi, sicut lilium inter spinas: & sicut Rhodus à rosa & Florentia à flore, sic Susan ciuitas regalis et electa. Ester secundo. Erat uir Iudęus in Susis ciuitate.

* ששר Color rubeus & illustris ex terra rutila cõfectus, quo usi sunt ueteres ad splendorem pictoribus ad penicillum aptus, à Sinope urbe dictus Sinopis ubi foditur, ut scribit Plinius naturalis historiæ libro 34. cap. 6. Est autẽ Sinope, Stephano Byzantio de urbibus authore, ciuitas splẽdidissima Põti, à Macritio Coo statuta, & scribitur prima uocabuli Sinopis per iota, habetq; penultimã longam. De isto colore loquitur Ieremias cap. 22. Et facit laquearia cedrina pingitq; sinopide. Rabi Dauid kimhi in libro de radicibus dicit significare minium.

* שאב Hausit. Isaię 12. Haurietis aquas in gaudio. & Gen. 24. Vt hauriret aquã & haustã omnibus camelis dedit.

* שאג Rugiuit. Amos 3. Leo rugiuit, quis non timebit? & paulo superius: nunquid rugiet leo in saltu: & Psalm. 36. Rugiebam à gemitu cordis mei. Hinc nomen שאגה rugitus.

* שאה Consternauit, deuastauit, desolatus est. Isaię 6. Donec desolentur ciuitates absq; habitatore. Inde nomẽ שואה deuastatio, calamitas, desolatio. Psalmo 35. Veniat illi laqueus quem ignorat: pro quo rectius Hiero. Veniat ei calamitas: & uerbum in alia forma משתאה Genes. 24. Ipse aũt contemplabatur: rectius sic, & uir consternatus est propter eam: per metathesin thau & schin literarum, ut in grammatica. Aliud significatum שאון tumultus, strepitus, sonitus, fremitus. Isaiæ 17. Et tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum sonabũt, populi sicut sonitus aquarũ inundantium sonabunt. Omnia fremere significant.

* שאט Contempsit, spreuit, opprobrauit, translatio nostra uertit ambitionem. Ezechielis 16. Filiarũ Palęstinarum quæ ambiunt te per gyrum: sed Theodotio aliquantulo melius traduxit sic: quæ abominantur te: Hebræi sic, ignominiose contemnentes te.

* שאל Quęsiuit, petiuit, interrogauit. Gen. 43. Interrogauit nos homo. & Isaię 7. Pete tibi signũ à deo. Inde שאלה petitio, hoc est, donũ, interrogatio, q̃stio.

ut 3.

ut 3. Regum 2. Petitionem unam paruulam deprecor: & quandoq; euanescit aleph, & nō scribitur, ut 1. Regum 1. Deus Israël det tibi petitionem tuam. Aliud significatum שְׁאוֹל fouea sepulchrum, infernus. Prouerbiorum 30. Infernus & os uuluæ, id est, sepulchrum siue mors. ut Genes. 42. Deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

* שָׁאַן Quietus & pacatus sedit, repetitur tantum geminato nun finali sic שַׁאֲנָן opulentus, fertilis, exuberans fuit. Ieremiæ 48. Fertilis fuit Moab ab adulescentia sua. Item Isaię 32. Et in requie opulenta: & paulo superius, Mulieres opulentę surgite: & in masculino Amos. 6. Vę qui opulenti estis in Sion, id est, pacati estis.

* שָׁאַף Insorpsit, inglutiuit, attraxit sicut anhelitū siue aërem, suspirauit, anhelauit. Iere. 2. In desyderio animæ suæ attraxit uentum amoris sui: & Isaiæ 42. Dissipabo & absorbebo simul. Sic Psalmo 109. Os meum aperui & attraxi spiritum. & Iere. 14. Attraxerūt uentū quasi dracones. Aliud significatū conculcare. Psalmo 56. Miserere mei deus quoniam cōculcauit me homo: quidam Hebræorum exponūt, etiā absorpsit. Aliud significatum, desyderare: Iob 7. Sicut ceruus desyderat umbram. Alij uero secundum primam significationem exponunt sicut ceruus suspirat umbram: sic Ecclesiast. 1. Oritur sol & occidit & ad locū suum reuertitur ibi renascens: quod exponūt sic, Et oritur sol & occidit sol, & ad locum suum anhelans oriturus est illic.

* שָׁאַר Superfuit, reliquus fuit 1. Regum 16. Adhuc reliquus est paruulus & ecce pascit oues: & ab eo uerbū passiuum נִשְׁאַר 2. Regum 14. Vt non supersit uiro meo nomen & reliquię super terram: & Isaię 4. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion. Inde deriuata ut שְׁאֵרִית Sophon. 3. Reliquię Israël nō facient iniquitatem. Sępe etiam caret aleph, ut שֵׁרִית 1. Paralippomenon 12. Sed & omnes reliqui ex Israël uno corde erant. Aliud significatū ultima per zere שְׁאֵר carnes uel caro, cibaria, quod translatio nostra uertit mensam, Psalm. 78. Aut portare mensam populo suo: Hebræi legūt, & S. Hiero. carnem: sic etiam exponit rabi Salomon, & ita paulo inferius, Et pluuit super eos sicut puluerē carnes. Aliud significatum שְׁאֵר & שַׁאֲרָה consanguineus, propinquus, proximus, Leuitici 18. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat. Aliud significatū שְׁאֵר & מִשְׁאֶרֶת alimentum. Exodi 21. Quod si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias & uestimenta & precium pudicicię non negabit: uerbum è uerbo sic, Si alteram acceperit sibi, alimenta, uestimēta & interesse non diminuat. Significat etiam omnem uictum. Deutero. 28. Et benedictæ reliquię tuæ, magistri hebręorum exponunt farinam sabactam. Aliud significatum שְׂאוֹר cum smol, fermentum, Exodi 12. In die primo nō erit fermentum in domibus uestris, & sic scribitur ultima per holem.

* שְׂאֵת Tumidum, eleuatum, tumefactum, tuberculatum: & est species morpheę. Leuitici 13. Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color: uidetur ab alio uerbo esse deriuatum scilicet נָשָׂא uide supra.

* שְׁבָב Præsegmē lignorum, nostra translatio uertit telas aranearū. Osec 8.

Quoniam

Quoniam in aranearũ telas erit uitulus Samariæ: alij ſic, in ſcintillas, ut Iob 18. Nec ſplẽdebit flamma ignis eius, id eſt, ſcintilla. Aliud ſignificatum uertere, circumagere. Ezechielis 38. Et circũagam te, & ponam frenum in maxillis tuis, & infra: Ad terram quæ reuerſa eſt à gladio. & Micheæ 2. Cum reuertatur qui regiones noſtras diuidat. * Videtur potius in poſteriori ſignificato eſſe uerbum piel à שרב reuerſus eſt.

* שָׁבָה Prædatus eſt, apprehendit, cœpit. Ieremię quadrageſimoprimo. Omnis populus quem cœperat Iſmaël: & amittit he finale aliquãdo, ut Numeri uiceſimo primo. Et uictor exiſtens duxit ex eo prædam. ubi in nomine שְׁבִי iod ponitur pro he: & ſic שְׁבִי captiuus captiua. Iſaiæ 52. Captiua filia Sion. Item Numeri 31. Prædam & uniuerſa quæ cœperant. Hinc שְׁבִית & שְׁבִיָה captiuitas. Aliud ſignificatum שְׁבוֹ lapis precioſus, qui à nobis dicitur achates, ſed uernacula lingua turkis uocatur. Exodi 28. Intertio ligurius achates & amethyſtus.

* שָׁבַח Laudauit. Pſalm. 145. Generatio & generatio laudabit opera tua: ſimiliter & labia mea laudabũt te. & Pſal. 147. Lauda Ieruſalem dominum. Aliud ſignificatum הִשְׁבִּיחַ pacare, cõpeſcere, mitigare. Pſalm. 85. Motũ aũt fluctuum eius tu mitigas. & Pſal. 65. Qui cõturbas profundũ maris ſonum fluctuũ eius, multo rectius uertit Hieronymus ſic: Cõpeſcens ſonitũ maris, fremitũ fluctuũ eius.

* שֵׁבֶט Virga, baculus, fuſtis, tribus, ſceptrum. Iudicum 4. Et dimidia tribus Manaſſe: & paulo ſuperius. Singulos de ſingulis tribubus, & infra pluraliter. Iuxta numerũ filiorum Iſraël, addendum eſt aſteriſco tribuum, ut ſit lectio: iuxta numerum tribuum filiorum Iſraël. Item Exodi 21. Qui percuſſerit ſeruũ ſuum uel ancillam uirga. & Pſalmo 2. Reges eos in uirga ferrea. Item Geneſ. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda: ſic Pſalmo 45. Virga regni tui, id eſt, ſceptrũ. Aliud ſignificatum calamus ſcriptoris. Iudicum 5. De Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandũ: rectius ſic, de Zabulon trahentes calamum ſcriptoris: Ita Ionathas chaldęus uertit, quaſi diceret, de Zabulon uiri ſapientes & literati.

* שָׂבַךְ Cancellauit, reticulauit. 3. Regum 7. Et quaſi in modum retis & catenarum ſibi inuicem miro opere cõtextarum. & 4. Regum 1. Ceciditq; Ochozias per cancellos cœnaculi ſui. Nomen שְׂבָכָה cancelli.

* שְׁבִיל Semita. Pſalmo 77. Et ſemita tua in aquis multis. & Ieremiæ decimooctauo. Semitis ſeculi: unde dicitur planta pedis שׁוֹבֶל quę facit ſemitam. Iſaię 47. Diſcooperi humerum, Hebręi ſic, oſtende pedẽ ſiue plantam. Aliud ſignificatum שִׁבּוֹל ſpica. Geneſis 41. Septem ſpicę. & Iob 24. Et ſicut ſummitas ſpicę contererentur. ſic Iudicũ 12. Dic igitur שִׁבֹּלֶת at ille dixit סִבֹּלֶת Aliud ſignificatum, alueus quem fluctus corraſerunt. ut Iſaiæ 27. Ab alueo fluminis uſq; ad torrentem. & hoc putant illud eſſe, Iudicum 12. Dic ſchiboleth.

* שְׁבִיס Ornamentum muliebre, & appellant lunulas, Iſaiæ tertio. Et lunulas & torques.

* שֶׁבַע Septem. Leuitici 23. Septem hebdomadas: & infra, Offeretisq; cum panibus ſeptem agnos immaculatos. Inde deriuata ut in grãmatica & frequenti

lectione biblię hebraicę. Aliud significatum נִשְׁבַּע iurare. Genesis 25. Iurauit ei Esau. & Deute. 6. Et per nomen eius iurabis. Inde deriuata שְׁבוּעָה iuramentum. Iudicum 21. Grandi enim iuramento se constrinxerant: & הִשְׁבִּיעַ adiurare. Genesis 24. Vt adiurem te per deum cœli. Aliud significatum שָׂבַע & הִשְׂבִּיעַ saturare & satiare. Deuteronomij 8. Vt cum comederis & saturatus fueris benedicas domino deo tuo. & 1. Paralip. 23. Igitur Dauid senex & plenus dierum, id est, saturdiebus. sic 2. Paralip. 24. Senuit autē Ioiada plenus dierum, id est, satiatus ætate. Inde שֹׂבַע satietas & saturitas, & alia deriuata.

: satiare. *: saturitas*

✻ שָׁבַץ Auro ligauit, strinxit, coartauit, Exodi 28. Stringesq́ tunicam bisso: & supra, tunicam lineam strictam: & infra. Inclusi auro erunt, quasi constricti aureis capsellis: quas uncinos traduxit paulo superius. Facies & uncinos ex auro. Hinc nomina מִשְׁבְּצוֹת & תַּשְׁבֵּץ inclusorium.

✻ שָׁבַר Fregit, contriuit, perdidit, destruxit. Isaię 14. Contriuit dominus baculum impiorū, uirgam dominantiū. Iere. 19. Et conteres lagunculam in oculis uirorum: & infra, Sic cōteram populū istum & ciuitatē istam, sicut cōteritur uas figuli: & transumitur pro tribulatione & cōsternatione. Psal. 51. Sacrificium deo spiritus cōtribulatus, id est, animus fractus & consternatus, sic transumptiue dicitur de uiro, qui deuirginat uirginem fractis claustris ut pariat. Isaię 66. Nūquid ego qui alias parere facio nō pariam: & sic nominatur matrix siue uulua parientis mulieris מִשְׁבַּר ab apertura & fractura. Oseæ 13. Nunc enim non stabit in contritione filiorum: quod uerbū è uerbo sic legitur. Quoniam tempus nō stabit in matrice seu uulua filiorum. Aliud significatum שֶׁבֶר annona & prouentus alimentorū & esca generaliter siue uictualia per sex puncta. Genesis 42. Audiens autem Iacob quod alimenta uenderētur in Ægypto: & uerbum gerundiuum eiusdem quadragesimoprimo. Vt emerēt escas, pro, ad alimentandum: & sic significat emere & uendere.

✻ שִׂבֵּר Sperauit, expectauit, sustinuit. Isaię tricesimooctauo. Non expectabunt qui descendunt in lacum ueritatem tuam. & Psalmo centesimoquinto. Oculi omnium in te sperant domine.

✻ שָׁבַת Finiuit, uacauit, quieuit, ociatus est, sabbatizauit, cessauit. Threnorū quinto. Defecit gaudium cordis nostri, pro, cessauit, Genesis secundo. Et requieuit die septimo ab omni opere quod patrarat. Inde שַׁבָּת sabbatū à requie. Isaiæ 66. Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. Inde sabbatum sabbatorum & alia deriuata.

✻ שָׁגַג Deliquit non dedita opera, peccauit ignoranter, impręmeditate deliquit. Leuitici quinto. Qui orabit pro eo quia nesciens fecerit. Inde שְׁגָגָה delictū non de industria, per paragogen he: similiter peccatum per ignorantiam. Leuitici 4. Anima quæ peccauerit per ignorantiam, &c. Inde nomen מְשׁוּגָה Iob 19. Nempè si ignoraui mecum erit ignorantia mea, id est, si per imprudentiam lapsus sum, mecum habitabit imprudentia & simplicitas mea.

✻ הִשְׂגִּיא Magnificatus excreuit, auctus est, multiplicatus est. Iob 8. Aut crescere carectum sine aqua. & eiusdem 37. Digne eum inuenire non possumus, magnus

magnus fortitudine. & Iob duodecimo. Qui multiplicat gētes & perdit eas: & inuenitur etiam scriptū per he loco aleph. ut Iob octauo. Et nouissima tua multiplicentur nimis. quod in nouis codicibus scribitur per aleph, sed in uetustissimis & emendatis scribitur per he loco aleph. Inuenitur etiam duplicatum.

* שָׂגַב Exaltauit, extulit, eleuauit, releuauit. Deuteronomij 2. Non fuit uicus neq; ciuitas quæ nostras effugerat manus, iterum rhetorica interpretatio non grammatica, sed uerbum è uerbo sic legitur: nō erat ciuitas quę leuaret se super nos seu à nobis. Isaię 9. Et eleuabit dominus hostes Razin super eum. Et in passiuo eiusdē 33. Magnificatus est dominus, pro, exaltatus est: translatiōes nostrę plurimum interpretantur protectionem. ut Psalmo 91. Protegam eum quoniam cognouit nomen meum. sed rectius Hieronymus sic, exaltabo eum. Hinc nomē מִשְׂגָּב exaltatio.

* שָׁגָה Errauit, ignorauit. Iob 6. Et si quid forte ignoraui, instruite me. & Leuitici 4. quod si omnis turba filiorum Israël ignorauerit. Et mutatur he in aleph quandoq;, Psalmo 19. Delicta quis intelligit: rectius Hieronymus errores. sic Aquila Symmachus & Hieronymus titulum Psalmi 7. traduxerunt pro ignoratione. Omnia inde deriuata, ut שְׁגִיאָה & מִשְׁגֶּה significant peccatum ignorantię crassę. uel secundum alios etiam curam & laborem. ut Prouerbiorum 20. Quicumq; ijs delectatur non erit sapiens. pro qui laborat in eō, uel sollicitatur & negociatur in eo. Inde faciens errare. Iob 28. Qui decipit iustos in uia mala. & Deuteronomij 27. Maledictus qui errare facit cœcū in itinere. Aliud significatū apprehendere. Deute. 28. Et apprehēdent te.

* שָׁגַח Aspexit, prospexit, respexit. Canticorum 2. Respiciens per fenestras.

* שָׁגַל Violauit, subagitauit. Zachariæ 14. Et mulieres uiolabuntur. Inde uxor שֵׁגָל coniunx, mulier. Psalmo 45. Astitit regina à dextris tuis. quod rectius uertit Hiero. Stetit coniunx ad dexteram tuam. & Deuteronomij 8. Vxorem accipies & uir alius dormiet cū ea, id est, subagitabit eam.

* שָׁגַע Furit, amens fuit, insensatus attonitus stupens fuit. Deuterono. 28. Et stupens ad terrorem eorum quę uidebūt oculi tui. Inde nomen שִׁגָּעוֹן aliud paulo superius, ut in eodem. Percutiat te dominus amentia & cœcitate. Inde מְשֻׁגָּע furiosus & maniacus.

* שֶׁגֶר Pecus recens natum, seu fructus pecoris. Exodi 13. Et quod primitiuū est in pecoribus tuis. & Deuteronomij 7. Et iumentis & gregibus ouiū tuarum.

* שַׁד Mamma, uber. Threnorum 4. Sed & lamiæ nudauerunt mammam: & pluraliter Genes. 49. Benedictionibus uberum & uuluę. & Canticorum 1. Inter ubera mea commorabitur. Aliud significatum שֵׁד per zere, dęmoniū. Exodi 32. Imolauerunt dæmonijs & non deo.

* שָׁדַד Vastauit, depopulatus est. Ezech. 32. Et uastabūt superbiam Ægyptiorum, & participium actiuum & passiuum. Isaię 33. Vę qui prędaris non ne & ipse prędaberis, uerbū è uerbo sic. Hoe deuastans & tu nō deuastatus: & nomen שׁוֹד uastitas & depopulatio. Amos 5. Vastitatem super robustum, & depopulationem super potentem affert. Aliud significatum שַׁדַּי sadai, fortis, magnus,

omnipotens. Genesis 17. Ego deus omnipotens. & ab illo honore intelligũt uersiculum Ecclesiastis 2. Scyphos & urceolos in ministerio ad uina fundenda: quod sic exponunt atq; uertunt: honorẽ & magnificẽtias, nam quod dicitur ad uina fundenda, non est de textu, & ideo obelisco effodiendum. Aliud significatum שָׂדַד agricolare. Oseæ 10. Confringet sibi sulcos Iacob. Inde שָׂדֶה ager siue campus. Genesis 4. Cumq; essent in agro: & sic regio, uastitas siue locus campestris: & sic amittit unum daleth & accipit in fine he, significatq; terram siue tellurem.

שְׁדֵמָה Cata paragogen he finalis fœminini generis incultum significat, & aridum. Isaię 37. Et herba tectorũ quę exaruit antequam maturesceret: et pluraliter Deuterono. 32. De uinea Sodomorum uinum eorum & de suburbanis Gomorrę, pro, syluestribus & incultis campis Gomorræ. Aliud significatũ, uallis, 4. Regum 23. Foras Ierusalem in cõualle Cedron: & quia per eam uallẽ decurrit torrens, ideo pro torrente sępe sumitur, ut thargũ indicat. sic Ieremię 31. Vniuersam regionem mortis usq; ad torrentem Cedron: ubi Hieronymus diuisit uocabulum hoc in duo, sed unum uocabulum est quod septuaginta intactum reliquerunt, & assaremoth posuerunt, sicut etiam in quibusdã antiquis codicibus hebraicis legitur, quanquam inueniam ad notationem illic signatam non שְׁרֵמוֹת sed שְׁדֵמוֹת esse legendam. Est autẽ Cedron quod hebraice קִדְרוֹן dicitur nomen quondam obscurę uallis propè Ierusalem ab obscuritate atq; tenebris sic nominatę, per quam defluit torrens quandoq; obscure apparens, quandoq; aridus & exiccatus: nam Hieronymus in pręfa. to Ieremię loco kidron interpretatur tenebras in commentarijs, unde uidentur errare qui passionem Christi exponunt trans torrentem cedron pro cedrorum, quamuis enim κέδρων Græce significet Latine cedrorum, tamen nõ sic est in hebraico ubi ponitur kidron nomen proprium uallis.

שָׁדַף Exaruit, arefactus est. 4. Reg. 19. Herba tectorum quę arefacta est antequã ueniret ad maturitatẽ. Inde שִׁדָּפוֹן ariditas, quod trãslatio nostra aërem corruptum interpretatur. Deuterono. 28. Et aëre corrupto & rubigine.

שְׂדֵרָה Tabulatum: translatio nostra laqueare uertit, 3. Reg. 6. Texit quoque domum laquearibus cedrinis.

שֶׂה Pecus. Ezechie. 34. Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentũ. sed translatio nostra transumpsit hoc uocabulũ ad uictimã. Gene. 22. Vbi est uictima holocausti: et infra, Deus prouidebit sibi uictimam holocausti fili mi, pro, pecus ad holocaustũ: & est generis cõmunis, quia est genus & transumitur pro omnibus alijs pecudibus, pręsertim pro oue & capra. Cum affixis mutatur he in iod.

שָׂהֵד Testis, conscius. Iob 16. testis meus & conscius meus in excelsis.

שֹׁהַם Onyx, uel onychinus. Genesis primo. Ibiq; inuenitur bdellium & lapis onychinus.

שַׂהֲרֹנִים Ornamentũ equorũ seu camelorum, quas uocant lunulas: nam & chaldęis luna dicit סִיהֲרָא. Iudic. 8. Et tulit ornamẽta ac bullas de collo camelorũ.

הַשְׁוָאָה Clamor, fremitus. Zacharię 4. Et exęquabit gratiam gratiæ eius:

recte

recte sic. Et educet lapidem primarium. Clamores grates grates sibi. uel sic fremitus et clamor gratia gratia ei. Aliud significatum שָׁוְא uacuũ, uanum, inane, frustratoriũ, Iob 7. Sic & ego habui men ses uacuos. & Exodi 20. Nõ assumes nomen domini dei tui in uanum.

* שׁוב Vertit, reuertit, cõuertit, absolute. Isaiæ 6. Et conuertatur & sanem eum. & Canticorum sexto, Reuertere reuertere Sulamithis, non sunamithis, sed sulamith, id est, integra & perfecta. & Ecclesiastis 1. Et in circulos suos reuertitur. Inde uerba grauia & transitiua הֵשִׁיב & שׁוֹבֵב quæ significant facere reuerti, id est, reddere, donare, & respondere ac similia. Psalm. 51. Redde mihi lætitiam salutaris tui: & quãdoq; patitur beth geminatum, Psalmo 23. Animam meam conuertet. Et Ieremię 8. Et qui auersus est nõ reuertetur: quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosa. Aliud significatum residere, quiescere, habitare, ut in iam citato Psalmo: & ut inhabitẽ in domo domini. Hieronymus sic, Et habitabo in domo domini. Inde מוֹשָׁב sessio, residentia, sella, cathedra, Psalmo 1. Et in cathedra pestilentiæ non sedit, pro, & in sessione derisorum nõ habitauit. Aliud significatũ שׁוּב cũ smol, decrepitum seu canum esse. primo Regum duodecimo. Ego autẽ senui & incanui. Hinc שֵׂיבָה canicies.

* שׂיד Liniuit uel obduxit calce uel gipso. Deuterono. 27. Et leuigabis eos calce: & paulo ante, Eriges ingentes lapides & calce leuigabis eos. Alij per שִׂיד cinerẽ putant significari. Isaię 33. Et erunt populi quasi de incendio cinis. scribitur autem sæpe samech pro schin.

* שׁוה Aequauit, adęquauit, parificauit. Isaiæ 28. Nonne cum adęquauerit faciem eius: & eiusdem quadragesimo, Cui assimilastis me & adæquastis dicit sanctus. Inde שָׁוֶה æquum, par, & ęquabile, siue placitum. Aliud significatũ effecit, fecit, posuit. Psalmo 89. Posui adiutorium in potente. & Psalmo 16. Prouidebam dominum in conspectu meo semper: rectius autem Hieronymus pręposui dominum, omnia deriuata eius significant ponere.

* שׁוח Inclinauit, incuruauit, præruпit. Prouerbiorũ 2. Inclinata est ad mortem domus eius. Inde dicitur שׁוּחָה fouea in quam aliquid inclinat. Ieremię decimooctauo. Foderunt foueam animæ meæ, & sic sepulchrum corpori.

* שׂיח Locutus est, sermocinatus est Psalmo 69. Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta. & Psalmo 119. In mãdatis tuis meditabor, id est, loquar meditatam orationem. & Psalmo 143. In factis manuum tuarum meditabor, id est, mentis conceptum omnem expromam & eloquar: hęc enim est proprietas uocabuli, ut Isaię 53. Generationem eius quis enarrabit, id est, præmeditate & compósite secundum mentis suæ conceptũ eloquetur. Sic in titulo Psami 102. Et coram domino effundit precem suam, rectius Hieronymus. Effunderet eloquium suum: sed & supra auditum est quod שִׂיחַ significat etiam meditationem, machinationem, & practicam aliquam latentem hominis.

* שׁוט Spaciatus est, circuiuit, Numeri 11. Circuibatq; populus & colligẽs illud frãgebat mola. & transitiue שׁוֹטְטוּ Ieremiæ quinto, Circuite uias Ierusalẽ,

& ſic geminat literam teth. Aliud ſignificatum שוט crepitus flagelli aurigæ. Nahum 3. Vox flagelli & uox impetus rotæ, & eſt negocium aurigæ quadrigarum: & ſic flagellum, baculus, uirga. Aliud ſignificatum שִׁטִּים ligna picea. Exodi 25. Ligna ſetim: & paragoge he cum epentheſi iod שִׁיטָה loco uau, genus arbuſti quod uocatur acanthus, à noſtris ſpina. Iſaiæ quadrageſimoprimo, Cedrũ & ſpinam & myrtum.

* שוג Sepiuit, uepribus & ſpinis & frondibus circumplexis uallauit. Oſeę ſecundo. Ecce ego ſepiam uiam tuam ſpinis. Hinc nomen מְשׂוּכָה ſepes.

* שׁוּל Fimbria, quod noſtra tranſlatio circumloquitur. Exodi 28. Deorſum uero ad pedes eiuſdem tunicę per circuitum, hoc totum hebraice legitur, ſuper fimbriam.

* שׂוּם Poſuit, repoſuit, fecit, aduertit. Exodi 4. Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum. & Haggei 2. Antequã ponetur lapis ſuper lapidem in templo domini. & 4 Regum 9. Depinxit oculos ſtibio: uerbum è uerbo ſic, Et poſuit in fuco oculos eius: quàm conſtructionem ita uertunt grammatici. Et poſuit fucum in oculos eius. Aliud ſignificatum שׁוּם allium. Numeri undecimo, Porriq; & cepe & allia.

* שָׁוַע Clamauit. Pſalm. 18. Clamauerunt nec erat qui ſaluos faceret, & nomen שַׁוְעָה Ieremię 8. Ecce uox clamoris filię populi mei, & transfertur ad ululatum 1 Reg. 5. Et aſcendebat ululatus uniuſcuiuſq; in cœlũ. Aliud ſignificatũ הָשַׁע oblinere, inungere, leuigare. Iſaiæ 6. Et oculos eius claude, pro, obline: ſecundũ hoc rabi Ioſeph pater Dauidis kimhi ex ponit uerſiculum, Ezechi. 16. ubi nos legimus, Et aqua non es lota in ſalutem: aliter ſic, Et aquis non es lota ad leue, id eſt, ut ſis leuis inſtar glabriõis & quaſi uncta. Aliud ſignificatum שׁוֹעַ diues, honoratus, potẽs. Ezechielis 23. Nobiles tyrannosq; & principes. uult dicere uerbum è uerbo ſic. Præfectum, diuitem & potentem: ſic Iob 34. Nec cognouit tyrannum cum diſceptaret contra pauperem, pro, & non agnitus eſt diues prę paupere, uel ante pauperem.

* שוח Conquaſſauit, percuſſit, contudit, contriuit, conculcauit. Geneſis 3. Ipſa conteret caput tuum & tu inſidiaberis calcaneo eius. Aliud ſignificatum obſcurare, obtenebrare. Pſalmo centeſimo triceſimonono. Et dixi forſitan tenebræ conculcabũt me: ubi interpretatio eſt de prima ſignificatione, ſed rectius poſtea Hieronymus in ſuo pſalterio, forſitan tenebrę operient me, pro, obſcurabũt me.

* שׁוּק Appetiuit, deſyderauit, concupiuit. Pſalmo 65. Viſitaſti terram & inebriaſti eam: pro quo legunt, Et concupiſcere feciſti eam, ſcilicet ut ſatietur: ſic Geneſis tertio, pro eo quod legimus. Et ſub uiri poteſtate eris: hebraica ueritas habet תְּשׁוּקָה Et ad uirum tuum deſyderium ſeu cõcupiſcentia tua. ſimiliter eiuſdem quarto. Sub te erit appetitus eius. Aliud ſignificatum הֵשִׁיק crepere, ſtridere & ſonare in modum rei onuſtæ atq; exagitatę, ut Ioẽlis 2. Et redundabunt torcularia uino & oleo. Aliud ſignificatum שׁוּק platea. Eccleſiaſtis duodecimo. Et circuibunt in platea plangentes: ſic paulo ſuperius. Et claudent oſtia in platea. Aliud ſignificatum שׁוֹק crus. Canticorum 5. Crura illius columnę marmorę, & tranſumitur

& transsumitur ad armum pecoris: Exodi 29. Armumq; dexterũ: & à primo significato deriuatur uerbum commune, Nahum 2. Collisæ sunt in plateis, pro, crepuerunt uel stridore sonuerunt.

* שׁוּר Cecinit, cantauit: ut Psalmo septimo in titulo. Pro ignorantia Dauid qui cecinit domino. Inde שַׁר nomen: Ecclesiastis 2. Feci mihi cantores & cantatrices. Item uerbum graue Exodi 15. Tũc cecinit Moses & filij Israël carmen hoc dño: & titulus Salomonis שִׁיר הַשִּׁירִים Cantica canticorum. Aliud significatum aspicere, intueri. Numeri quarto. Intuebor illum sed non prope: & Canticorum 4. Coronaberis de capite Amana, rectius sic: prospice de uertice Amana &c. Aliud significatum, offerre, donare, primo Regum nono. Et sportulam non habemus ut demus homini dei: rectius sic de uerbo ad uerbum. Et תְּשׁוּרָה oblatio nulla ad offerẽdum uiro dei. Aliud significatum שׁוּר murus. Genesis 49. Filiæ discurrerunt super murum: & Psalmo decimooctauo. In deo meo transgrediar murum. Aliud שׁוֹר bos, taurus. Leuitici 22. Bos, ouis & capra.

* שׂוּר Dominatus est, principauit, regnauit: Iudicum nono. Regnauit itaq; Abimelech super Israël tribus annis. Inde שַׂר nomen. Iosue quinto. Sum princeps exercitus domini. Aliud significatũ per præpositionem mem & paragogen he מְשׂוּרָה mensura. Leuitici decimonono. In pondere & in mensura.

* שׂוּשׂ Exultauit, lætatus est, gauisus est. Deuteronomij 28. Et sicut antea lætatus est dominus super uos bene uobis faciens, sic lætabitur disperdens uos: & uerbum graue Psalmo septuagesimo. Exultent & lætentur in te. Inde nomen מָשׂוֹשׂ Psalmo quinquagesimoprimo. Auditui meo dabis gaudiũ & lęticiam.

* שִׁית Locauit, posuit, fundauit: Genesis quarto. Vocauitq; nomen eius Seth dicẽs: posuit mihi deus semẽ aliud: & Palmo 73. Ponere in deo meo spem meam: rectius, posui: & eodem. Posuerũt in cœlum os suum, aliter interpretatur: Psalmo decimoseptimo. Et oculos suos statuerunt declinare in terram. Hieronymus. Oculos suos posuerunt declinare: & recte quidem statuere quoq; significat & instituere & componere. Prouerbiorũ septimo. In ornatu meretricio, rectius sic, Instituens meretricem. In imperatiuo habet plerunq; שִׁית cum iod, Inuenitur etiam שַׁת pro natibus: secundo Regum decimo.

* שָׁזַף Aspexit, intuitus est: Iob 28. Nec intuitus est eum oculus uulturis: & Canticorum 1. Quia decolorauit me sol, rectius sic, Quoniam aspexit me sol.

* מָשְׁזָר Retortum & duplicatum, sicut solẽt duo fila conduplicari in funiculum. Exodi 27. De bisso retorta.

* שָׁחָה Humiliauit, curuauit, inclinauit absolute: Iob nono. Et sub quo curuantur: & Isaiæ secundo. Et incuruabitur omnis sublimitas hominum: & Micheæ sexto. Et humiliatio tua in medio tui. Inde uerbum הִשְׁתַּחֲוָה in forma hithpael adorare, genuflectere, seu inclinare: Genesis tricesimotertio. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, id est, inclinauit. Inde nomina & alia deriuata eiusdem significationis.

* שֹׁחַד Munus, donum. Psalmo decimoquinto. Et munus super innocentẽ non accepit: & primo Regum octauo.

Acceperunt munera & peruerterunt iudicium. Et uerbaliter Iob 6.

* שָׂחָה Natauit: Isaiæ 25. Sicut extendit natans ad natandum: & Ezechielis 47. Intumuerant aquæ torrentis qui non potest transuadari. Inde dicitur remus & remex. Porro שָׁחָה cum iamin significat incuruare: & hinc uerbũ hithpael הִשְׁתַּחֲוָה adorauit pronus.

* שָׁחַט Occidit, imolauit, iugulauit: Leuitici 1. Imolauitq; uitulum coram domino: sic 2. Paralippomenon 30. Imolauerunt autem phase: & infra, Imolauerunt Leuitę phase ijs qui non occurrerãt sanctificari domino: rectius uerbũ è uerbo sic, Et Leuitę super occisione uel iugulatione paschatum unicuiq; non mundato. Aliud significatum metallare & tractare malleo. Inde malleare uel diducere, & sic significat metallum ductile siue tractabile: 3. Regum 10. Fecitq; rex Salomõ ducenta scuta de auro purissimo: rectius de auro ductili & tractabili. Item שָׁחַט cum smol, expressit: Genesis 40.

* שַׁחַל Leo, alij putant leopardũ, translatio nostra uertit aspidem: Psalmo 71. Super aspidem & basiliscum ambulabis: sic Iob 4. Rugitus leonis & uox leenę. In lingua magistrorum est species noctuæ, sed nihil ad hunc locũ. Item שְׁחֵלֶת species quędam aromatis: Exodi 30.

* שְׁחִין Pustula, scabies, ulceratio, lichenæ: Exodi 9. Erunt enim in hominibus & iumentis ulcera & uesicæ turgentes in uniuersa terra Ægypti. Nota plagam qua terram nostram percussit deus ab anno domini 1497. usq; in hunc diem & nondum finis.

* שָׁחִיס Quod ex radice primum pullulat per metathesin samech & schin: ut 4. Regum 19. In secundo autem annò quæ sponte nascũtur. שַׁחֶפֶת Tumor. translatio nostra uertit egestas: Deuteronomij 28. Percutiat te dominus egestate. Aliud significatum שַׁחַף uolucris genus quam larum uocat nostra translatio. Leuitici 11. Et larum & accipitrẽ, Hebræi quidam ardeam nominant.

* שַׁחַץ Superbum, superbia: Iob 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ.

* שָׁחַק Contudit: Exodi 30. Cumq; in tenuissimum puluerem uniuersa contuderis. Aliud significatum שַׁחַק nubes: Psalmo 89. Quis in nubibus æquabitur domino. Aliud significatum שָׂחַק derisit, lusit, illusit, lasciuiuit: Threnorum 1. Et deriserunt sabbata eius: & Ecclesiastis 2. Risum putaui errorem: & eiusdem 10. In risu faciunt panem: & Iudicum 16. Vt uocaretur Samson & ante eos luderet. Est autem שְׂחוֹק & מִשְׂחָק risus.

* שָׁחַר Nigrescebat, denigratus est, obfuscatus est: Iob 30. Cutis mea denigrata est super me. Inde nomen שָׁחוֹר Leuitici 13. Et capillum nigrum: & Canticorũ primo. Nigra sum sed formosa, & geminatur quandoq; ultima syllaba שְׁחַרְחֹרֶת ut in eodẽ. Nolite me consyderare quod fusca sim. Ab hoc uerbo nominant artifices uitriolum. Aliud significatum שַׁחַר aurora, luciferus, matuta, mane: Genesis 32. Ecce uir luctabatur cum eo usq; mane: & infra, Iam enim ascendit aurora. Inde שַׁחֲרוּת iuuentus uel iuuẽta nominatur, quia sicut ea est omnibus animantibus in ortu, sic senecta in occasu. Ecclesiastis 11. Adulescẽtia enim & uoluptas uana sunt, pro, puericia & iuuenta. Aliud significatum שָׁחַר quærere, inuestigare, inquirere. Prouerbiorum 11. Bene consurgit diluculo

luculo qui quærit bona: Hebræi sic, Quęrens bonum quærit desyderabila: sic Iob 7. Et si mane me quęsieris non subsistam.

⁜ שָׁחַת Corrupit, putrefecit, dissipauit, subuertit, perdidit: Genesis 6. Corrupta est autem terra coram deo: & iterum Cumq; uidisset deus terram esse corruptam, omnis quippe caro corruperat uiam suam: & Genesis decimooctauo. Nō delebo, id est, non perdam seu subuertā: & eiusdem 19. Quia delebit dominus ciuitatem hāc: & supra. Delebimus enim locum istum: & significat מַשְׁחִית instrumentum rumpendi & diruendi aliquod ędificium: Ezechielis 9. Et unusquisq; uas interfectiōis habebat in manu sua, pro eo quod unusquisq; instrumentum euersionis &c. Aliud significatum שַׁחַת fouea: Psalmo 94. Donec fodiatur peccatori fouea, sed de illo supra notatū est in fin ante uau. Aliud significatum שְׁחִית laqueus: Threnorum 4. Captus est in peccatis nostris, pro, laqueis nostris.

⁜ שָׂטָה Auertit, diuertit: Numeri 5. Vir cuius uxor errauerit, pro diuerterit: & infra, Deserto uiri thoro: interpretatio rhetorica plus quam grāmatica more solito: sic Prouerbiorum 7. Ne abstrahatur in uijs eius mens tua: de uerbo ad uerbum sic; Ne diuertat ad uias eius cor tuum. Inde stultum dictum putant.

⁜ שָׁטַח Extendit, expandit, sparsit: Ieremiæ 8. Et expandent ea ad solem & lunam: & Numeri undecimo. Et siccauerunt eas per gyrum castrorum: pro quo rectius Nicolaus de Lyra, & extenderūt eas: & hebraice quoq; sic legitur, Et expāderunt sibi expansionem circum castra: sic Psalmo octuagesimooctauo. Expandi ad te manus meas.

⁜ שָׂטַם Odiuit, odio habuit: Genesis 27. Oderat autem Esau Iacob: & eiusdem 49. Inuideruntq; illi habentes iacula, pro, oderant. Hinc nomen מַשְׂטֵמָה inimicitia.

⁜ שָׂטַן Impediuit, aduersatus est, retraxit, detraxit: Zachariæ 3. Et satan stabat à dextris eius ut aduersaretur ei. Inde שָׂטָן detractor latine, gręce diabolus, hebraice satan: Psalmo 109. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi.

⁜ שָׁטַף Lauit: Leuitici decimoquinto. Non lotis ante manibus: hebraice sic, Manus suas non lauit aqua: & 3. Regum 22. Et lauerunt currum eius in piscina Samariæ. Inde שֶׁטֶף inundatio per sex puncta. Nahum primo. Et in diluuio, pretereunte.

⁜ שֹׁטֵר Satelles, preco, executor, apparitor, caduceator: Deuteronomij 16. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis: pro quo rectius, Iudices & caduceatores siue lictores qui uirgas aut baculos gestant.

⁜ שַׁי Munus, donum: Psalmo 68. Tibi offerent reges munera.

⁜ שִׂיג Occupatio, negocium: 3 Regum 18. Forsitan loquitur aut in diuersorio est, pro, uel meditatur uel negociat.

⁜ שִׂיחַ Frutex, uirgultum, arbustū: Genesis secundo. Et omne uirgultum agri: & pluraliter Genesis 21. Abiecit puerum subter unam arborem. שיח

⁜ שִׁילֹה Messias, sic interpretatur Onkelus Chaldęus Genesis 49. Donec ueniat Silo, id est, Messias. Aliud significatum Silo: tertio Regū decimoquarto. Vade in Silo ubi est Ahias propheta. שילה

⁜ שֵׁיר Ornamentum, armilla: Isaię 3. Et torques & monilia & armillas. שיר

* שַׁיִשׁ Marmor: 1. Paralippomeno 29. Et marmor pariū abundantiſſime: & abĳcit iod quandoque per ſyncopen שֵׁשׁ Eſther 1. Smaragdino & pario ſtratum lapide, paulo ante, per zere. Columnis marmoreis: magiſtri Hebræorum in lingua ſua ſcholaſtica uidētur duas ſpecies marmoris in loquutione ſua inſinuare cum dicunt de lapidibus ſaiſa & marmora: & eſt ſimile quod noſtra translatio dicit de pario & marmore.

* שַׁיִת Spinæ genus: Iſaię 7. Vepres enim & ſpinæ erunt in uniuerſa terra.

שָׁכָה & שָׁךְ Quieuit, ceſſauit, ſedatus eſt: Eſther 7. Et ira regis quieuit.

* שָׁכַב Iacuit, concubuit, dormiuit: Geneſis 47. Sed dormiā cum patribus meis: & Eccleſiaſtis 4. Et ſi dormierint duo fouebuntur mutuo, id eſt, concubuerint: & eiuſdem 2. Nec per noctem mente requieſcit. Inde מִשְׁכָּב lectus ſiue cubile ubi cubatur: Pſalmo 4. Et in cubilibus ueſtris compungimini: & Canticorū 3. In lectulo meo per noctem quæſiui, & tranſumit̃ pro coęquare, ſcilicet quando quis rem aliquam facit iacere ad comparationem alterius: ſic 2. Regum 8. Coæquans ea terræ. Item Exodi 16. Mane quoq; ros iacuit per circuitum caſtrorū. Omnia eius deriuata iacere ſignificant & deſcendere: unde urceolus ſic dicitur ex quo deſcēdit aqua ad lauandū manus.

* שָׂכָה Imaginatus eſt, fabrefecit, inſigniuit, titulauit: Leuitici 26. Nec inſigniem lapidem ponetis in terra ueſtra: & pluraliter Numeri 33. Confringite titulos, pro, ſubuertite inſignia & ſpectacula fabrefacta in lapidibus: & ab imaginatione nominatur ſic cor hominis quod fingit, cogitat & imaginatur שֶׂכְוִי Iob 38. Quis dedit cordi intelligentiam: uocatur eo nomine aliâs gallus, & eum ſic magiſtri Hebræorum nominant teſte rabi Simeon filio Lakiſch. Item מַשְׂכִּית figuratio: Prouerbiorum 25.

* שָׁכַח Oblitus eſt: Pſalmo 77. Aut obliuiſcetur miſereri deus: & Iſaiæ 49. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantē ſuum &c. & ſi illa oblita fuerit ego tamen non obliuiſcar tui.

* שָׁכַל Orbatus fuit, abſq; liberis fuit, ſterilis fuit: Geneſis 43. Ego autem quaſi orbatus abſq; liberis ero: & eiuſdē 42. Abſq; liberis me eſſe feciſtis: & Geneſis 31. Oues tuæ & capræ tuæ ſteriles nō fuerunt. Aliud ſignificatum præpoſitione aleph אֶשְׁכֹּל botrus: Micheæ 7. Nō eſt botrus ad comedendum: & pluraliter Canticorum 7. Vbera tua botris.

* שָׂכַל Nauauit, prudenter fecit, intellexit: 1. Regum 18. Prudentius ſe regebat quam omnes uiri Saul. Inde uerbū graue הִשְׂכִּיל Pſalmo 2. Et nunc reges intelligite, id eſt, fiatis prudentes: & iterum 1. Regum 18. Vidit itaq; Saul quod prudens eſſet nimis: & paulo ſuperius. In omnibus quoq; uĳs ſuis Dauid prudēter agebat, exponūt proſperabatur, quia qui prudens eſt & prouidens proſpere agit. Inde nomē per ſex puncta שֶׂכֶל & quādoq; per quinq;, ut Pſalmo 111. Intellectus bonus omnibus faciētibus ea, & מַשְׂכִּיל intelligēs: Pſalmo quadrageſimoprimo. Beatus qui intelligit. הִשְׁכִּים Mane ſurrexit: 2. Regum 15. Abſalom mane cō ſurgens ſtabat in introitu portæ: & illud mane quod eſt incluſum in uerbi ſignificatione aliquando etiam ei expreſſe connectitur: ut 1. Regum 1. Et ſurrexerūt mane & adorauerūt coram domino. Aliud ſignifi-

catum שְׁכֶם humerus,ſcapula:Geneſis nono.pallium impoſueruntkhumeris ſuis: & eiuſdem uiceſimoquarto.Cum hydria quam portabat in ſcapula. Aliud nomen propriũ loci Sichem: Geneſis duodecimo. Vſq; ad locum ſichem. Aliud ſignificatũ שְׁכֶם pars,portio,latus:Gen. 48.Do tibi partẽ unã extra fratres tuos.

✱ שָׁכַן Moratus eſt,habitauit:Exodi 25.Et habitabo in medio eorum: & Pſalmo decimoquinto,pro eo quod nos legimus, Aut quis requieſcet in monte ſancto tuo:hebraica ueritas habet ſic, Et qs habitabit in monte ſancto tuo, ſic etiam Hieronymus interpretatur: & Leuitici decimoſexto. In medio ſortium habitationis eorum.Inde מִשְׁכָּן tabernaculum in quo habitatur: Pſalm. 74.Tabernaculum nominis tui.Inde שָׁכֵן uicinus qui prope habitat.Prouerbiorum uiceſimoſeptimo.Melior eſt uicinus iuxta. Aliud ſignificatum ſepelire. Nahum tertio.Sepelientur principes tui: & Pſalmo ſeptimo.Et gloriam meam in puluerem deducat,pro,ſepeliat.

✱ שַׂכִּין Culter:Prouerbiorum 23. Et ſtatue cultrum in gutture tuo.

✱ שָׁכַר Inebriatus eſt, Iſaiæ 29.Inebriamini ſed non à uino:& Geneſis nono. Bibensq; uinum inebriatus eſt. Inde nominatur omnis potus qui inebriare poteſt שֵׁכָר ſicera:Leuitici 9. Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibetis.Deuteronomij uiceſimonono. Vinũ & ſiceram non bibiſtis. Item שִׁכּוֹר ebrius & שִׁכָּרוֹן ebrietas. Aliud ſignificatũ per præpoſitionẽ aleph אֶשְׁכָּר munus, donum: Pſalmo 72.Reges Saba & Arabum dona adducent.

✱ שָׂכַר Mercede conduxit:Deuteronomij uiceſimotertio.Quia conduxerunt contra te Balam filium Beor. Inde שָׂכָר merces,& שָׂכִיר mercenarius, & ſtipẽdiarius:Geneſ.decimoquinto. Ego merces tua nimis. Item Malachiæ 3. Et qui calumniantur mercedẽ mercenarij.

✱ שָׁלַל Rapuit,ſpoliauit,prædatus eſt:Ezechielis 29. Deprędabit manibus eius & diripiet ſpolia eius, & erit merces exercitui illi: & Habacuk 2.Quia tu ſpoliaſti gentes multas.

✱ שָׁלָב Cõmiſſura, iunctura: Exodi 26. In caſtraturę fiant quibus tabula,altera tabulæ connectatur, quod alias traduxit à plectendo plectas & iuncturas: 3. Regum 7. Inter iuncturas & inter coronulas & plectas. Hebræorũ magiſtri dicunt hoc nomen de ſcalarum gradibus.

✱ שֶׁלֶג Nix: Ieremiæ 18. Nix libani: & Pſalmo 51. Super niuem dealbabor: & ex hoc oritur uerbum הִשְׁלִיג quaſi liceret dicere à niue niuare: Pſalmo 68. Niue dealbabor in Zelmon.

✱ שָׁלָה Felicitatus,proſperatus,fortunatus,beneficiatus eſt uel fuit: Ieremiæ duodecimo. Bene eſt omnibus qui pręuaricantur & inique agunt,pro fortunãtur ſeu proſperantur omnes. Inde nomen שָׁלֵו Iob 21. Diues & felix. Aliud ſignificatum שַׁל temeritas,error,imprudentia: ſecundo Regum ſexto. Et percuſſit eum ſuper temeritate. Item שִׁלְיָה ſecundina: Deuteronomij 28.

✱ שְׂלָו Coturnix: Pſalmo 105. Petierũt & uenit coturnix: & pluraliter Num. 11. Arreptas trãs mare coturnices dedit.

✱ שָׁלַח Miſit: Pſalmo 105. Miſit ante eos uirũ: & late inuenies hoc uerbũ Exo. 3. & 4. & Ezech. 2. Mitto ego te, & infra. Ecce manus miſſa ad me. Inde שִׁלּוּחִים

munus

merces: Mercenarius.

munus seu munera: Micheæ 1. Dabit emissarios super hęreditatem Geth: exponunt alij donationes uel dotes: sic Exodi 18. Tulit Sephoram uxorē Mosi quam remiserat & duos filios eius, Hebræi sic, Et sumpsit Iethro socer Mosi Zephoram uxorem Mosi post dotes eius etiam duos filios: & aliter Psalmo 78. Immissiones per angelos malos, id est, plagam. Aliud significatum שלחות propagines. Isaię 16. Propagines eius relictę sunt: & ab his nominatur hortus plantatus, eo quod rami artificialiter tenduntẽ huc & illuc: Canticorum 4. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, pro, plātationes tuæ, & puto quod ab irrigando plantationes prope Ierusalē nominata sit aqua Siloah, ut Nehemię 3. Et muros piscinæ Siloeh in hortum regis: & Isaiæ 8. Abiecit populus iste aquas Siloeh quæ uadunt cum silentio. Aliud significatum שלח gladius. Iob 33. Vt non transeat in gladium. Aliud significatum שלחן cata paragogen nun literæ, mensa: Psalmo 23. Parasti in cōspectu meo mensam.

* שלט Dominatus est, potestatem exercuit, præfuit: Ecclesiastis 8. Dominatur homo homini in malum suum: & in eo loco inuenies sępe שלטון dominiū & potestatem ab hoc uocabulo deriuari & in fœminino: Ezechielis 16. Opera mulieris meretricis & procacis, pro, meretricis & potentis atq; dominę. Aliud significatum שלט scutum siue armatura: Cāticorum 4. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Aliud significatum, exuere: Iosue 5. Solue calceamentum de pedibus tuis.

* שלך Proiecit, abiecit, iecit: Threnorum 2. Proiecit de cœlo terram: & Genesis 21. Abiecit puerum. Inde uerbum graue השליך de quo multa deriuata eiusdem significatiōis. Aliud significatum שלך auis quam nostra translatio uertit mergulum. Leuitici 11. Mergulū & ibim. Item nominatur sic quædam porta in domo sanctuarij, quam nostra translatio, licet improprie, appellat portam ascensionis: 1. Paralippomenon 26. melius cum porta proiectionis.

* שלם Reddidit, retribuit, restituit: Exodi 22. Quinq; boues pro uno boue restituet: & Psalmo 35. Retribuebant mihi mala pro bonis: & Michee 7. Et iudex in reddendo est: & nomen שלמת Psalmo 91. Et retributionē peccatorum uidebis. Aliud significatum השלים complere, perficere, consummare: Genesis 15. Nec dum enim completę sunt iniquitates Amorræorum usq; ad pręsens tēpus. Aliud significatum שלם integrum & probū. Genesis 34. Viri isti pacifici sunt, rectius sic, Integri sunt & probi. Aliud significatum bene ualere, saluum esse atq; sanum. Genesis 43. Sanus ne est pater uester senex. Aliud significatū שלום pax: Isaiæ 57. Pacem pacem ei qui lōge est & ei qui prope: & Psalmo 38. Non est pax ossibus meis. Inde uerbū graue & ab eo השלים pacare, pacificare, & cętera. Leuitici 3. Hostia pacificorum. Inde legitur Canticorum 6. Reuertere reuertere שולמית Sulamith, id est, pacificata, non sunamitis ut mendosi codices habent.

* שלמה Vestimentum, uestis: Exodi 22. Et oue ac uestimento: & est metathesis literarum, in eodem enim significato inuenitur שמלה literis lamed & mem transpositis: Deuteronomij 8. Vestimentum tuum nequaquam uetustate deficit

deficit, cætera obelisco notantur.

* שָׁלַף Expediuit, euaginauit, exiuit: Iudicum 9. Euagina gladium tuum & interfice me: & Ruth 4. Soluebat homo calceamentum suum. Thargum Hierosolymitanum expedire exponit.

* שָׁלֹשׁ Tres, tria: Exodi 23. Tribus uicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis: & ab eo multa ueniunt deriuata tam cardinalium quam ordinaliū numerorum, uide supra in arte grammatica de nominibus numeralibus.

* שֵׁם Nomen: Genesis 2. Nomen uni phison. Aliud significatum שָׁם illic uel illuc uel ibi: Ecclesiastis primo. Et ad locum suum reuertitur ibi: sub eisdem literis significant etiam alio nomine שָׁמַיִם cœli uel cœlum: Genesis primo. In principio creauit deus cœlum & terrā, & non reperitur in numero singulari.

* שָׁמֵם Perdidit, deuastauit, desolauit, deseruit: Threnorū 5. Propter mōtem Sion quia disperijt: & eiusdem 1. Facti sunt filij mei perditi: & infra cap. 3. Posuit me desolatam: & sæpe abijcit unum mem: Ieremiæ 2. Obstupescite cœli sup hoc, pro, desolamini & pereatis: & iterū geminato mem: Ezechielis 12. Terraq; deserta. Inde nomen שְׁמָמָה Ioelis 3. Ægyptus in desolationem erit: & pluraliter Danielis 9. Et post finem belli statuta desolatio, & per mem cum prothesin מ׳ מְשַׁמָּה quando autem idem uocabulū in hoc significato inuenies, uidebis illud per dages in uētre mem notari ad denotandum alterius mem defectum.

* שְׂמָמִית Stellio: Prouerbiorum tricesimo. Stellio manibus nititur: rabi Ionas putat hirundinem esse quæ nidificat in domibus regum, nostri Hebræi uocant araneam, & sic in sermone magistrorum est in usu.

* שָׁמַר Dissipauit, deleuit, attriuit, contriuit: Ezechielis 32. Et dissipabitur multitudo eius: & Prouerbiorum 14. Domus impiorū delebitur: & Isaiæ 48. Non fuisset attritum nomen eius à facie mea. Inde uerbum gaue Ezechielis 14. Et delebo eum de medio populi mei Israël.

* שָׂמַח Lętatus est, gauisus fuit: Psalmo 105. Lætata est Ægyptus in profectione eorum. & Prouerbiorum 11. Lætare iuuenis in adulescentia tua. Inde nomen שִׂמְחָה Isaię 55. In lęticia egrediemini.

* שָׁמַט Remisit, declinauit: 2. Regum 6. Calcitrabant boues & declinauerunt eam, hebraice sic, Quoniam declinauerunt seu remiserunt boues: & Psalmo 141. Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum: nescio quid translatio hęc blacterat, sed hebraica ueritas sic habet: quoniam declinauerunt propter petram iudices eorum, quod magistri quidam Hebræorum de Mose & Aaron iudicibus filiorum Israël intelligunt, qui propter petram declinauerunt à fide. Beatus uero Augustinus hunc uersum de Aristotele intelligens, nescio quo somnio motus, scribit eum tremere apud inferos. Tu uero memento uerborum dei Exodi 33. וְחַנֹּתִי אֶת־אֲשֶׁר אָחֹן וְרִחַמְתִּי אֶת־אֲשֶׁר אֲרַחֵם Verbum è uerbo sic: Miserebor cui miserebor, & ignoscam cui ignoscā. Iuxta nostram autem translationem, & miserebor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi placuerit, ab hoc uerbo dicitur שְׁמִטָּה remissio: Deuteronomij decimoquinto. Septimo anno facies remissionem.

* שְׂמִיכָה Tegumentum, operto-

rium: noſtra translatio uertit pallium: Iudicum 4. Et opertus ab ea pallio.

* שמאל Per epentheſin aleph pro uau, ſiniſtra: Iob 23. Si ad ſiniſtram, quid agam non apprehendam eum: ſic 3. Regū 16. A dextero & à ſiniſtro eius. Inuenitur etiam ſine aleph 2. Regum 14. Domine mi rex neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtrā: & quamuis impreſſi quidam libri habeant aleph, tamen antiquiſſima uolumina ſcripta monſtrant defectum aleph ſicut & maſſora indicat, & rabi Dauid Kimhi eo in loco ita canonizat. Aliud ſignificatum per paragogen he finalis שמלה ueſtimentum ſeu ueſtis per metatheſin lamed & mem, de quo paulo ſuperius ſcripſimus.

* שמן Pinguedo, oleum, ungentum: Leuitici 24. Vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimis, ſimiliter Exodi 27. Oleum de arboribus oliuarū puriſſimū: & Pſalmo 133. Sicut ungentum optimum in capite: & pluraliter Canticorum 1. Fragrantia ungentis optimis: Geneſis 27. Et de pinguedine terræ. Significat etiam uerbaliter abſolute שמן pingueſcere, incraſſari: Deuteronomij 32. Incraſſatus eſt dilectus, & infra: Impinguatus dilatatus: & Nehemiæ 9. Et ſaturati & impinguati ſunt, ſic quoq; tranſitiue ſignificat ungere, oblinere, obturare ungento ſeu pingui aruina: Iſaiæ 6. Excœca cor populi huius, pro inunge & obline ſiue obtura pingui aruina. Aliud ſignificatum numeri שמנה octo: 4. Regum 22. Octo annorum erat Ioſias: & Geneſis 16. Octoginta & ſex annorum erat Abraham.

* שמע Audiuit: Geneſis 34. Quod cum audiſſet Iacob, pro, Et Iacob audiuit: Inde שמועה rumor & fama, ſiue auditio: Ieremiȩ quinquageſimo. Audiuit rex Babylonis famam eorum: & Ieremiæ 51. Veniet in anno auditio.

* שמץ Inſinuans, portendens, innuēs, pauxillum, breue, diminutum: Iob quarto. Porro ad me dictum eſt uerbum abſconditum, pro, portendens aut innuens aliquid. Aliud ſignificatum שמצה nota, infamia, ut eiuſdē uiceſimoſexto. Et cum uix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, pro, & quam notabilem ſeu famoſam rem audiuimus in eo: ſic Exodi 32. Propter ignominiam ſordis.

* שמר Seruauit, cuſtodiuit, obſeruauit: Geneſis triceſimoſeptimo. Pater uero rem tacitus conſyderabat: & eiuſdē uiceſimooctauo. Et cuſtodierit me in uia. Inde nomen שומר Iſaiæ uiceſimoprimo. Cuſtos quid de nocte, cuſtos quid de nocte, dixit cuſtos: & Geneſis 42. Et tradidit illos cuſtodiæ. Aliud ſignificatū proximum huic נשמר cauere, prȩmonitum eſſe, Iſaiæ ſeptimo. Vide ut ſileas, id eſt, caue. Aliud ſignificatum שמיר adamas ſiue ſmerillus quo perforantur lapides precioſi atq; gemmæ: Zachariæ ſeptimo. Et cor ſuum poſuerunt ut adamantem. Aliud ſignificatum שמר fex 48. Et requieuit in fecibus ſuis. Aliud ſignificatum שמיר ſpina, id eſt, quoddā genus ſpinæ: Iſaiæ ſeptimo. Et in ſpinas & in uepres erunt.

* שמש Sol: Habacuk tertio. Sol & luna ſteterunt: non ponitur & coniunctio, ſed punctus pro articulo ſic: Sol, luna, ſteterunt. Aliud ſignificatum feneſtra per quam ſol domum irradiat: noſtra translatio habet propugnaculum. Iſaiæ quinquageſimoquarto. Et ponam iaſpidem propugnacula tua.

✱ שֵׁן Dens: Exodi uicesimoprimo. Dentem pro dente: & Canticorum 4. Dentes tui sicut greges tonsarum. Inde dentes elephantum dicuntur, sic ebur: 3. Regum 10. Thronum de ebore grandē. Aliud significatum שָׁנִי Color rubicundus atq; coccineus, uulgo dicitur carmesinus. Exodi tricesimonono. Purpura coccoq; bistincto, ubi iod finale abundat, sed plurale accipit im: Isaiæ 1. Si fuerint peccata uestra ut coccinum. שֶׁנְהַבִּים Dentes elephantum 3. Regum 10.

✱ שָׁנַן Acuit: Psalmo 140. Acuerūt linguas suas sicut serpentes, & nomen Isaiæ quinto. Sagittæ eius acutæ. Aliud significatum iterare, repetere, recitare, translatio nostra uertit narrare. Deuteronomij 6. Et narrabis ea filijs tuis.

✱ שָׂנֵא Odiuit: Genesis uicesimo sexto. Ad hominem quem odistis: & Psalmo 44. Et odientes nos confudisti. Inde nomen שִׂנְאָה Psalmo uicesimoquarto. Et odio iniquo oderunt me: similiter Prouerbiorum octauo. Timor dei odit malum, pro, odium mali.

✱ אֶשְׁנָב Præpositione aleph, ualua, fenestra, translatio nostra uertit cœnaculum. Iudicum quinto. Per fenestram prospiciens ululabat mater & de cœnaculo loquebatur.

✱ שָׁנָה Commutauit, mutauit, alterauit, reiterauit, absolute: Malachiæ tertio. Ego dominus & non mutor: & inuenitur aleph loco he: ut Threnorum quarto. Mutatus est color optimus: & nota quod sin ita scribitur per punctum dextrum. Anterius enim uerbum scribitur per sin sinistrum. Item transitiue quarto Regum uicesimoquinto. Et mutauit uestes eius. Aliud significatum שֵׁנִי secundus, alter: Genesis primo. Dies secundus. Item aduerbialiter secundo, Genesis uicesimosecundo. Vocauitq; angelus domini Abraham secundo. Item שְׁנַיִם duo, ambo, uterq;: Genesis secundo. Erat autem uterq; nudus: & Exodi tricesimo quarto. Præcide tibi duas tabulas, & recipit terminationem im pluralis numeri. Deuteronomij decimoseptimo. In ore duorum uel trium. Item significat bis. Esther secundo. Et quæ intrauerat uespere egrediebatur mane atq; inde in secundas edes ducebantur, rectius uerbum è uerbo sic: Vespere ipsa abijt & mane ipsa redijt ad domum mulierum bis. Inde מ מִשְׁנֶה alter siue duplex: Genesis quadragesimotertio. Pecuniamq; duplicem ferte uobiscum. Aliud significatum שָׁנָה annus: Numeri decimoquarto. Dies pro anno dies pro anno erit, fortasse à superiore sic dictus quod solis cursus reiteratur ut antea, & mutat he finale in thau etiam in absoluta constructione, ut Danielis primo. Fuit autem Daniel usq; ad annum primum Cyri regis: nam alias regulariter in regimine genitiui mutatur sem per he in thau, ut Isaiæ tricesimoquarto. Annus retributionis iudicij Sion, & declinatur in utroq; genere. In masculino: Genesis uicesimonono. Iacob pro Rachel septem annis: & Genesis uicesimotertio. Vixit autē Sara centū & uiginti septem annis: cui sententiæ asterisco addendum est, Anni Sara. In fœminino autem Psalmo nonagesimo. Annis quibus uidimus mala: & in eodem. Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Aliud significatum שָׁנָה duplicare, reiterare, secundo facere: tertio Regum decimooctauo. Etiam secundo hoc facite qui cum

feciſſent ſecundo, de uerbo ad uerbũ ſic, Et dixit reiterare & reiterarunt.

* שנס Accinxit: tertio Regum decimooctauo. Accinctisq; lumbis currebat ante Achab: rectius ſic, Et accinxit lũbos, & currebat.

* שסס Deſpexit, uilipendit, cõculcauit, translatio noſtra legit diripuit: Pſalmo octogeſimonono. Diripuerunt eum omnes trãſeuntes uiam, ſed hoc eſt à uerbo proximo ſequenti. Hinc nomen משסה deſpectio.

* שסה Diripuit: Oſeæ tredecimo, Ipſe diripiet theſaurum omnis uaſis deſyderabilis: & primo Regum uiceſimotertio. Ecce Philiſtim oppugnant Keila & diripiunt areas. Aſſumit quandoque aleph loco uau & quandoque ſin loco ſamech, cætera exquire.

* שסע Fidit, diuiſit: Deteronomij decimoquarto. Omne animal quod in duas partes findit ungulam: & Leuitici primo. Confringetq; aſcellas eius, hebraice ſic, Et findet eam in alis ſeu pennis ſuis, hoc eſt, findat pennas in ſummitate earum. Hinc nomen שסע fiſſura.

* שסף Concidit in fruſta: primo Regum decimoquinto. Et in fruſta concidit eum Samuel.

* שעה Aſpexit, reſpexit: Geneſis quarto. Et reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera illius non reſpexit: Aliud ſignificatũ uertere, aduertere, animaduertere: Iſaiæ decimoſeptimo. In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum, & non inclinabitur ad altaria quæ fecerũt manus eius, pro, uertet ſe homo ad deum & non ad altaria: & Exodi quinto. Et non acquieſcant urbis mendacibus, pro, & non animaduertãt uerba mendacij. Aliud ſignificatum caligare, obduci caligine, cæcutire: Iſaiæ triceſimoſecundo. Non caligabunt oculi uidentium: multi ab hoc uerbo intelligunt uerſiculum Iſaiæ ſexto. Et oculos eius claude ne forte uideat oculis ſuis. Aliud ſignificatum enarrare, deſcribere, enumerare, translatio noſtra meditari uertit: Pſalmo centeſimo decimonono. Et meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper, & per reduplicationem uocabuli in eodem: & lex tua meditatio mea eſt. Hieronymus uertit delectatio: ſic ibi, in iuſtificatiõibus tuis meditabor, uerbum hithpael השתעשע Aliud ſignificatum שעה hora: Danielis quarto. Cœpit intra ſe tacitus cogitare quaſi una hora.

* שעטה Inceſſus, greſſus, calcatio: Ieremiæ quadrageſimoſeptimo. A ſtrepitu pompæ annorum: rectius ſic, à ſonitu calcationis ungularum equorum eius.

* שעטנז Veſtis lanea & linea: Deuteronomij uiceſimoſecundo. Veſtimento quod ex lana & lino contextum eſt.

* שעל Pugillus: Iſaiæ quadrageſimo. Quis mẽſus eſt pugillo aquas. Aliud ſignificatum שועל uulpes: Pſalmo ſexageſimotertio. Partes uulpium erunt: & Canticorum ſecundo. Capite nobis uulpes, uulpes paruas.

* נשען Accubuit, appodiauit, innixus, ſuffultus eſt: Numeri uiceſimoprimo. Et recumberent in finibus Moabitarum: & Iſaiæ quinquageſimo. Et innitatur ſuper deum ſuum, pro accumbat in deo. Inde dicitur משען Iſaiæ tertio, ualidum & fortem omne robur panis & omne robur aquæ, id eſt, fulcimentum & ſuſtentatio ſeu ſuſtentaculum.

* שַׂעַה Occulta machinatio, cogitatio. noſtra translatio horrorem uertit. Iob 4. In horrore uiſionis nocturnæ, id eſt, in ſecreta cogitatione. Inde סֵעֵף cogitabundus & machinator mali: Pſalmo 119. Iniquos odio habui. Hieronymus tumultuoſos. Rabi Salomon cogitabūdos quos Græci κρυψίνοας uocant, id eſt, diſſimulatores.

* שַׁעַר Modius, menſura. Geneſis uiceſimoſexto. Seuit autem Iſhac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplū, pro centum modios ſiue coros. Aliud ſignificatum שָׁעוֹר & שַׁעֲרוּרָה turpitudo, mala mens, malus animus, & praua cogitatio: Ieremię 23. Et in prophetis Ieruſalem uidi ſimilitudinem adulterantium, rectius ſecundum Nicolaum de Lyra turpitudinem adulterij. Aliud ſignificatū שַׁעַר porta: 4. Reg. 7. Iuxta introitum portæ, & pluraliter Pſalmo 87. Diligit dominus portas Sion, & etiam oppida. Aliud ſignificatum שְׂעֹרָה hordeū: Exodi 9. Quia hordeum lęſum eſt. & pluraliter maſculine. quarto Regum ſeptimo. Duo modij hordei ſtatere uno.

* שָׂעַר Metuit, coluit, reueritus eſt. Deuteronomij triceſimoſecūdo. Quos non coluerunt patres eorum: & Ezechielis ſecundo. Et reges eorum horrore nimio formidabunt ſuper te. Aliud ſignificatum שָׂעִיר hircus: Leuitici 4. Hircum de capris immaculatum. Aliud ſignificatum שֵׂעָר crinis, pilus, capillus. Canticorum ſexto. Capilli tui ſicut grex caprarū: Iſaię ſeptimo. Caput & pilos pedum. & Pſalmo 68. Verticē capilli: & 4. Regum 1. Vir piloſus, rectius ſic, homo tenens pilos, Inde שָׂעִיר piloſus, hiſpidus, hirſutus, ultima per hirek, Geneſis 27. Noſti quòd Eſau frater meus homo piloſus ſit. Aliud ſignificatum שְׂעִירִים dęmones, fauni, ſatyri, fatuelli. Iſaię 13. Et piloſi ſaltabunt ibi: quod intelligitur teſtante Hieronymo in commentarijs, de dęmonibus: & dicit rabi Abrahā quod iccirco ſic uocētur dęmones quia & phantaſmate ſuo faciant horripilare homines, & appareant etiam uidentibus hirſuti, de quibus philoſophiſſimi cabaliſtę ſincere ſcripſerunt in arbore decem numerationum, & uir ſupra modū doctus rabi Moſes Gerundenſis memoriæ tradidit ſuper uerſu Leuitici 17. Et nequaquā ultra imolabunt hoſtias ſuas dæmonibus, ubi ponitur pręſens uocabulum. Inde שַׁעֲרוּרָה portentum, monſtrum. Ieremię 5. Stupor & mirabilia facta ſunt in terra: ſed hoc locum habet in pręcedenti uocabulo, hoc eſt, ſub ſchin iamin.

* שְׁפִיפֹן Serpens, ceraſtes. Geneſis 49. Ceraſtes in ſemita.

* שָׁפָה Feſtinauit. Numeri uiceſimotertio. Cumq; abijſſet uelociter. aliud eleuauit. Iſaiæ decimotertio. Super montem caliginoſum eleuate ſignum, pro monte eleuato: ſic eiuſdem quadrageſimoprimo. Aperiā in ſupremis collibus flumina, pro, excelſis & eleuatis. Significat etiā ollam ponere ſuper tripodem. Item nomē שְׁפִי locus eleuatus: Iſaię 41.

* שָׂפָה Labium. Sophoniæ tertio. Quia tunc reddam populis labium electum: & ſignificat extremitatem atque oram: tertio Regum ſeptimo. A labio uſque ad labium rotundum in circuitu. Item ripam uel littus: Geneſis quadrageſimoprimo. In ipſa amnis ripa: & tranſumitur pro lingua: ut Geneſis undecimo. Erat autem terra labij unius.

* שִׁפְחָה Ancillauit. & שִׁפְחָה ancilla, Pſalmo 123. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, & pluraliter Ioëlis 2, Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas meas. Inde מִשְׁפָּחָה proſapia & familia. Leuitici 25. Vnuſquiſq; rediet ad familiam priſtinam, Geneſis quarto. De cognatione mea & de domo patris mei: & ſic gentem ſignificat. Zacharię 15. De familijs terræ ad Ieruſalem. Aliud ſignificatum שִׂפַּח decaluare. Iſaię tertio. Decaluabit dominus uerticem filiarum Sion: & per ſamech quandoq; ſcribitur.

* שָׁפַט Iudicauit. 2. Regum 18. Iudicauit enim pro te dominus hodie. Inde מִשְׁפָּט iudicium. Deutero. 27. Maledictus qui peruertit iudiciũ. Significat etiam exemplar, formam, figuram, regulam, modum, ingenium. Exodi 26. Iuxta exemplar quod tibi in monte monſtratũ eſt. & quarto Regum primo. Cuius figurę & habitus eſt uir.

* שָׁפַךְ Euertit, fudit, effudit. 4. Reg. 21. Sanguinem innocentem fudit. & Geneſis nono. Quicumq; effuderit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius.

* שָׁפַל Demiſit, humiliauit. Pſalmo 75. Hũc humiliat & hũc exaltat. & Pſalmo 18. Et oculos ſuperborũ humiliabis. Inde nomen שָׁפָל ſecundo Regum ſexto. Et ero humilis in oculis meis. Hinc שִׁפְלוּת humilitas. Eccleſ. 10.

* שָׂפָם Mandibula ſuperior ſiue labrum ſuperius. Ezechielis 24. Nec amictu ora uelabis, uerbum è uerbo, Et non circumuolues ſuper labrum ſuperius.

* שָׁפָן Chœrogylius, echinus, ericius. Leuiti. 11. Chœrogylius qui ruminat. quod mendoſi codices habent cyrogrillus, & Pſal. 104. Petrę refugiũ erinacijs.

* שֶׁפַע Abundantia, multitudo, copia. Deuteronomij 33. Quia inundationem maris quaſi lac ſugent.

* שָׂפַק Suffecit, ſatisfuit. 3. Regum 11. Si ſuffecerit puluis Samarię. & ſæpe inuenitur ſcriptũ per ſamech. Hinc שֶׂפֶק ſufficientia.

* שָׁפַר Pulcher, ſpecioſus, pręclarus: Pſalm. 16. Etenim hæreditas pręclara eſt mihi, & שֶׁפֶר pulchritudo: Geneſis 49. aliud ſignificatũ שׁוֹפָר tuba, cornu: Pſalmo 47. Dominus in uoce tubæ. & Pſalmo 98. In tubis ductilibus & uoce tubæ corneæ. Inuenitur ſignificare fruſtrum carnis per præpoſitionem aleph, אֶשְׁפָּר ſecundo Regum ſexto.

* שָׁפַת Poſuit, repoſuit, auxit. Iſaiæ 26. Domine dabis pacẽ nobis. uel ſecundum ſeptuaginta da pacem nobis, pro, auge pacem: & Pſalmo 22. Et in puluerem mortis deduxiſti me, pro, repoſuiſti me ac ſedere feciſti: Hieron. uero traduxit, detraxiſti me, ſed non cõuenit linguę proprietati, ut probatur Ezechielis 24. Pone ollam pone inquam: & à ponendo ſic dicuntur שְׁפַתַּיִם limites: Pſalmo 68. Si dormiatis inter medios cleros: Hiero. terminos, hebræi limites ſiue marcas.

* שֶׁצֶף Momentũ, ſubitaneum, breue: Iſaiæ 54. In momento indignationis abſcondi faciẽ meam à te, idem cum pręcedenti, & uocat in rhetorica ταυτολογία.

* שַׂק Saccus, cilicium: 4. Regum 19. Et opertus eſt ſacco: & Iſaię 3. Pro faſcia pectorali cilicium: & Geneſis 42. Apertoq; unus ſacco.

* שָׁקַק Fremuit, rugiuit. Prouerbiorum 28. Leo rugiens & urſus eſuriens. Alij exponunt uagari, incedere, & uagabundum eſſe. Ioëlis 2. Vrbem ingredientur

entur, alij esurire & inanem esse, alij fero cem & cupidum. Hinc quidam putant deriuari מַשְׁק Genesis 15.

* שָׁקַד Curauit, uigilauit. Psal. 127. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra uigilat qui custodit eam: uerbū è uerbo sic, In uanum uigilauit custos. Aliud significatum שָׁקֵד amygdalus: Ecclesiastis 12. Florebit amygdalus. & pluraliter Numeri 17. Qui folijs dilatatis in amygdalos deformati sunt.

* שָׂקַד Notauit, pūctauit, iniunxit, ascripsit. translatio nostra interpretatur secundum præcedens uerbum uigilauit: Threnorum primo. Vigilauit iugū iniquitatum mearum.

* שָׁקָה Irrigauit, potauit. Ioëlis 3. Et irrigabit torrentē spinarum. & eiusdem 2. Et redundabūt torcularia uino & oleo: & Genesis 24. Nam & camelis tuis hauriam. & in eodem. Et dedit ei potum. Inde מַשְׁקֶה pincerna. Genesis 41. Magister pincernarum.

* שָׁקַט Quieuit, siluit, ocio uacauit. Isaiæ 14. Conquieuit & siluit omnis terra: & Iosue undecimo. Quieuitq; terra à prælijs. Ezechielis 16. Et quiescam & nōn irascar: & paulo inferius. Et ocium eius. Hinc שֶׁקֶט tranquillitas.

* שָׁקַל Librauit, ponderauit, Isaiæ 40. Et librauit in pondere montes. Inde שֶׁקֶל, siclus mensura ponderis. Leuitici 27. Siclus 20 obolos habet: Inde מִשְׁקָל pondus, præpositione mem literæ. Leuitici 19. In iudicio, in regula, in pondere & mensura.

* שָׁקַם Surrexit. Iudicum 5. Donec surgeret debora, surgeret mater in Israël, [illegible]. Hoc loco Schin est litera seruilis, & radix incipit à litera Kuph. Aliud significatum שִׁקְמָה sycomorus. Amos 7. uellicans sycomoros.

* שָׁקַע Absorpsit, profundauit, demersit. Amos 8. Et defluet quasi riuus Ægypti, pro, demergetur. Numeri 11. & absorptus est ignis, pro, demersus est.

* שָׁקַף Tendit, protendit, respexit. Numeri 21. Quod respicit contra desertum: & Psalm. 85. Iusticia de cęlo prospexit. Aliud significatum superliminare, eo quòd protendatur: Exodi 12. Superliminare & utrumq; postem.

* שָׁקַץ Abominatus & detestatus est, spreuit, abhorruit, despexit. Psalm. 22. Quoniam nō spreuit neq; despexit deprecationem pauperis. Deuteronomij septimo. Quasi spurciciem detestaberis. Inde nomē שֶׁקֶץ abominabile, execrabile. Leuitici 11. Abominabile erit uobis.

* שָׁקַר Mentitus est, negauit. Isaiæ sexagesimotertio. Filij non negantur. Inde nomen שֶׁקֶר mendaciū, falsum. Prouerbiorū decimooctauo. Profert autem mendacium dolosus testis: & Exodi uicesimo. Non loquaris contra proximū tuum falsum testimonium. & Psalmo septimo. Et peperit iniquitatem: & Psalmo centesimouicesimo. Domine libera animam meam à labijs iniquis, id est, falsis & mendacibus: significat etiam לַשֶּׁקֶר gratis, frustra, inuanum. 1. Regum 25. Vere frustra seruaui omnia.

* שָׂקַר Literis appensibilibus additis מְשַׂקְּרוֹת significat gesticulationes, nutus, figmenta, seu effictiones. Isaię tertio. Et nutibus oculorum ibant.

* שֹׁרֶר Vmbilicus. Canticorum septimo. Vmbilicus tuus sicut crater tornatilis: & Ezechielis decimosexto. Non est præcisus umbilicus tuus: & res litera daggessatur

daggeſſatur propter defectũ alterius res literę, ut שֵׁרֶךְ & in alia forma שָׁרִיר Iob quadrageſimo. Et uirtus eius in umbilico uentris eius. Aliud ſignificatum שׁוֹרֵר & שְׁרִירוּת prauus & machinator mali. & iniuriator. Deuteronomij 29. Et ambulabo in prauitate cordis mei. & Ieremię 3. Poſt prauitatẽ cordis ſui peſſimi.

※ שָׂרַר Dominatus eſt, prefuit, principauit. Numeri 16. Niſi & dominatus fueris noſtri. Inde שַׂר princeps, magiſter, prefectus 4. Regum 1. Miſitq; quinquagenarium principem. & Geneſ. 41. Magiſter pincernarum, item magiſtrum piſtorum. item principis militũ. per apocopen ultimæ literę res. Inde שָׂרָה Sara, quia domina.

※ שָׁרָב Aridum, ſiccum, deſertum, æſtus. Iſaię 49. Non percutiet eos æſtus & ſol. & eiuſdẽ triceſimoquinto. Et quæ erat arida in ſtagnum.

※ שַׁרְבִיט Sceptrum, baculus, uirga. Eſter 4. Rex aureã uirgã ad eũ tetẽderit.

※ שׂוֹרַג in pual. Perplexus eſt, irretitus eſt. Iob 40. Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. & quia uites perplectũtur propaginibus, iccirco denominantur ab eo שָׂרִיגִים propagines: Geneſ. 40. Vitem in qua erant tres propagines.

※ שָׂרַד Superſtes fuit, reliquus erat. Ioſue 12. qui Iſrael effugere potuerunt ingreſſi ſunt ciuitates munitas: uerbum è uerbo ſic. Et reliqui ſuperfuerant ex eis & uenerunt in ciuitates munitas. & eiuſdem octauo. Ita ut nullus de tanta multitudine ſaluaretur, uerbũ è uerbo ſic. Vt non relinqueretur ſuperſtes & euaſor. Hinc adiectiuum שָׂרִיד reſiduus. Item שֶׂרֶד runcina, creta: & שְׂרָד miniſterium: Exodi triceſimoprimo.

※ שָׂבַע Saturauit, ſatiauit. Ieremiæ 15. Si non reliquię tuę in bonum. Rabi Ioſeph kimhi exponit, Si non ſatiaui te bonis, tametſi poſſit à ſuperiore uerbo deriuari quod ſignificat reliquias, ut in ſchin ante aleph ſcripſimus. Aliud ſignificatũ שָׁרוֹן campus, planicies, rus: Canticorũ ſecundo. Ego flos campi. Aliud ſignificatum שִׁרְיוֹן lorica: 1. Regum 17. Lorica hamata induebatur.

※ שָׂרָה Conſeruit manum, cõflixit. Geneſis 32. Si cõtra deum fortis fuiſti, id eſt, conflixiſti cum deo: ſic Oſeę 12. Et in fortitudine ſua directus eſt cum angelo pro conflixit. Hinc מִשְׂרָה principatus.

※ שָׂרַט Lacerauit, concidit, ſcidit, inſcidit. Zacharię 12. Conciſione lacerabunt. & Leuitici 19. Super mortuo nõ incidetis carnes ueſtras, pro, inciſionem dabitis. ſcribitur enim שֶׂרֶט ſexpunctis eo loci. & eiuſdem 21. Neq; in carnibus ſuis facient inſciſſuras.

※ שְׂרוֹךְ Corigia. Geneſis 14. Vſque ad corigiam caligę. & Iſaię 5. Nec rumpetur corigia calceamenti eius.

※ שָׂרוּעַ Membrũ monſtroſum plus iuſto: Leuitici 21. Si uel paruo uel grandi.

※ שָׂרַף Succendit, cõbuſſit, exuſſit, ardere fecit: 4. Regum 23. Succendit etiam lucum: & infra, Et combuſſit ea ſuper altare: & ab ardore dicitur שָׂרָף ſerpẽs æneus quem fecerat Moſes in deſerto: Numeri 21. Fac ſerpentẽ ęneum: & paulo ſuperius, Miſit dominus in populum ignitos ſerpentes. Item ſignificantur ſic שְׂרָפִים angeli ardentes quos nos ſeraphim appellamus.

※ שַׂרְעַפ Cogitatio, & mentis inſtitutio: Pſal. 139. Et cognoſce ſemitas meas. Hiero. rectius. Et ſcito cogitatiões meas.

* שָׁרַץ Motare & mobilitare animantia. Genesis 1. Animam uiuentem atq; motabilē quam produxerant aquæ, pro, quam mouerunt aquę, similiter ibidem. Producant aquæ reptile, pro, moueri faciant aquæ reptile. Est autē שֶׁרֶץ reptile.

* שָׁרַק Sibilauit. Isaię 5. Et sibilabit ad eum de finibus terræ: & Threnorum 2. Sibilauerunt & mouerunt capita sua. & Isaię 7. Sibilabit dominus muscæ.

* שׂוֹרֵק Pampinus, trāslatio nostra uertit uineam. Ieremiæ 2. Ego autē plantaui te uineam electam: & Genes. 49. Ligans ad uineam pullum suū & ad uitem fili mi asinam suam, pro, ligans ad uitem pullum suum & ad pampinum asinam suam. Aliud significatum, spadix color. Zacharię primo. Equi rufi uarij & albi.

* שֹׁרֶשׁ Radix. Isaię 53. Sicut radix de terra sitienti. Inde uerbū שֵׁרֵשׁ radicare. Ieremię 12. Plantasti eos & radicē miserunt, pro, radicauerunt. & Psal. 80. Plantasti radices eius, uerius sic, radicasti radices eius: significat & per cōtrarium eradicare, extirpare, delere. Iudicum 5. Ex Ephraim deleuit eos.

* שַׁרְשְׁרוֹת Catenę. Exodi 28. Catenas sibiinuicem cohęrentes.

* שֵׁרֵת Ministrauit. Numeri octauo, Eruntq; ministri fratrum suorum. & primo Regum 2. Samuel autē ministrabat ante faciem domini. Inde מְשָׁרֵת minister; & cum sin sinistro מַשְׂרֵת significat sartaginem.

* שֵׁת Dorsum, translatio nostra habet nates: secundo Regum decimo. Vestes eorū medias usq; ad nates. Item uerbum שָׁתָה posuit. Psalm. 73.

* שָׁתָה Bibit. Exodi 34. Panem non comedit & aquam non bibit. & perdit sępe literam he: ut Genesis 9. Bibensq; uinū inebriatus est, pro, & bibit uinum. Inde מִשְׁתֶּה symposium, cōbibitio, conpotatio, conuiuiū. Ester primo. Fecerat grande conuiuium principibus suis. Aliud significatum שְׁתִי stamē. Leuitici decimotertio. In stamine atq; subtegmine.

* שָׁתַל Plantauit. Ezechielis decimoseptimo. Et plantabo super montem excelsum. In monte sublimi Israël plantabo illud. & passiue psalmo primo. Sicut lignum quod plantatum est. Inde planta tio & planta & surculus, &c.

* שְׁתֻם Apertus. Numeri 24. Dixit homo cui obturatus est oculus: quod rabi Dauid kimhi & rabi Salomon exponunt, aperto oculo.

* מַשְׁתִּין Minxit. primo Regum uicesimoquinto. Si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent usq; mane mingentem ad parietem.

* שָׁתַק Quieuit, resedit, sedatū, pacatum, compescitum est. Ionę 1. Quid faciemus tibi & cessabit mare à nobis.

על כל איש אשר עליו התו אל תגשו

תָּא Thalamus ædificiorū, exedra. Ezechie. 40. Et thalamum uno calamo in longum & uno calamo in latum, & inter thalamos quinq; cubitos.

* תָּאַב Appetiuit, desyderauit, concupiuit: Psalmo centesimodecimonono. Ecce concupiui mandata tua. & in eodem. Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas. Aliud significatum תָּאַב per contrarium, detestari, abominari. Amos sexto, Detestor ego superbiam Iacob.

❦ תָּאַת Circumſcripſit, circūduxit, circūlimitauit. Numeri 34. A mari magno termini incipiunt peruenientes ad montem altiſſimū, uerbum è uerbo ſic. A mari magno limitabitis uobis Hor montem. & infra, Inde metabuntur fines, pro facietis circumſcribi ſeu limitari fines. Aliud ſignificatō תְּאוֹ mutando he in uau, oryx. Deuteronomij 14. Orygem camelopardalim.

❦ תאֹם Gemellus, didymus. Geneſis 38. Apparuerūt gemini in utero. & Canticorum quarto. Sicut duo hinnuli capreę gemelli: & inde uerbū ut in eodem loco. Omnes gemellis fœtibus, pro, omnes congeminatæ. Male igitur apoſtolum Thomam aliqui non ſatis literati aſſeuerant uocari didymum ob id quod dici uolunt incredulum. Nam Thoma hebraice & didymos Græce idem eſt quod geminus latine. oritur autem error inter Germanos quod eodem uocabulo teutonico dicimus incredulum & geminum zuifling.

❦ תְּאֵנָה Ficus. Ieremiæ 8. Et nō ſunt ficus in ficulnea: & Ioëlis primo. Et ficū meam decorticauit.

❦ תֹּאַר Species, forma, figura, qualitas. Iſaię 53. Nō eſt ſpecies ei neq; decor: & Geneſ. 39. Erat autem Ioſeph pulchra facie, pro, pulcher ſpecie.

❦ תֵּבָה Area. Geneſis octauo. Egredere de arca: & Geneſis ſexto. Fac tibi arcam de lignis leuigatis.

1. Reg. 2. fuit super ❦ תֵּבֵל Orbis. Iob 34. Aut quē poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt. & Pſalmo 98. Iudicabit orbem in iuſticia.

❦ תֶּבֶן Palea, ſtramen. Geneſis uiceſimo quarto. Palearum quoq; & fœni plurimum eſt apud nos.

❦ תֹּהוּ Pro he finali poſito uau תֹּהוּ inane chaos, rudis indigeſtaq́ue moleſ. Geneſis primo. Terra autem erat inanis & uacua.

❦ תְּהוֹם Abyſſus. Geneſis primo. Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Ezechielis 31. Abyſſus exaltauit illū. & Pſalmo 42. Abyſſus abyſſum inuocat, & declinatur in fœminino.

❦ תָּוָה Signauit. Ezechielis nono. Signa tau ſuper frontes uirorum. Inde nomen תָּו ſignum.

❦ תּוֹךְ Inter, medio. Exodi 14. Filij autem Iſraël perrexerunt per mediū ſicci maris: Exodi tertio. Vocauit eum de medio rubi. & Pſalmo 22. In medio uentris mei. Inde תִּיכוֹן dimidiare, partiri, findere, pertranſire. Exodi 26. Qui mittentur per medias tabulas, pro, qui pertranſit. u[illegible]timus eſt. Aliud ſignificatum תֹּךְ uſura, fraus, iniquitas. Pſalm. 72. Ex uſura et iniquitate redimet animas eorum. Inde תּוּךְ pauo: tertio Regum decimo. Simias & pauones.

❦ תּוּר Indagauit, cogitauit, inueſtigauit, contemplatus eſt. Eccleſiaſtis 2. Cogitaui in corde meo abſtrahere à uino. Aliud ſignificatum, Turtur. Leuitici 5. Offerat duos turtures. Aliud ſignificatum tempus determinatum. Eſter 2. Cum autē ueniſſet tempus ſingularum per ordinem puellarum. Aliud ſignificatum cata paragogen he תּוֹרָה lex, inſtitutum: Pſalmo 19. Lex domini immaculata. Aliud ſignificatū ordo & lineamentum: Canticorum 1. Pulchræ ſunt genę tuæ ſicut turturis, rectius ſic, Genæ tuæ in ordine lineamentorum.

❦ תָּוָה & תָּוָה Abſcidit. Iſaiæ 18. Et quæ dereli[c]ta ſunt abſcindentur.

התה

* תותח Telorum & iaculorum generale nomē, quod alij nouaculam uertūt: translatio nostra interpretatur malleum. Iob quadragesimoprimo, Quasi stipulam æstimabit malleum: rabi Dauid kimhi dicit generaliter significari omnis generis tela.

* תחרא Contextum collariū. Exodi uicesimooctauo. Sicut fieri solet in extremis uestium partibus ne facile rumpantur: ubi hęc dictio circumscribitur.

* תתחר Æmulatus zelatus est, inuidit: Psalmo 36. Noli ęmulari in eo qui prosperatur in uia sua, quidam putant à uerbo חרה deriuatum, de quo supra in heth ante res.

* תחש Animalis nomē quod taxus dicitur. Aquila & Symmachus ianthinum. Theodotio & Hieronymus hyacinthinū traduxere: Ezechiel 16. Et calciaui te hyacinthino. & pluraliter Exodi uicesimoquinto, Pellesq; hyacinthinas, pro, pellibus taxorum.

* תחת Pro, infra, sub, subtus, subter. Exodi 21. Oculū pro oculo, dentem pro dente: & quamuis sit consignificatiuum, tamen recipit post se omnia subiunctiua affixa, sicut solent nomina & uerba. & in prima persona interponit nun hiatus prohibendi causa, ut תחתני ut Psalm. 18. Dilatasti gressus meos subtus me. & sic de alijs. Inde nomen תחתון inferior, infimus: Psalmo 86. Et eruisti animā meam ex inferno inferiore: & Psalmo 63. Intro ibunt inferiora terræ. Item aliter Ezechielis 41. De inferioribus ascendebatur ad superiora & in medium.

* תיש Aries syluestris. Prouerbiorum tricesimo. Gallus succinctus lumbos suos, & aries.

* תכך Fœnus, usura. Prouerbiorum uicesimonono. Pauper & creditor obuiauerunt sibi, rectius sic, Pauper & uir usurarum. de hoc uocabulo scripsimus supra in thau ante uau.

* תכה Adhæsit, adortus est, appropinquauit. Deuteronomij 33. Et qui appropinquant pedibus eius.

* תכלת Color hyacinthinus. Exodi uicesimooctauo. Ligabisq; eam uitta hyacinthina.

* תכן & תכן Effecit, fecit, opificauit parauit. translatio nostra uertit confirmauit. Psalmo 75. Ego cōfirmaui columnas eius. & tanquam hęsitans semper uariat: Isaię quadragesimo. Et cęlos palmo ponderauit. Item in eodem. Quis adiuuit spiritum domini, ecce adiuuit. Item Prouerbiorum decimosexto. Spirituū ponderator est dominus, pro, & effecit uentos dominus, sed rectius: Psalmo 65. Parasti cibum illorum quoniam ita est præparatio eius. Hinc uariæ formæ nominum מתכנת תבנית תכן numerus, summa, dispositio.

* תלל Tumulauit, cumulauit, aceruauit. Ieremię quadragesimonono. Et erit in tumulum dissipata. Deuteronomij decimotertio. Et tumulus sempiternus. & Ezechielis tertio. Ad aceruum nouarum frugum: & thau daggessatur propter apocopen lamed: & geminatur, ut תלתלים Canticorū quarto. Comę eius sicut elatæ palmarum.

* תלה & תלא Suspendit. Gen. 40. Ac suspendet te in cruce. Deute. 21. Maledictus à deo est qui pendet in ligno, uerbum è uerbo sic, Contumelia dei, suspensus, subaudi est: recipit quandoque per epenthesin aleph.

* תלם Sulcus. Iob 31. Et cum ea sulci eius deflent. & Psalmo 65. Riuos eius inebria, rectius, sulcos eius.

* תלעה & תלעת Vermis. Iob 25. Et filius hominis uermis. & Isaię 14. Et operimentum tuum erunt uermes: & pluraliter Exodi 16. Et scatere cœpit uermibus. Aliud significatum תולע & תלעת coccus. Exodi 26. Purpura coccoq́; bis tincto. Inde uerbum מתלע purpuratus est uel coccinatus est, id est, uestitus uestibus coccineis: Nahum secundo. Viri exercitus in coccineis.

* תמם Cecidit, consumptū est, subuersum est, defecit. Genesis 47. Cumq́; defecisset emptoribus precium: & in eodē. Deficiente pecunia pecora simul defecerunt, sed est intricata translatio. & Deuteronomij 2. Donec consumeretur omnis congregatio hominum bellatorum. similiter Numeri 32. Donec consumeretur uniuersa generatio quę fecerat malum. Aliud significatum תמים perfectus, integer, probatus, innocens: translatio nostra habet immaculatus. Psal. 119. Beati immaculati in uia: & Psal. 18. Et cū innocente innocens eris: & Canticorum 5. Columba mea immaculata mea. Inde תום integritas, sanitas, &c. & sicut apud nos ualere, ita apud hebræos in bonū sumitur & quandoq; in malum.

* תמיד Perpetuus, continuus, iugiter. Leuitici 6. Ignis perpetuus qui nunquam deficiet in altari.

* תמה Stupuit, admiratus est, Psal. 48. Ipsi uidentes sic admirati sunt. Inde תמהון admiratio, stupor, & cętera.

* תמוז Idolum, imago. Ezechielis octauo. Mulieres sedentes plangentes Adonidem idolum proci ueneris. Est & tamuz nomen mensis.

* תמך Suscepit, sustentauit. Exodi decimoseptimo. Sustentabāt manus eius ex utraq; parte: & Isaię 41. Suscepit te dextera iusti mei.

* תמול Nuper, heri, nudiustertius & ultra. Exodi quarto. Non sum eloquens ab heri & nudiustertius: & secundo Regum decimoquinto. Heri uenisti & hodie compelleris nobiscum egredi: & primo Regum uicesimoprimo. Continuimus nos ab heri & nudiustertius. & per prothesin accipit quandoq; aleph in principio אתמול ut Micheæ secundo. Et econtrario populus meus in aduersarium consurrexit, id est, ab antea: putant tamen aliqui docti hebræorum eam dictionem cōpositam esse ex את & ex מול id est, aduersum, quod translatio nostra uidetur [illegible]ire, quę exaduersum seu ecōtrario interpretata est.

* תמר & תומר Palma, arbor dactylorum. Canticorum septimo. Statura tua assimilata est palmæ: & Iocłis primo. Malogranatum & palma & malum: & pluraliter Numeri 63. Duodecim fontes & septuaginta palmæ. Significat etiam תימור suffumigationem fasciculorum aromaticorum: Canticorū tertio. Sicut uirgula fumi.

* תנין Draco, coluber, serpens. Exodi septimo. Et uertatur in colubrum. & infra. Quæ uersa est in colubrum. & proiecerunt singuli uirgas suas, quæ uersæ sunt in dracones. & quandoq; mutatur nun litera in mem תנים ut Ezechielis uicesimonono. Draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum. Inuenitur etiam in alio significato pro lectitare, sed tunc est Chald.

* תְּנָה Mercedem dedit, conduxit, appreciauit. Oseæ octauo. Munera dederunt amatoribus, rectius sic: Conduxerunt amatores, & nomen per prothesin recipit aleph in principio אֶתְנָה & אֶתְנַן Oseæ secundo. Mercedes hæ meæ sunt, pro, merces hæc mihi est, & sic etiam cata paragogen nun, uel potius commutatione he in nun, dicitur quoque merces. Deuteronomij 23. Non offeres mercedē prostibuli, significat transumptiue aliquando retributionem; cætera deriuata legendo inuenies.

* תְּנוּךְ Cartilago, auricula: Exodi 29. Super extremum auriculæ dexteræ.

* תַּנּוּר Furnus, clibanus, fornax. Levitici undecimo. Siue clibani siue chitropodes destruentur.

* תַּעְתֻּעַ Illusit: Genesis 27. Timeo ne putet sibi me uoluisse illud...

תָּעַב Abominatus est: Amos 5. Et loquentem perfecte abominati sunt; Psalmo 107. Omnem escam abominata est anima eorum. Inde תּוֹעֵבָה abominatio & alia deriuata. Isaiæ 1. Incensum abominatio est mihi.

* תָּעָה Errauit: Psalmo 119. Erraui sicut ouis quæ perijt: & Isaiæ decimonono. Et errare fecerunt Ægyptum in opere suo sicut errat ebrius. Inde תּוֹעָה errans & error & cætera.

* תַּעַר Nouacula: Numeri sexto. Omni tempore separationis suę nouacula non transibit per caput eius: & Isaiæ septimo. Radet dominus in nouacula conducta. Aliud significatum per paragogē he תַּעְרָה uagina: Ieremiæ 47. Ingredere in uaginam tuam.

* תֹּפֶת & תּוֹף Tympanum: Isaiæ quinto. Cithara & lyra & tympanū & tibia & uinum in conuiuijs uestris: & Iob uicesimoprimo. Tenent tympanum & citharam: & sic perdit alteram geminatam, sed tenet eam in Psalmo sexagesimooctauo. In medio iuuencularum tympanistriarum.

* תַּפּוּחַ Pomum, malum, arbor & fructus: Canticorum secundo. Sicut malus inter ligna syluarum, & infra. Stipate me malis.

* תָּפֵל Insulsum: Iob sexto. An poterit comedi insulsum quod non est sale conditum.

* תָּפַר Consuit: Iob decimosexto. Saccum cōsui super cutem meam: & Genesis tertio. Consuerunt folia ficus.

* תָּפַשׂ Apprehendit, attrectauit, tractauit: Deuteronomij uicesimoprimo. Apprehendent eum & ducent ad seniores: Genesis quarto. Pater canentium in cithara & organo, pro, tractantium citharam.

* תֹּפֶת Ignis infernalis, translatio nostra uertit exemplum: Iob 17. Et exemplum sum coram eis.

* תָּקַן Direxit, correxit: Ecclesiastis primo. Peruersi difficile corriguntur, & non sequitur ut cōmuniter allegatur, stultorum infinitus est numerus, sed ueritas hebraica sic legit: Curuitas non potest dirigi & defectus non potest dinumerari. Inde תִּיקּוּן rectitudo, directio & correctio &c.

* תָּקַע Clanxit: Ieremiæ sexto. Et in Thecua clangite buccina: et est hic Thecua nomen loci, sed in Isaia nomen tubæ clangibilis. Aliud significatum fixit: Genesis tricesimoprimo. Iamq; Iacob extenderat in monte tabernaculum, pro, fixit. Aliud significatum stipulari, cōprimere

manus. Nahum tertio. Compresserunt manum super te.

* תָּקְפָה Præualuit: Ecclesiastis quarto. Et si quis præualuerit contra unum duo resistent ei.

* תִּרְזָה Ilex: Isaiæ 44. Tulit ilicem & quercum, nostri dicunt pinum.

* תֹּרֶן Antenna seu potius malus nauis ad quem pendent attennę: Isaię 30. Quasi malus nauis in uertice montis.

* תְּרָפִים Idolum: Genesis 31. Abcondit idola subter stramenta.

* תַּרְשִׁישׁ Lapis preciosus, nostra trāslatio uertit chrysolithum: Ezechielis 28. Chrysolitus & onyx: & à calore dicitur sic mare: Isaiæ 23. Vlulate naues maris: sic insula Tharsis & Cartago, & alia quæ tu ipse uideto.

* תֵּשַׁע Nouem: Deuteronomij 3. Nouem cubitos, uidebis in grammatica.

Habetur optimo iure gratia regi nostro Messię maximo, cuius nomini excellentissimo quod est Iesu, hunc tantum & tam negociosum laborem in conquirendis hebraicorum uocabulorum primitiuis noctu & interdiu uigili studio adhibitum dedicamus: orantes pijs supplicijs ac iugi uoto, ut post completos hactenus duos libros manum meam ad tertium opus instituat, quod cum suo felici afflatu perfectum fuerit, contemplantissimis hominibus ad arcanarum rerum inuestigationem & mentis humanæ cum diuinis connexionem iter præbeat.

F. I. N I S.

BASILEAE PER HENRICVM PETRVM,
MENSE MARTIO, ANNO
M. D. XXXVII.





